Digitized by Google

6
4-d
13

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 C
11

GRAMMATICA PRO PVERIS METHODICA RATIONE DIGESTA,

*

Per Eligium Vergerium, eius autorem, iuuentutiſq; Matiſconiæ moderatorem, à mendis iam recens repurgata: ac ijs, quæ in prioribus editionibus deſiderabantur adiectis.

GRAMMATICA AD LECTOREM.

Omnes me Sophiæ partes genitrice creantur:
Do lumen cunctis, quod legis omne meum eſt.
Vt ſine corde cadunt ſenſus, ſine tecta columnis
Immotis: ſine me dogmata quæq; cadunt.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB. GRYPH. 1547.

Bibliothe. Coll. Rom. Soc. Iesu Scr.
Coll. Rom. Soc. Iesu Cat. inscr.

QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR.

Elementorum Grammaticæ conſyderatio.

De Octo partibus orationis, earumq; Accidentibus copiosè ac diſtinctè, ex Priſciano.

De Conſtructione libellus ille abſolutiſsimus, primùm à Lilio conſcriptus, deinde ab [redacted] recognitus.

De Figuris conſtructionum, & locutionum ex Diomede, & Donato.

De Pedibus metricis, & Syllabarum quantitate, ex compluribus.

De Accentibus, ex Diomede, & Priſciano.

De Orationis diſtinctionibus, ex eodem Priſciano.

De Vſitatioribus carminum generibus.

PETRVS MIRARIVS

OPTIMAE SPEI IVVEnibus Matiſcenſis ſcholæ

Bene agere.

PHILIPPVM Macedonem, ingenui adoleſcentes, nato ſibi protinus Alexandro, non plus gaudij de natali filij concepiſſe memoriæ poſteritatis traditum eſt, quàm quòd eum ſibi Ariſtotelis ætate naſci cõtigiſſet: cuius opera ad alendam, prouehendamq́; illius expectationẽ uteretur. Et ſanè id præclarè à ſapientiſsimo Rege excogitatum. Ego uerò (ita me Mercurius amet) parentibus ueſtris idem quoq; contigiſſe haud leuibus argumentis exploratiſsimum habeo. Cuius rei facilè fidem facit, quòd uos fœlici Muſarum partu natos hoc tempore arbitrantur, quo Eligio Vergerio multæ literaturæ uiro, & in hoc erudiendi munere diu fœliciter uerſato, ad capiendum ingenij cultum præceptore uti licuerit. Ille enim ueſtra cauſa, quæcunque ueteres ac recentiores ſcriptores de grammatica in medium attulere, ea cumulatè omnia unum in corpus redegit: ut ex eo, quaſi ex quodam promptuario, habeatis ſub manu præcepta: quibus diligenter ad examen reuocatis, nullo negotio uobis ad manſuetiores muſas pateat uia. Bonam ille (ut uideo) operam nauauit, qui iam tertiam huius operis editionem, tum ob pauca quædam immutata, tum ob addita compluſcula, à duabus prioribus differentem, in lucem emiſerit. Curauit (quæ eſt hominis induſtria) ut ad unguem omnia procedant. Quare non erit poſthac quod tanto uiro, quæ fuit typographorum incuria, fraudi eſſe poſsit. Hunc itaque libellum, ut bene nata ingenia commodè perdiſcere poſsint, ille opportunum duxit, ijs uiam aperire, qua ſe ad ſua uota progredi, & ad optatam aliquando frugem peruenturos intelligant. Hic nihil inexcuſſum, nihil imperuium, nihil obſcurum: nihil deniq; quod marcentem lectoris ſtomachum prolixitate nimia prægrauari conquerantur.

Non tamen compendiariam uſque adeo ſecutus eſt uiam, ut nō aliquid in docendo neceſſarium prætermittere maximū uitium duxerit. Proinde agite mecum alacres Muſis benè fauentibus, & libellum nouum nouis typis excuſum obuijs (quod aiunt) ulnis excipite. Rectè enim apud Heſiodum ſcriptum eſt,

Si paruum paruo addideris, ſi deniq; ſixis
Sæpius hoc, magnus forſan ſuccreſcat aceruus.

EIVSDEM AD BONAS ARTES EXHORTATIO.

Inclyta, quas uirtus aluit, quas nectare pauit,
Accurrent hilares ad noſtra oracula Muſæ.
Nam puer alternis ſubiens elementa figuris,
Imbibet (auxilio ſuperum) pia dogmata cœli.
Hinc germana Dei quæ ſit ſententia legis,
Tum pietas charo quæ ſit præſtanda parenti:
Mox ubi lingua nouos (ſuppreſſo murmure) cultus
Prompſerit, ac uſu quid tandem barbara peſtis
Diſcrepet à recto, ualidas in carmine uires
Exacuet, reſonare ſales epigrammate multo
Audebit, dupliciq; modos connectere filo.
Adde quòd ingenuo florentis munere linguæ
Culmina Rhetorices penetrabit ad ardua magnæ.
Quinctiam nodos (ut longius orſa reuoluam)
Turbine depulſo, poterit reſerare latentes.
Clara quidem ſophiæ, prauos quæ temperat actus,
Hauriet hîc animis grato præcepta labore.
En agedum propera ſummæ penetralia famæ,
Me duce, uirtutis ſanctos complexus honores.

GRAMMATICA PRO PVERIS.

LIBER PRIMVS.

GRAMMATICA eſt ars, quæ rectè loquendi, ſcribendiq́ue rationem breuibus oſtendit præceptis. Dicta eſt Grammatica à grammatis, hoc eſt literis.

Vnde inter omnes artes ſola Grammatica eſt Literalis appellata, quia incipit à literis: literæ coguntur in ſyllabas, ſyllabæ dictiones efficiunt, ex dictionibus conſtat oratio: quæ omnia tractat Grammatica. Quò fit, ut cæterarũ omnium artium ueluti fons, & origo quædam dicatur: cuius fundamenta, quemadmodum Quintilianus ait, niſi fideliter quis iecerit, quicquid ſuperſtruxerit, corruet.

PARTES Grammaticæ ſunt quatuor, Orthographia, Proſodia, Etymologia, & Syntaxis.

Orthographia eſt pars Grammaticæ, docens quibus literis quæq; dictio ſcribenda ſit. Dicta eſt Orthographia ab orthos, quod eſt rectè, & grapho, quod eſt ſcribo, quòd ſit rectè ſcribendi ſcientia.

LITERA eſt minima pars uocis eius, quæ ſcribi poteſt. Dicta eſt Litera à litura, quam patitur, quoties eluitur.

Vocantur etiam Literæ Elementa, quaſi prima orationis principia, quoniã inter ſe iunctæ, perinde, ut elementa corpus, ita literæ uocem, ſiue dictionem efficiunt. Cæterùm inuentæ ſunt literæ propter rerum memoriam, ne obliuioni tradantur.

Literæ,quibus utuntur Latini, ſunt uiginti duæ: a,b,c,d,e,f,g,i,k,l,m,n,o,p,q,r,s,t,u,x,y,z.

Sed y,& z,Græcæ ſunt,quæ in uſum Latinorum, propter nomina Græca,uenerunt.

H,non enumeratur inter literas, quoniam aſpirationis nota magis eſt, quàm litera: ideóque nec inter uocales,nec inter conſonantes recenſetur.

K,quoq; ſuperuacua eſt,quia Caput, & Calendæ, ſiue per c, ſiue per k, ſcribantur, nullam faciunt nec in ſono,nec in poteſtate eiuſdem literæ differentiam.

Literarum aliæ ſunt Vocales, aliæ Conſonantes.

Vocales ſunt ſex, quinq; Latinæ,a,e,i,o,u,& una Græca y. Dictæ ſunt Vocales, quia per ſe uocem faciunt.

Vocaliũ aliæ ſunt Prępoſitiuę, aliæ Subiunctiuæ.

Vocales Præpoſitiuæ ſunt tres: a,e,& o. Subiunctiuæ totidẽ:e,i,& u. Dictæ ſunt uocales Præpoſitiuæ,qa prępoſitæ ſubiunctiuis diphthongos faciunt.

Diphthongus eſt coniunctio duarum uocalium in eadem ſyllaba ſuam uim ſeruantium. Dicta eſt Diphthongus, quia binas phthongos, hoc eſt uoces compræhendit.

Diphthongi ſunt quinq;:æ,œ,au,eu,& ei.

Diphthongi quæ ſcribuntur & proferuntur, ſunt duæ:au,& eu. Vt aula,Eurus.

Diphthongi quæ ſcribuntur, ſed remiſsius proferũtur,ſunt tres:æ,œ,& ei. Vt Aetas,Fœtus, Omneis. Ex his conſtat diphthongum eſſę geminũ unius ſyllabæ ſonum: ut apparet in au, & eu: nam & æ,& œ, ueteres aliter,atq; nunc ſolemus,pronuntiabant.

Conſ

Conſonantes ſunt ſedecim: b,c,d,f,g,k,l,m,n,p,q,r,ſ,t,x,z. Dictæ ſunt Conſonantes, quia ſimul cum uocalibus ſonant. I, etiam & u, ſi in principio ſyllabæ ponantur ſequente uocali, conſonantes fiunt. Vt, Iuno, Venus.

Conſonantium alię ſunt Semiuocales, aliæ Mutæ.

Semiuocales ſunt ſeptem, l, m, n, r, ſ, x, z. Dictæ ſunt Semiuocales, quia incipiunt à uocalibus, & in ſe ipſas deſinunt.

Semiuocalium aliæ ſunt Liquidæ, aliæ Duplices.

Liquidæ ſunt quatuor: l,m,n,r. Dictæ ſunt Liquidæ, quia poſt mutas poſitæ in eadem ſyllaba, liqueſcunt: hoc eſt, fluunt, & quaſi poteſtatem deperdunt.

Tunc enim præcedentem ſyllabam relinquunt breuem: ut in dictionibus Atlas, Volucris, & conſimilibus: id quod in quantitate ſyllabarum amplius, & manifeſtius explicabitur.

Duplices ſunt duæ: x,& z. Dictæ ſunt Duplices, quia duarum uim conſonantium habent: ſoluitur enim x, in cs, uel gs: id quod ex obliquis nominum in x, apparet: ut, Dux ducis, Rex regis.

Ex ſeptem ſemiuocalibus quatuor uocantur Liquidæ, & duæ duplices, ut uiſum eſt, ſola s, nullo alio nomine appellatur, quàm ſemiuocalis.

Mutæ ſunt nouē: b,c,d,f,g,k,p,q,t. Dictæ ſunt Mutæ, quia incipiunt à ſeipſis, & uocali terminātur: uel quia reſpectu ſemiuocalium exiguum ſonum habent.

Non appellātur ergo mutæ, quòd prorſus in dictione obmuteſcant, ſed quòd ſonum aliquanto, quàm ſemiuocales, obtuſiorem

reddant: ideoq; & in fine nominum minus crebrò quàm ſemiuocales, pleræq; etiam nunquàm poſitæ reperiuntur. Cæterum, C, k, & Q, quanquàm apud ueteres Latinos eiuſdem poteſtatis fuerint, eodemq́; modo proferrentur: hodie tamen corrupta uera pronuntiandi conſuetudine, C, quidem ſequente e, uel i, eodem ferè ſono, quo z, effertur: ut in dictionibus Cera, & Cinis.

F, Semiuocalis eſſe uidetur, quia incipit à uocali, ſed nunquàm in fine nominum inuenitur more ſemiuocalium: cæterum ante l, & r, frequenter in eadem ſyllaba reperitur, qui locus eſt mutarum, non ſemiuocalium: ut, Flagellum, Fragmentum. P, quum aſpirationem aſſumit, per f, ferè pronuntiatur: ut in dictionibus Phaëthon, Phyllis, & ſimilibus. Q, à conſonante u, cum qua ſola ſcribitur, poteſtatem mutuatur: ut in equus, obliquus, & ſimilibus: in quibus apud antiquiores u, prius quieſcere ſolebat. T, ſequente i, cum uocali altera, in Latinis dictionibus ferè cum ſibilo effertur: ut in nominibus Gratia, Oratio, Latium, & conſimilibus.

Quædam literæ Prænominum, Numerorumq́; notæ.

A, nota prænominis, quum ſola ſcribitur, Aulum ſignificat.

C, nota prænominis, Caium ſignificat: Numeri, centum.

D, nota prænominis, Decium ſignificat: Numeri, quingentos.

G, nota prænominis, Gaium ſignificat. ſed in huius locum C, ſolebat apponi: ut hodie quum Gaium Cæſarem notamus, ſcribimus Caium Cæſarem.

I, nota numeri, unum ſignificat.

L, nota prænominis, Lucium ſignificat: Numeri, quinquaginta.

M, nota prænominis, Marcum ſignificat: Numeri, mille.

N, no

N, nota prænominis, quum ei G, præponitur, Gneum ſignificat:ubi antiqui CN,ſcribebant.

P, nota prænominis,ſola Publiũ ſignificat:& cum R,poſita,populum Romanum: & ſubiecta R,literæ, Rempublicã:& præpoſita C,literę,Patres cõſcriptos.

Q, nota prænominis, Quintum ſignificat: honoris,Quæſtorem:populi,Quirites.

T,nota prænominis,Titum ſignificat.

V,nota numeri,quinque ſignificat.

X,nota numeri,decem ſignificat.

Syllaba eſt comprehenſio literarum,quæ ſub uno eodemq; ſpiritu efferuntur. Dicta eſt Syllaba à ſyllambano, quod eſt comprehendere: Abuſiuè tamen ſingularum quoq; uocalium ſonos ſyllabas nominamus:ut,Eoï.

De Syllabarum accidentibus in ultima operis parte uidebis opportunius.

ETYMOLOGIA eſt pars grammaticæ,oſtẽdens ueram dictionum originem cum reliquis accidentibus. Dicta eſt etymologia ab etymon, hoc eſt uerum, & logos, quod eſt ſermo, quaſi ueriloquium, quanquàm interpretatur à quibuſdam originatio.

Dictio eſt ſyllabarum cum aliqua ſignificatione connexio. Quanquàm abuſiuè ex unica quoque ſyllaba dictio plærunque conſtat: ut Pax,Mox. Dicta eſt dictio à dicendo, quòd dicat aliquid, hoc eſt ſignificet.

Oratio eſt ordinatio dictionum congruam ſententiam demonſtrans.

Orationum alia eſt perfecta,alia imperfecta.

Oratio perfecta eſt,quæ perfectum habet ſenſum: ut,Veritas odium parit.

Oratio imperfecta eſt,quæ ſenſum nõ habet perfectum:ut,Quum canerem Reges & prælia.

Ex Prisc. Partes orationis ſunt octo. Nomen, Pronomen, Verbum,Participium,Aduerbiũ, Coniunctio, Præpoſitio,& Interiectio.

Partes orationis declinabiles ſunt quatuor. Nomen,Pronomen,Verbum,& Participium.

Partes orationis indeclinabiles ſunt quatuor. Aduerbium,Coniunctio,Præpoſitio,& Interiectio.

Hæ ſiquidem inter ſe iunctæ,atq; compoſitæ, omnem orationem abſoluunt. Eædem à peritioribus non Partes, ſed diuerſa uocum genera nuncupãtur:nam Partes orationis propriè ſunt tres, quæ uocantur,Inciſum,Membrum,& Cõcluſio.ut,Aut amat,aut odit,mulier:nihil eſt tertium.

DE NOMINE.

NOMEN eſt pars orationis cum caſu corpus aut rem propriè cõmuniter'ue ſignificans. Dictum eſt Nomẽ à Noſco, eo quòd res nobis efficiat notas.

Nomen eſt duplex, Subſtantiuum & Adiectiuum.

Nomen Subſtantiuũ eſt,cuius ſignificatio per ſe, abſq; altero addito,intelligitur:ut,homo,equus.

Nomen Adiectiuum eſt,cuius ſignificatio abſque altero aliquo intelligi non poteſt: ut,albus,niger.

Nihil enim intelligas, niſi ſubſtantiuum aliquod adijciatur,

quale

quale fuerit, Albus paries, Niger capillus.

Nomen Subſtantiuum duplex eſt, Proprium, & Appellatiuum.

Nomen proprium eſt, quod uni ſoli rei conuenit: ut, Alexander, Bucephalus, Roma, Tyberis.

Tametſi enim ſæpe contingat, ut eodem nomine plures appellentur, ut Cato Cẽſorius, *&* Cato Vticenſis: *nõ tamen id fit propter communem in ipſis ſpeciem, propter hanc enim* Homines *dicuntur, non* Catones:*ſed ob ſolam nominum ſimilitudinem.*

Nomen Appellatiuum eſt, quod cõuenit multis: ut, homo, equus, urbs, flumen.

NOMINI accidunt quinque, Species, Genus, Numerus, Figura, Caſus.

SPECIES tam propriorum quàm appellatiuorum nominum ſunt duæ. Primitiua: ut, Iulus, mons. Deriuatiua: ut, Iulius, montanus.

Species Propriorum nominũ ſunt quatuor. Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen.

Prænomen eſt, quod præponitur nomini ad nobilitatis inſigne demonſtrandum. Vnde à laudabili aliqua re impoſita ferè ſunt prænomina, ut Publius à publica utilitate. Aulus ab aula. Marcus à Marte. hinc ait in arte poëtica Horatius,

Gaudent prænomine molles Auriculæ.

Cæterum prænomina ſingulis notantur literis. ut A. pro Aulus. aut binis, ut Sp. pro Spurius. aut ternis, ut Sex. pro Sextus. Tul. pro Tullius.

Nomen eſt, quod uniuſcuiuſque proprium eſt: ut, Cornelius.

Cognomen eſt, quod cognationis eſt commu-

ne:ut, Scipio.

Agnomen eſt,quod ab aliquo euentu imponitur: ut Aphricanus,qui Aphricam deuicit.

Species Appellatiuorum nominum ſunt nouemdecim,Corporale,Incorporale,Homonymum,Synonymum, Ad aliquid dictum, Gentile, Patrium, Interrogatiuum, Infinitum,Relatiuum, Collectiuum, Diuiduum,Vniuerſale,Factitium, Generale,Speciale, Numerale, Temporale,Locale.

Corporale eſt,quod corpus ſignificat.ut,homo,lapis. Incorporale eſt,quod non ſignificat corpus:ut, uirtus,angelus.

Homonymum eſt,quod una uoce ſignificat diuerſa:ut,canis,nepos.

Significat enim canis animal domeſticum ſatis notum,item piſcem marinum,& ſignum cœleſte. Nepos uerò filium filij uel filiæ,& prodigum ſiue luxurioſum.

Synonymum eſt,quod cum alio nomine idem ſignificat:ut,enſis,gladius.

Ad aliquid dictum eſt,quod ſine intellectu eius ad quod dicitur,proferri non poteſt.ut,pater filii pater,filius patris filius.

Sequuntur aliquot nomina Ad aliquid dicta.

Pater & Filius,Maritus & Vxor,Dominus & Seruus,Præceptor & Diſcipulus, nomina ſunt ad aliquid dicta per ſe ſatis nota.

Auus eſt patris pater. Nepos eſt filius filii.

Socer eſt uxoris meæ pater.

Socrus eſt uxoris meæ mater.

Gener eſt filiæ meæ maritus.

Nurus

Nurus eſt filii mei uxor.
Vitricus eſt matris meæ maritus.
Nouerca eſt patris mei uxor.
Priuignus eſt mariti aut uxoris filius.

Dicitur itaque Pater ad filium: Maritus ad uxorem: Dominus ad ſeruum: Præceptor ad diſcipulum: Auus ad nepotem: Socer ad generum, aut nurum: Socrus ad alterutrum: Vitricus ad priuignum: Nouerca ad eundem.

Gentile eſt, quod gentem ſignificat. Vt, Græcus, Latinus.

Patrium eſt, quod à patria ſumitur. Vt Athenienſis, Romanus.

Interrogatiuũ eſt, per quod de re quapiam quærimus. ut, quis, qualis, quantus, quotus, & quot.

Infinitum eſt, quod incertum aliquid ſignificat. ut, quiſquam, quiſpiam, aliquis.

Relatiuum eſt, quod rem antè dictam dicit iterum, ut qui, quæ, quod.

Collectiuũ eſt, quod in ſingulari numero multitudinem ſignificat. ut, uulgus, gens, plebs, populus.

Diuiduum eſt, quod à duobus, uel pluribus ad ſingulos refertur: aut ad plures in numeros pares diſtributos. ut uter, alter, uterq;, neuter, quiſque, alius, cætera, & reliquus.

A duobus ad plures in numeros pares diſtributos, Diuiduum eſt apud Verg. dicentem Ecloga tertia.

Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

Vniuerſale eſt, quod totam naturam eius cui additur, uerbo ſubiicit. ut omnis, cunctus, nemo, nullus.

Factit

Factitiũ eſt, quod à proprietate ſonorum factum eſt. ut, claſsis, grus, taratantara.

Generale eſt, quod in diuerſas ſpecies diuiditur. ut, animal, arbor.

Speciale eſt, quod à genere trahitur. ut, homo, equus, uitis, laurus.

Numerale eſt, quod numerum oſtendit.

Numerale nomẽ uarias habet ſpecies: nam aliud Cardinale ſiue Abſolutũ, aliud Ordinale, aliud diſtributiuũ, aliud deniq; Multiplicatiuum dicitur. Cardinale eſt, quod numerum abſolute ſignificat. ut, unus, duo, tres. Ordinale eſt, quod numerum in ordine cõmonſtrat. ut, primus, ſecundus, tertius. Diſtributiuum eſt, quod ſingulis multorum eundem numerum diſtribuit. ut, ſinguli, bini, terni. Suetonius in Cæſare Auguſto: Legauit militibus legionarijs trecentos nummos. Hoc eſt, cuiq; trecentos. *Multiplicatiuũ eſt, quod rerum aliarum multiplicationem denotat. ut, duplum, hoc eſt, bis tantum. Duplex, hoc eſt, cui duæ ſunt partes. Centenarius homo, hoc eſt, centum annorum. Centenarius lapis, hoc eſt, centum librarum. Centenarius grex, hoc eſt, centum capitum.*

Temporale eſt, quod tempus demonſtrat. ut, hora, dies, menſis, annus.

Locale eſt, quod locum ſignificat. ut, uinetum, ſpinetum, ſalictum.

Species deriuatorum nominum ſunt octo. Comparatiuum, Superlatiuum, Patronymicum, Poſſeſſiuum, Diminutiuum, Denominatiuum, Verbale, & aduerbiale.

Comparatiuum eſt, quod ſupra poſitiui ſignificationem Magis aduerbium deſignat. ut, fortior, magis fortis.

Superlatiuum eſt, quod ſupra poſitiui ſignifica-

tionem, Maximè aduerbium deſignat.ut, fortiſsimus, maxime fortis.

Patronymicũ eſt, quod à propriis nominibus patrum deriuatur, ſecundum formam Græcam: & ſignificat cum genitiuo primitiui filium uel nepotem, filiam uel neptẽ. ut, Priamides, filius uel nepos Priami: Priamis, filia uel neptis Priami.

Poſſeſſiuum eſt, quod cum genitiuo primitiui ſignificat aliquid ex his quæ poſsidentur. ut, Euandrius enſis, pro enſis Euandri.

Diminutiuum eſt, quod diminutionẽ ſui primitiui abſolutè demonſtrat. ut, igniculus, paruus ignis: capella, parua capra.

Denominatiuũ eſt, quod à uoce primitiui, non ab aliqua ſpeciali ſignificatione denominatiuum eſt. ut, Crinitus à crine: citharœdus à cithara.

Verbale eſt, quod à uerbo deducitur. ut, amator, doctor.

Aduerbiale eſt, quod ab aduerbio naſcitur, ut, hodiernus, craſtinus, quotidianus.

De generibus nominum.

GENERA nominum principalia ſunt duo, Maſculinum & Fœmininum: ſola enim hæc generant, atque ideo appellata ſunt Genera. Cætera à principalibus ueniunt: ut, Neutrum, Commune, Omne, Epicœnũ & Dubium. Maſculinum eſt, cuius nota eſt pronomen hic. Fœmininũ hęc. Neutrũ hoc. Cõmune, quod duabus notis, hic & hæc notatur. Omne quod tribus, hic & hæc

& hæc & hoc. Epicœnum ſiue Promiſcuũ, quod una nota & una uoce utrunque ſexum complectitur. ut hic anſer, hæc grus. Dubium ſiue Incertũ, quod ueterum authoritas nulla ratione cogente uario genere protulit. ut, dies, cortex.

Quia ſermo Latinus omnino caret articulis: hoc eſt notis, quibus genera nominum in Græco idiomate internoſcũtur, tria pronomina in generum diſcretione uſurpantur: unde, Hic *eſt diſcretio Maſculini,* Hæc *Fœminini,* Hoc *Neutri,* Hic *& hæc Communis,* Hic *& hæc & hoc omnis,* Hic *uel hæc incerti.*

Generales regulæ de Nominum generibus.

Propria uirorum, Deorumq́;.

Omnia nomina propria uirorum, Deorumq́;, cuiuſcunque terminationis, maſculina ſunt. ut, hic Cato, Cæſar, Saturnus, Iupiter.

Angelorum & dæmonum nomina Hebraica quũ ſint, & barbara, inepte Latinis generibus inſeruntur: cuiuſmodi ſunt Cherub, Seraph, Sathan, Beelzebub, Cherubin, Seraphin: quibus tamẽ ſcriptores eccleſiaſtici adiectiua neutra ſubinde apponunt, ut beata Seraphin. Sed qua ratione id fiat, non ſatis liquet Hebraice ſcientibus, præſertim quum illis neutrum genus ubique deſit.

Propria mulierum Dearumq́;.

Omnia nomina propria mulierũ, Dearumq́;, cuiuſcunque terminationis, fœminina ſunt. ut hæc Iulia, Glycerium, Iuno, Pallas.

Adiectiua trium uocum.

Prima uox nominis adiectiui, cui tres ſunt uoces, eſt maſculini generis: ut, bonus, unus. Secũda fœminini: ut, bona, una. Tertia neutri: ut, bonum, unum.

Adiect

Adiectiua duarum uocum.

Prima uox nominis adiectiui, cui duæ tantum ſunt uoces, eſt communis duûm generum: ut, hic & hæc fortis, hi & hæ tres. Altera uerò neutri: ut, hoc forte, hæc tria.

Adiectiua unius uocis.

Adiectiua omnia unam duntaxat uocem habentia, communia ſunt trium generum: Vt, hic & hæc & hoc fœlix, clemens, iners, diſcors: hi & hæ & hæc quatuor, tot, quot.

Fluuiorum propria.

Omnia nomina propria fluuiorũ, cuiuſcunq; terminationis, maſculina ſunt: Vt, hic Ganges, Tybris, Rhodanus, Arar. Pauca tamen fœmininis adhærent, quia intelligitur aqua: ut, hæc Allia. Pauca item neutris, quia flumen intelligitur: ut, hoc Iader.

Lucanus: *Et damnata diu Rhomanis Allia faſtis.*

Idem: *Et tepidum in molles zephyros excurrit Iader.*

Styx uerò, & Lete, ſemper fœminina ſunt, quia paludes eſſe creduntur, potius quàm fluuii.

Montium propria.

Omnia nomina propria montium, cuiuſcunque terminationis maſculina ſunt: Vt, hic Caucaſus, Othris, Aethna. Sed Rhodope fœmininum eſt, Pelion uerò neutrum.

Vergil. *Quæq; redit medium Rhodope porrecta ſub axem.*

Statius: *Nec adhuc immane ueniret Pelion.*

APPENDIX.

Oſſa tam maſculinum quã fœmininũ inuenitur.

Ouid. *Vtq; dedit ſaltus è ſummo Theſſalus Oſſa.*

Statius: *Semifer aëria talis Centaurus ab Oſſa.*

Ventorum, Menſiumq́ propria.

Omnia nomina propria uentorum menſiumque cuiuſcunq; terminationis, maſculina ſunt. ut, hic Boreas, Eurus, Auſter, Ianuarius, Aprilis, September.

Inſularum propria.

Omnia nomina propria inſularum, cuiuſcunque terminationis, fœminina ſunt. Vt, hæc Samos, Sicilia, Strongyle. Sed Lesbos tam maſculinum quàm fœmininum reperitur.

Ouid. Et Mitylenæi potiuntur littore Lesbi.

Horatius: Quid tibi uiſa Chios Bullati, notaq́; Lesbos?

Vrbium propria.

Omnia nomina propria urbium, cuiuſcunq; terminationis fœminina ſunt. Vt, hæc Rhoma, Carthago. Pauca tamen maſculinis adhærent, quia intelligitur locus. Vt, hic Sulmo, Agragas.

Ouid. Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis.

Verg. Arduus inde Agragas oſtentat maxima longe Mœnia.

APPENDIX.

Quædam neutris adiunguntur, quia intelligitur oppidum: Vt, hoc Tybur, Tarentum.

Horatius: Mihi iam non regia Rhoma,
Sed uacuum Tybur placet, aut imbelle Tarentum.

APPENDIX.

Anxur tam maſculinum, quàm neutrũ inuenitur.

Martialis: Lætus & æquoreis ſplendidus Anxur aquis.

Horatius: Impoſitum latè ſaxis candentibus Anxur.

APPENDIX.

Abydos tam maſculinũ quã fœmininũ reperitur.

Vergil. Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.

Ouid. Vel tua me Seſtos, uel te mea ſumat Abydos.

Arbor

Arborum ſpecialia.

Omnia nomina arborum, cuiuſcunque terminationis, fœminina ſunt. Vt, hæc laurus, ſalix. Rubus & Dumus frutices ſunt potius, quàm arbores: ideoq; maſculina ſunt, quanquam rubus aliquoties fœmininum legitur.

Serenus: Manditur apta rubus gingiuis, & bona labris.

Oleaſter & ſuber maſculina inueniuntur.

Quædam arborum nomina inter maſculina ideo recenſeri putant, quia Plinius his ſexum & coniugium quoddam attribuit. Vergil. Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem Plurimus. Plinius: Sero autem germine malus, tardiſſimus Suber.

APPENDIX.

Quædam neutris adiunguntur, quia lignum intelligitur. Vt, hoc ſiler, buxũ, acer, pomũ pro arbore.

Vergil. Vt molle ſiler, lentæq; geniſtæ.

Idem: Et torno raſile buxum.

Ouid. At nuper uile fuiſtis acer.

Tibullus: Ipſe ſeram teneras maturo tempore uites
Rusticus: & facili grandia poma manu.

Sed poſteriora duo ſæpius & rectius fœminina ſunt.

Fructuum nomina.

Omnia nomina fructuum, cuiuſcunque terminationis, neutra ſunt. Vt, hoc pomum, pirum, prunum.

Sed nux, caſtanea, glans, ficus, oliua, auellana fœminina ſunt. Ficus tamen maſculinum inuenitur.

Lucilius: Sicuti quum primos ficos propalam recentes protulit: Pretio ingenti dat primitus paucos.

Poëmatum nomina.

Omnia noĩa poëmatũ, cuiuſcunq; terminationis, fœminina ſunt. Vt, hæc Aeneis, Ilias, Andria, Troas.

Ergo Iuuenalis ad uirum potius, quàm ad tragœdiam reſpexit: quum dixit, Scriptus & in tergo, necdum finitus Oreſtes. Nam Thyeſtes & Oreſtes apud Senecã nomina ſunt tragœdiarũ, ſicut Eunuchus nomen eſt comœdiæ apud Terentium. Quintilianus: Iam Varij Thyeſtes cuilibet Græcorũ anteponenda eſt. Terentius: Eas ſe non negat perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam.

APPENDIX.

Bucolica & Georgica potius præcepta ſunt, quàm poëmata: ideoq; neutra ſunt, & ſemper pluralia.

Nauium nomina.

Omnia nomina nauium, cuiuſcunq; terminationis, fœminina ſunt. Vt hæc Piſtrix, Argo, Centaurus.

Vergil. Partem roſtro premit æmula Piſtrix.

Idem: Alter erit tum Typhis, & altera quæ uehat Argo

Delectos heroas. Idem,

Centauro inuehitur magna, Scyllãq; Cloanthus Cærulea.

Volucrum nomina.

Omnia nomina uolucrum, piſcium, & reptilium ſub articulo terminationi magis congruo epicœna ſunt. ut, hic coruus, hæc merula, hic barbus, hæc anguilla, hic buffo, hæc uipera.

In his itaq;, & conſimilibus, quoties ſexum diſtinguere uolumus, aquila mas, & aquila fœmina dicere licebit: id quod in ſimili ratione ab Ouidio uidemus factum, quum ait,

Ales habet quod amet, cum quo ſua gaudia iungat.

Inuenit in media fœmina piſcis aqua.

Sed Columbus fœmininum habet Columba, itẽ Palumbus Palumba: ſicut Gallus Gallina, & Pullaſter Pullaſtra: quanquàm Columba apud antiquiſsimos generis erat promiſcui.

Vergil. Geminæ quum forte columbæ Ipſa ſub ora uiri cœlo uenere uolantes: Quarum altera certè mas erat.

APPENDIX.

Palumbes huius palumbis epicænum eſt ſub articulo hæc.

Vergil.–Nanque notaui Ipſe locum, aëriæ quo congeſſere palumbes.

APPENDIX.

Bubo epicœnum eſt ſub incerto articulo.

Ouid.–Tectoq; profanus Incubuit bubo.

Vergil. Solaq; culminibus ferali carmine bubo Viſa queri.

APPENDIX.

Capus autem ſiue Capo fœmininum non habet, quia fit è gallo auulſis genitalibus.

Picus & pica non ſunt eiuſdem ſpeciei.

Literarum nomina.

Omnia Literarum nomina, cuiuſcunq; terminationis, neutra ſunt: quia intelligitur elementum, ſicut apud Græcos gramma. Sed quia Litera fœmininum eſt, literarum quoq; nomina genere fœminino frequenter efferuntur.

Vocabula technicôs accepta.

Neutra ſunt omnia, quæ technicôs enuntiantur.

Technicôs id ſonat, quod uulgò Materialiter dicunt: ut, Cæſar eſt uox diſſyllaba: Muſicus à muſa deducitur.

Speciales regulæ de Nominum Generibus.

IN A.

OMnia nomina Latina, quæ in nominatiuo ſingulari exeũt in a, fœminina ſunt: ut, hæc aqua, terra. Pluralia uerò neutra ſunt, tam Latina quàm

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Græca, Vt arma, ſtemmata. Talpa tamen & dama tam maſculina quàm fœminina inueniuntur.

Vergilius: Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Plinius: Dente talpæ uiuæ exempto ſanari dentium dolores alligato affirmant.

Vergilius: Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.

Horatius: Et ſuperiecto pauidæ natarunt Aequore damæ.

APPENDIX.

In a, quorum ſignificatio ad mares tantum pertinet, maſculina ſunt. Vt, hic ſcribá, lixa, ſcurra.

APPENDIX.

In a, tam compoſita, quàm deriuata, cōmunia ſunt duum generum. Vt, hic & hęc agricola, parricida, auriga, incola, aduena, conuiua. Sed quædam à gigno compoſita fuerunt apud ueteres primæ & ſecundæ declinationis. Vt, alienigenus alienigena alienigenum: caprigenus caprigena caprigenum.

Valerius Maximus: Quæ alienigena ſtudia huic domeſticæ diſciplinæ prætulerim.

Vergil. Caprigenumq; pecus nullo cuſtode per herbam.

APPENDIX.

Græca in a, primæ declinationis maſculina ſunt. Vt, hic hadria, planeta, cometa.

OBSERVATIO.

Poëta, Scytha, Sarmata, & pauca id genus, habent in is fœminina. Vt, hæc poętis, Scythis, Sarmatis.

Perſius: Coruos poëtas, & poëtidas picas,
Cantare credas pegaſeium melos.

Ouidius: Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.

Idem: Terreat & manes Sarmatis umbra meos.

Appe

APPENDIX.

Polenta tam fœmininum,quàm neutrũ inuenitur.
Ouid.Cum liquido miſta perfudit diua polenta.
Idem:Dulce dedit(teſta quod coxerat ante)polenta.

APPENDIX.

Græca in a, tertiæ declinationis, neutra ſunt.Vt, hoc epigramma,dogma,problema.

APPENDIX.

Barbara in a,primæ declinationis,neutra ſunt. ut, hoc paſcha,manna,mammona.

IN E.

In e,finita Latina,neutra ſunt.Vt,hoc cubile,ſedile. Græca uerò fœminina.Vt, hæc epitome,hecatombe.

IN I.

In i, neutra ſunt. Vt,hoc gummi, ſinapi. A genitiuis tamen compoſita communia ſunt trium generum.Vt,huiuſmodi,iſtiuſmodi,cuiuſmodi.

Nihili,frugi, mancipi,& conſimilia obliqui ſunt caſus cum omnibus generibus figuratè adiuncti.

IN O.

In o, maſculina ſunt. Vt hic ſermo, leo. Præter Caro & Talio, quæ fœminina ſunt. Sed Pondò neutrum eſt, & aptotum.Homo, & Nemo, communia ſunt duûm generum.
Terentius:Saluæ ſumus,habemus hominem ipſum.
Plautus: Ita metus nunc utrobiq; me agitat,illos hominis miſeræ miſereri.
Liuius:Quia nemo unus ſatis dignus regno uiſus eſt.
Terentius:Hoc ſcio unum ego,neminem peperiſſe hic.

APPENDIX.

In do,& in go,o in i mutantia in genitiuo, fœmi-

nina ſunt. Vt, hæc arundo arundinis, imago imaginis.

Ordo tamen & Cardo maſculina ſunt. Margo, tam maſculinum quàm fœmininum reperitur.

Statius: Soluerat Heſperij deuexo margine ponti.

Iuuenalis: Et ſummi plena iam margine libri.

APPENDIX.

In io, à uerbis deducta, fœminina ſunt. Vt, hæc oratio, actio. Sed pugio à pungo maſculinum eſt.

IN V.

In u, neutra ſunt omnia. Vt, hoc cornu, gelu, ueru.

IN C, *uel* T.

In c, uel t, neutra ſunt omnia. Vt, hoc lac, caput.

Halec pro liquamine ſemper neutrum eſt: ſed pro piſce, tam fœmininum quàm neutrum inuenitur.

Halec liquamen, eſt pinguitudo ex inteſtinis piſcium ad ignem liquefacta.

Horatius: Ego fæcem primus, & halec,
Primus & inueni piper album.

Pro piſce autem teſtimonium eſt apud Martialem dicentem,
Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra
Halecem, ſed quam protinus illa uorat.

Plautus: Qui mihi holera cruda ponunt, halec danunt.

IN AL.

In al, neutra ſunt. Vt, hoc animal, uectigal. Sal tamẽ maſculinum eſt: quod antiquiſsimi in neutro quoque genere protulerunt.

Affranius: Quicquid loquimur, ſal merum eſt.

IN EL.

In el, neutra ſunt omnia. Vt, hoc fel, mel.

IN IL.

In il, neutra ſunt. Vt, hoc nil, nihil. Sed mugil maſculinũ eſt. Vigil & Pugil cõmunia ſunt duũ generũ.

IN OL.

In ol, unum inuenitur Latinũ maſculinũ.ut,hic Sol.

IN VL.

In ul, maſculina ſunt: ut,hic conſul. Præſul tamen & exul communia ſunt duum generum.

IN VM.

In um, neutra ſunt,ut,hoc lignum,templum.

IN AN.

In an, maſculina ſunt. Vt;hic Pæan,Titan.

IN EN.

In en, neutra ſunt. Vt hoc carmen,ſolamen. Sed lyen, hymen, lichen, ren, ſplen, & flamen pro ſacerdote maſculina ſunt. Siren uerò fœmininum eſt.

APPENDIX.

In en,à cano compoſita,maſculina ſunt.ut,hic tubicen,lyricen,cornicen.

IN IN.

In in,maſculina ſunt.ut,hic delphin.

IN ON.

In on,maſculina ſunt.ut,hic canon,dęmon. Præter ſindon, quod fœmininum eſt. Python tam maſculinum quàm fœmininum inuenitur.

Ouidius: Strauimus innumeris tumidum pythona ſagittis.

Tibullus. – Vbi Delphica python.

APPENDIX.

Græca in on,ſecundæ declinationis,quæ apud Latinos uertũtur in um,neutra ſunt.ut,hoc Pantheon, epitheton. Dicimus tamen hoc Ilion,& hæc Ilios, hoc Barbiton & hæc Barbitos.

Vergilius. – Ceciditq; ſuperbum Ilium.

Ouidius: Sed mihi quid prodeſt ueſtris diſiecta lacertis Ilios?

Auſonius: Hoc genere & chordas & plectra & barbita conde.
*Ouidius:*Non *facit ad lacrymas barbitos ulla meas.*

Inuenitur & hic Barbitus.

Horatius: Age dic Latinum barbite carmen,
Leſbio primum modulate ciui.

IN AR.

In ar,neutra ſunt. Vt,hoc lacunar,torcular.
Sed lar maſculinum eſt.
Baccar uerò pro herba generis eſt fœminini.

APPENDIX.

Iubar tam maſculinum quàm neutrum reperitur.
Ennius: Interea fugit albus iubar Hyperionis curſum.
Ouidius.Et tremulum ſumma ſpargit in æde iubar.

IN ER.

In er,maſculina ſunt. Vt,hic ager,coluber.
Sed mater & mulier fœminina ſunt.
Lynter tam maſculinū quàm fœmininū inuenitur.
Martialis: Exiguus pulſa per uada lynter aqua.
Liuius: Iam in altum expulſa lynter. Sed licenter genere maſculino uſurpatur.

APPENDIX.

Iter uerò & Spinter neutra ſunt.
Degener & Pauper cōmunia ſunt duum generum: quæ tamen in obliquis neutra quoq; leguntur.
Lucan. Pone duces priſcos ,& nomina pauperis æui.

APPENDIX.

In er,tertiæ declinationis,b,uel u, locò conſonantis habentia,neutra ſunt.ut,hoc uber,cadauer.

Quanquam Vber natura adiectiuum eſt. Columela: Quod ſi uoto fortuna ſubſcripſerit,agrū habebimus ſalubri cœlo,uberi gleba. Subſtātiuè tamen ſæpenumero ponitur nunc pro ubertate,nūc

pro

pro mamma. Vergil. *Non uobis rege Latino*
Diuitis uber agri, Troiæ'ue opulentia deerit.
Idem: Bina die ſiccant ouis ubera.

Sed Puber, Imber & Puluer maſculina ſunt.

APPENDIX.

In er, fœtum terræ ſignificantia, neutra ſunt. Vt, hoc cicer, piper, papauer. Sed cucumer & tuber pro pomo maſculina ſunt.

Tuber pro tumore rotundo, & duritie inſtar nodi, & pro fungo, ſeruat regulam, quia neutrũ eſt. Plinius: Reperitur & in alno tuber tanto deterius, quanto ab acere aluus ipſa diſtat.
Martialis: Rumpimus altricem tenero de uertice terram
Tubera: boletis poma ſecunda ſumus.
Sed tuber pro malo, quod ex Aphrica Sextus papinius primus attulit in Italiam, maſculinum eſt. Suetonius in Domitiano: Pridie quàm periret, quũ ablatos tuberes ſeruari iuſſiſſet in craſtinũ, adiecit: ſi modo uti licuerit. Quod autẽ ait Martialis, Et uernæ tuberes, quid tibi cũ Libycis? Nõ eſt Vernæ fœmininũ à Vernus, ſed maſculinũ à Verna: ut ſit Vernæ tuberes, hoc eſt domi meæ nati.

IN IR.

In ir, maſculina ſunt. Vt, hic uir.
Sed ir neutrum eſt, & aptotum.
Martyr commune eſt duûm generum.

IN OR.

In or, maſculina ſunt. ut, hic orator, labor.
Sed ſciendum, Verbalia in ſor, quæ fœminina in trix rite nõ creãt, aliquoties fœmininis adiungi.
Ouidius: Sponſor coniugij ſtat dea muta ſui.

Arbor tamen, ſoror, & uxor fœminina ſunt.
Sed æquor, ador, marmor, & cor neutra ſunt.
Author uerò & memor communia ſunt duûm generum

nerum:quanquam neutris etiam adiuncta leguntur.

Lucanus: Italiam ſi cœlo authore recuſas.

Vergilius: Nulla dies unquam memore uos eximet æuo.

APPENDIX.

In or, à Colore, Decore, & Corpore compoſita, communia ſunt duûm generum.ut,hic & hæc diſcolor,indecor,bicorpor. Quædam tamen ex his nonnunquam neutris adiunguntur.

Ouidius: Et uolat admiſſis diſcolor agmen equis.

APPENDIX.

Comparatiua in or,communia ſunt duûm generum.ut,hic & hæc melior, prudentior. Præter Senior maſculinum,quod fœmininis etiam & neutris ueteres adiungebant.

Plinius de apibus loquens: Seniores intus operantur.

Seneca: Fama miratrix ſenioris æui.

IN VR.

In ur,neutra ſunt.ut,hoc guttur,murmur.
Aſtur tamen & Furfur maſculina ſunt.

APPENDIX.

In ur, quorum ſignificatio ad mares & ad fœminas pertinet,communia ſunt duûm generum.ut,hic & hæc fur,ligur,augur.

IN AS.

In as, fœminina ſunt. Vt,hæc ciuitas,pietas.
Præter As,& Mas,quæ maſculina ſunt.
Vas,uadis,maſculinum eſt,ſed uas uaſis neutrum.
Fas & Nefas neutra ſunt,& aptota.

APPENDIX.

Græca in as, maſculina ſunt.ut,hic gigas,adamas.

IN ES.

In es, fœminina ſunt. ut, hæc ſeges, acies.
Sed Præs, Aries, Verres, Pes, Paries, Lebes, Magnes, Tapes, & Bootes maſculina ſunt.
Hippomanes & Cacoethes neutra ſunt.
Dies in ſingulari generis eſt incerti, ſed in plurali maſculini tantũ: ſicut ab eo compoſitum Meridies.
Terentius: O feſtus dies hominis.
Vergilius: Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus.
Vates commune eſt duûm generum.

APPENDIX.

In es, e in i mutantia, & creſcẽtia in genitiuo, maſculina ſunt. ut, hic limes limitis, poples poplitis, obſes obſidis, præſes præſidis.

APPENDIX.

Miles, Eques, Pedes, Deſes, Indiges, Antiſtes, Interpres, Cocles, & locuples cõmunia ſunt duûm generũ.
Sed Diues, Hebes, Hoſpes, Comes, Soſpes, Teres, Præpes, Inquies, Superſtes, & Ales etiam neutris adiuncta leguntur.

Diues. Ouidius: Addidit externo marmore diues opus.
Hebes. Idem, Os hebes eſt, poſitæq; mouent faſtidia menſæ.
Hoſpes. Statius: Hoſpita pandas Flumina.
Comes. Lucan. Rerum nos ſumma ſequetur, Imperiũq; comes.
Soſpes. Iuuenalis: Depoſitum tibi ſoſpes ero.
Teres. Vergilius: Hæc tereti mos eſt aptare flagello.
Præpes. Ennius: Nec reſpirandi ſit copia præpete ferro.
Inquies. Salluſtius: Nobis primæ diſſenſiones uitio humani ingenij euenere, quod inquies atq; indomitum in certamine libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agitur.
Superſtes. Ouidius: Poſt mea manſurum fata ſuperſtes opus.

Ales

Ales nonnunquam pro aue accipitur:& tunc promiſcuum eſt ſub incerto articulo.

Vergilius:Excubitorq; diem cantu prædixerat ales.

Martialis: A litis eximiæ cauda ſuperba fuit.

Sed Ales adiectiuum uelocem ſignificat.

Silius. Alite uectus equo..

APPENDIX.

In es,à pede compoſita,communia ſunt trium generum. Vt,hic & hæc & hoc bipes,tripes,loripes.

Sed Sonipes maſculinum duntaxat inuenitur: Cõpes uerò & Apes fœminina.

IN IS.

In is,fœminina ſunt. Vt,hæc auis,bilis. Sed Caulis,Vermis,Aſsis,Sodalis,Acynacis,Cenchris, Aqualis,Canalis,& Caſsis pro reti,maſculina ſunt.Ciuis cõmune eſt duûm generum.

APPENDIX.

Quædam adiectiua in is,ſub articulo hic,ſubſtantiua ſunt. Vt,hic natalis,ædilis, contubernalis, molaris pro dente uel lapide.

APPPENDIX.

In is,antecedente n,maſculina ſunt. Vt,hic panis, funis. Sed Finis & clunis tam maſculina quàm fœminina leguntur.

Ouidius: Fine coli modico forma uirilis amat.

Silius :Finiſq; eſt adita dictis.

Iuuenalis:Ad terram tremulo deſcendunt clune puellæ.

Horat. Quàm pulchræ clunes,breue quàm caput,ardua ceruix.

Canis uerò & Iuuenis cõmunia ſunt duûm generũ,

APPENDIX.

In is,habentia duas conſonantes,aut unam duplicem

plicem ante is,in eadem ſyllaba,maſculina ſunt. Vt, hic piſcis,uectis,axis.

Sed peſtis,febris,aſpis,reſtis,neptis,ueſtis,iaſpis,pixis,eclipſis & orexis fœminina ſunt. Teſtis uerò & hoſtis communia ſunt duûm generum.

Inuenitur & teſtis neutro adiunctum apud Horatium dicentem, Teſtis eſt Metaurum flumen.

Anguis tam maſculinũ quã fœmininũ inuenitur.

Val.Max. Anguis eximiæ magnitudinis uiſus è conſpectu abijt.

Corn.Tac. Vnam continuo anguem uiſam narrare ſolitus eſt.

APPENDIX.

In is,penultimam una ex liquidis terminantia,maſculina ſunt.ut hic collis,amnis,corbis. Sed Vallis, Pellis,Turris,Peluis,& Bipennis fœminina ſunt.

Torquis tam maſculinum,quàm fœmininum reperitur.

Silius: Colla uiri fuluo radiabant aurea torque.

Propertius: Torquis ab inuiſa decidit unca gula.

APPENDIX.

In is,creſcentia in genitiuo,maſculina ſunt.ut,uomis uomeris,lapis lapidis,ſanguis ſanguinis.

Puluis pulueris,fœmininum etiam reperitur,ſed licenter.

Propertius: Sit mihi præcipue puluis Hetruſca dolor.

Sed Lis litis,Cuſpis cuſpidis, Aegis ægidis, Chlamis chlamidis:& Caſsis caſsidis,fœminina ſunt.

Dis ditis fœmininis etiam,& neutris adiungitur.

Horatius: Bruto prætore tenente.

Ditem Aſiam Rupili & Perſi pars pugnat.

Valerius Flacc. Non populos,non dite ſolum,non ulla parentis
Regna peto.

Samnis ſamnitis,commune eſt duûm generum.

APPEN

APPENDIX.

In is, ab aſſe compoſita, maſculina ſunt: ut, hic treſſis, centuſsis.

IN OS.

In os, maſculina ſunt. Vt, hic flos, mos, ros. Sed Cos, Dos, Glos, Arbos, & Arctos fœminina ſunt. Os oris & oſsis, & Græca quædam neutra ſunt: Vt, Chaos, Melos.

Bos, impos, compos, cuſtos, & ſacerdos, communia ſunt duûm generum.

Sed cuſtos interdum nentris adhæret. Iuuenalis. Tituliq́; cupido. Heſuri ſaxis cinerum cuſtodibus.

IN VS.

In us, ſecundæ declinationis, maſculina ſunt. ut, hic uentus, nimbus, aceruus. Sed Humus, Colus, Vannus, Carbaſus, & Aluus fœminina ſunt.

Sed Carbaſus pro ſacro amiculo maſculinum reperitur. Val. Max. Quum Carbaſum, quem optimum habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

Pelagus neutrum eſt, ſicut Pus & Virus aptota.

Vulgus tam maſculinũ, quàm neutrũ inuenitur. *Vergil. Hinc ſpargere uoces In uulgum ambiguas. Idem: Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus.*

APPENDIX.

Græca quædã, os in us mutantia, fœminina ſunt. Vt, hæc Papyros, uel Papyrus.

Sic Biſſus, Eremus, Periodus, Synodus, Cryſtallus, Methodus, Diphthongus, Abyſſus, Phaſellus, Coſtus.

Sed pauca ex his maſculina legũtur. Vt, hic Hyacinthus, Smaragdus, Chryſolithus, Zelus, Gyrus, Gõphus, & Ciclus. Pauca quoq; communia ſunt duûm

gener

generum. Vt, hic & hæc Philoſophos uel Philoſophus:ſic Philocalus,Chironomus,Bubalus, & Camelus,& huiuſmodi pauca, ut uult Priſcianus.

APPENDIX.

In us, tertię declinationis,neutra ſunt. Vt hoc tempus,pondus,munus. Lepus tamen maſculinum eſt.

APPENDIX.

In us,tertiæ declinationis, ſi retinent u, in genitiuo,fœminina ſunt. Vt,hæc incus incudis,tellus telluris,uirtus uirtutis.
Sed monoſyllaba neutra ſunt. Vt,hoc crus,ius,thus.
Mus tamen maſculinum eſt.
Sus commune eſt duûm generum.

APPENDIX.

In us,quartæ declinationis,maſculina ſunt. Vt,hic gradus,metus,uiſus. Sed Porticus,Tribus,Manus, Domus, Anus,Socrus, Nurus, Acus, & Idus ſemper plurale, fœminina ſunt. Penus & Specus tam ſecundæ, quàm quartæ declinationis, modò maſculina, modò fœminina leguntur: tertiæ uerò neutra tantum.

Plautus: Niſi penus annuus hodie conuenit, cras populo proſtituam uos.
Lucil. Magna penus paruo ſpacio conſumpta peribit.
Horatius: Annonæ proſit,portet frumenta,penuſq;.
Ouidius: Eſt ſpecus in medio ſyluis,& uimine denſus.
Silius: Tabicam expirat ſaniem ſpecus ultima.
Vergilius: Hic ſpecus horrendum,& ſæui ſpiracula ditis.

IN AES.

In æs,unum inuenitur maſculinum. Vt,hic Præs.
Vnum item neutrum:ut,hoc Aes,æris.

IN AVS.

In aus duo, inueniũtur fœminina. Vt, hæc fraus, laus.

IN X.

In x, fœminina ſunt. Vt, hæc pax, lux, nox. Sed Varix, Calix, Fornix, Sandix, Bombix, Spadix, Orix, Iapix, Erix, Maſtix, & Grex maſculina ſunt. Onix uerò & Sardonix; item Lynx & Calx pro ima pedis parte tam maſculina quàm fœminina leguntur.

Martialis: Calcatuſq; tuo ſub pede lucet onix.

Idem: Vnguentum fuerat, quod onix modo parua gerebat.

Iuuenal. In manibus denſi radiant teſtudine tota Sardoniches.

Idem: Conducta Paulus agebat Sardoniche.

Horatius: Nec curat Orion leones: Nec timidos agitare lyncas,

Vergil. Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis.

Perſius: In portam rigidos calces extendit.

Vergil, Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat.

APPENDIX.

Quædam uerbalia in trix, figuratè neutris adiuncta leguntur.

Claudianus: Victrici concepta ſolo.

Lucanus: Tollite iam pridem, uictricia tollite ſigna.

Natrix etiam maſculinis quandoq; adhæret.

Lucanus: Et natrix uiolator aquæ.

APPENDIX.

In x, ſupra ſyllabam, a uel e antecedente, maſculina ſunt. Vt, hic thorax, limax, uertex, murex.

Sed Fornax, Smilax, Carex, Vibex, Forfex, Pellex, & Supellex fœminina ſunt.

Cortex, Silex, Pumex, & Obex tam maſculina, quàm fœminina leguntur.

Cortex. Ouidius: Senſit enim trepidare nouo ſub cortice pectus.

Verg.

Vergil.–Muſco circundat amaræ Corticis.
Silex. Statius: Indomituſq; ſilex curua furnace liqueſcit.
Vergilius: Stabat acuta ſilex præciſis undiq; ſaxis.
Pumex. Idem: Cui domus, & dulces latebroſo in pumice nidi.
Catullus: Cui dono lepidum nouum libellum
Arida modo pumice politum.
Obex. Ouidius: Quas obice firmo Clauſerat Iliades.
Vergilius: Ecce maris magna claudit nos obice pontus.

In x, quorum ſignificatio ad mares tantum pertinet, maſculina ſunt. Vt, hic rex, trax, phryx, cilix.

In x, quorum ſignificatio ad mares & ad fœminas pertinet, communia ſunt duum generum. Vt, hic & hæc dux, coniunx.

IN S, *alia antecedente conſonante.*

In s, alia antecedente conſonante monoſyllaba, fœminina ſunt. Vt, hæc mors, plebs, mens. Sed Mons, Pons, Fons, Dens, & Seps pro ſerpente, maſculina ſunt. Scrobs tamen, & Stirps pro trunco, tam maſculina quàm fœminina leguntur.

Plautus: Ibi ſcrobes effodito duos ſexagenos in dies.
Ouidius: Aut procul egeſta ſcrobibus tellure duabus.
Vergilius: Et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.
Horatius: Stirpeſq; raptas, & pecus, & domos.

APPENDIX.

In s, alia antecedēte cōſonāte ſupra ſyllabā, maſculina ſunt. Vt, hic calibs, tridens pro ſceptro Neptuni.

Sed Hyems, Cohors, Forceps, & Bidens pro oue, fœminina ſunt. Rudens & Serpēs tam maſculina, quàm fœminina leguntur.

Ouidius: Pulſi gemuere rudentes.
Plautus: Hanc, quam trahis, rudentem complico.

Vergilius: Corpora natorum ſerpens amplexus uterq;.
Iuuenalis: Et mouiſſe caput uiſa eſt argentea ſerpens.

APPENDIX.

In s, alia antecedente conſonante, quorum ſignificatio ad mares & ad fœminas pertinet, communia ſunt duûm generum. Vt, hic & hæc parens, princeps, effrons.

NVMERI nominum ſunt duo. Singularis, ut hic magiſter. Pluralis, ut hi magiſtri.

FIGVRAE nominum ſunt tres. Simplex, ut magnus. Compoſita, ut magnanimus. Decompoſita, ut magnanimitas.

CASVS nominum ſunt ſex, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus. Dictus eſt caſus à cadendo, quia unus ab alio cadit. Vnde nominatiuus abuſiuè dicitur caſus, quia à nullo cadit: ſed ab ipſo naſcuntur omnes alii.

Ex caſibus duo ſunt Recti, Nominatiuus & Vocatiuus: quippe qui finitis uerbis à fronte iunguntur ſub eiuſdem perſonæ ratione: ut, Semper graculus aſsidet graculo. &, Tityre coge pecus. Alii uerò, quia nunquam ſic conſtruuntur, Obliqui appellantur.

Nominatiuus prima uox eſt, qua rem quamlibet nominamus.
Genitiuus, non quia caſus alios gignat, ſed quòd eo utamur interrogati, cuius uel originis, uel poſſeſſoris res aliqua ſit. ut, Cuius eſt liber? Ciceronis. Cuius eſt filius Aphricanus? Pauli Aemylij. Vnde idem & Patrius caſus dicitur. Datiuus, quo utimur attribuendo aliquid cuipiam. Vt:

Dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas. Dicitur & à Grammaticis Octauus caſus, quoties in Accuſatiuum ſoluitur cum

præp

præpoſitione In,uel Ad.ut,It clamor cœlo.Hoc eſt,in, uel ad cœlum. Accuſatiuus,quo utimur,quum perſonam, aut rem uerbo ſubijcimus.Vt,Virum malum uel mus mordeat.Item,

Sperne uoluptatem,nocet empta dolore uoluptas.

Vocatiuus, quo quempiam uel uocamus, uel ſalutamus. Vt, Huc ades ô formoſe puer.Item,

Salue ſancte parens,iterum ſaluete recepti

Nequicquàm Manes. Ablatiuus, quo utimur, quum auferri aliquid ſignificamus.Vt,Aufertur id præmium à me,quod promiſi per iocum. Idem caſus etiam à Diomede Septimus appellatur,quum aut abſolutè ponitur:ut,Fit ſonitus ſpumante ſalo. Aut aliâs ſine præpoſitione effertur.ut,Cornu ferit ille,caueto.

De declinationibus.

DEclinationes nominũ ſunt quinque.Prima,Secunda,Tertia,Quarta,& Quinta.

Prima eſt,cuius genitiuus & datiuus ſingulares in æ diphthongum deſinunt. ut, Muſa, huius muſæ, huic muſæ.

Secunda eſt, cuius genitiuus ſingularis in i,& datiuus in o,deſinit.ut,Magiſter, huius magiſtri, huic magiſtro.

Tertia eſt, cuius genitiuus ſingularis in is, & datiuus in i, deſinit. ut, Sacerdos, huius ſacerdotis,huic ſacerdoti.

Quarta eſt, cuius genitiuus ſingularis in us, & datiuus in ui, deſinit. ut,Manus, huius manus, huic manui.

Quinta eſt, cuius genitiuus & datiuus ſingulares in ei deſinunt.ut,Dies,huius diei,huic diei.

Declinatio eſt uocis in fine per obliquos caſus uariatio. Hæc etiam Ordo, Flexus, Inflexus, Inflexio appellatur. Et eſt in ſermone Latino triplex, Naturalis, Græca & Miſta. Naturalis eſt, quæ nullum Græcum caſum admittit: ut Quarta & Quinta declinationes. Græca eſt, quæ Græcum morem ſectatur: qualis eſt declinatio Græcorum in e longum: ut Paraſceue, Pentecoſte. Miſta eſt, quæ inflexu Latino Græcos inſerit caſus. exempla patebunt in Prima, Secunda & Tertia declinationibus.

LIBER SECVNDVS.

De Prima Declinatione.

NOMINATIVVS ſingularis primę declinationis, terminationes habet quinq;, a, e, as, es, & am. Vt Muſa, Penelope, Aeneas, Anchiſes, Adam.

Sed in am barbara ſunt. Vnicam pro omni caſu habentia terminationem: niſi ea inueniamus ad aliquam formam declinabilem reducta. ut adamus adami, abrahamus abrahami ſecundæ declinationis: quod recentiores fecerunt hiſtoriographi, uſus tamen ualidior obtinuit, ut Adæ et Abrahæ in genitiuo dicant eccleſiaſtici: quaſi à nominatiuis Ada & Abraha.

Genitiuus & Datiuus.

Genitiuus & Datiuus ſingulares primæ declinationis, in æ, diphthongum deſinunt: ut, Poëta, huius & huic poëtæ. Aeneas, huius & huic Aeneæ. Anchiſes, huius & huic Anchiſæ.

Priſci Latini genitiuum etiam in as, ad Græcorū imitationem protulerunt.

Liuius Andronicus: Atq; eſcas habemus mentionem, pro eſcæ.

Neuius: Venit in mentem hominū fortunas, pro fortunæ. Hinc

Paterſ

Paterfamilias, materfamilias, filiusfamilias, pro familiæ dici ſolet. Cæterum in genitiuis, Aulai, Pictai & conſimilibus diæreſis eſt poëtica.

Vergil. Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Idem: Diues opum, diues pictai ueſtis, & auri.

APPENDIX.

Græca in e, genitiuum formant à nominatiuo, adiectas, s. Vt, Penelope, huius Penelopes, Tisbe, huius Tisbes.

Accuſatiuus.

Accuſatiuus ſingularis primæ declinationis, mutat æ diphthongum genitiui in am. Vt, huius poëtæ, hunc poëtam: huius muſæ, hãc muſam. Frequẽtius tamẽ in Grecis accuſatiuũ Græcum per n, proferunt, autores. Vt, hunc Aenean, Laërten, hanc Aeginan.

Ouid. Aenean animo nocte, dieq; refert.

Idem: Aſpice Laërten, ut iam ſua lumina condas.

Statius: Nanq; ferunt raptam patrijs Aeginan ab undis.

APPENDIX.

Paſcha licet indeclinabile ſit, Latini tamẽ eccleſiaſtici Paſchæ in genitiuo & datiuo dixerunt: & quia neutrum eſt, habet accuſatiuũ nominatiuo ſimilem.

Eccleſiaſticos imitatus Auſonius dixit,

Inſtantis reuocant quia nos ſolennia paſchæ. Item,

Nos etenim primis ſanctum poſt paſcha diebus

Auenus agrum uiſere.

APPENDIX.

Græca in e, accuſatiuum formant à nominatiuo addita n: Reliqui uerò caſus ſunt nominatiuo ſimiles. Vt, hæc Libye, huius Libyes, huic Libyę, hanc Libyen, ò Libye, ab hac Libye.

Vocatiuus.

Vocatiuus ſingularis primæ declinationis, ſimilis eſt nominatiuo. Vt, ò poëta, ò muſa.

Græcorum tamen uocatiuus apud poëtas nunc in e, nunc in a deſinit. ut, ò Achate, ò Aenide.

Vergil.–Quis iam locus (inquit) Achate,
Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?
Idem: Sit ſatis Aenide telis impune Numanum
Oppetiiſſe tuis. Item ò Aenea, ò Anchiſa.
Vergilius: Aenea uigila, & uelis immitte rudentes.
Idem: Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.

Ablatiuus.

Ablatiuus ſingularis primæ declinationis, in a, enuntiatur. Vt, ab hoc poëta, ab hac muſa.

Sed in Gręcis nominib⁹ in e, quoq; poëtice finitur.
Vergil.– Ipſe uno graditur comitatus Achate.

Nominatiuus & Vocatiuus plurales.

Nominatiuus & Vocatiuus plurales primæ declinationis, in æ, diphthongum deſinunt. Vt hi & ò poëtæ, hæ & ò muſæ.

Genitiuus pluralis.

Genitiuus pluralis primæ declinationis, fit ex ablatiuo ſingulari, aſſumendo rum. ut, ab hoc poëta, horum poëtarum: ab hac muſa, harum muſarum.

In compoſitis tamen, & patronymicis quandoque per conciſionem mediæ ſyllabæ hic genitiuus à poëtis profertur.

Vergilius: Graiugenumq; domos, ſuſpectaq; linquimus arua. Pro, Graiugenarum.
Idem: O patriæ, ò Diuum domus, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum. Pro Dardanidarum.

Dati

Datiuus & Ablatiuus plurales.

Datiuus & Ablatiuus plurales primæ declinationis,mutant o,extremam Ablatiui ſingularis in is. Vt, ab hoc poëta,his & ab his poëtis. ab hac muſa,his & ab his muſis. Sed filiabus, Natabus, Libertabus, Deabus,Mulabus,& Equabus,diſcernendi ſexus gratia excipiuntur.

Nec debent ad iſtorum ſimilitudinē alia temere formari: Nam (ut rectè dicit Valerius Probus) Ea,que arte carent,ſola autoritate firmantur.

Ex his quædā interdū apud poëtas in is, enūciātur.
Plautus: Sed ego ibi intro,& gratulabor ueſtrum aduentum filijs.
Vbi de puellis loquitur ſenex ad generos.
Statius: Chariſq; para connubia natis:
Quas tibi ſidereis diuarum uultibus æquas Sors dedit.

Accuſatiuus pluralis.

Accuſatiuus pluralis primæ declinationis, fit ex ablatiuo ſingulari,aſſumendo, S: Vt,ab hoc poëta, his & ab his poëtis:ab hac muſa,his & ab his muſis.

Secunda declinatio.

NOMINATIVVS ſingularis ſecundæ declinationis terminationes habet ſex,er,ir,ur,um,us & eus. Vt, Caper, uir, ſatur,lignum,dominus,Orpheus.

Genitiuus.

Genitiuus ſingularis ſecundæ declinationis in i, enuntiatur.ut,Caper huius capri:platanus huius platani. Sed in eus,Gæcorum quædam genitiuum habent Latine in ei,Græce uerò in eos: quædam item

in o. Vt, Tereus, huius Terei & Tereos, Androgeus, huius Androgei & Androgeo.

Martialis: Flet Philomena nephas inceſti Tereos.

Vergil. Androgeo galeam, clypeiq; inſigne decorum Induitur.

Ouidius: Androgeiq; necem iuſtis ulciſcitur armis.

APPENDIX.

Adiectiua quædam genitiuum in ius, per ſecundam pronominis declinationem enuntiant. Vt, unus una unum, genitiuo unius.

Sic ullus ullius, uter utrius, ſolus ſolius, totus totius, alius huius alius, alter alterius.

Veteres tamen horum nominum genitiuos in genere maſculino & neutro per i, in fœminino per æ, diphthongum proferebant.

Plautus: Quaſi uerò corporei reliqueris poteſtatem coloris ulli capiendi.

Terentius: Quandoquidem tam iners, tam nulli conſilij ſum.

Cicero: Non res totæ rei neceſſe eſt ſimilis ſit.

Datiuus & Ablatiuus.

Datiuus & Ablatiuus ſingulares ſecundæ declinationis, i, extremam genitiui mutant in o, ut huius colubri, huic & ab hoc colubro: huius platani, huic & ab hac platano.

Huic autem Orphi datiuus Græcus eſſe uidetur à nominatiuo in es: quo uti ſolebant antiqui.

Vergil. Orphi Calliopea, Lino formoſus Apollo.

Sed quæ genitiuũ in ius, terminant, abiecta us, datiuum in i, efferunt. Vt, Vnius uni, alterius alteri.

Accuſatiuus.

Accuſatiuus ſingularis ſecundæ declinationis i, extremã genitiui mutat in um. Vt, huius uiri, hunc uirum

rum:huius platani,hanc platanum. Sed Græca in eus,Græcum accuſatiuum in a, efferunt.ut,hic Theſeus hunc Theſea.hic Orpheus hunc Orphea.

Ouidius:Theſea deuoui,quia te dimittere nollet.

Vergil.Orpheaq; in medio poſuit,ſyluasq; ſequentes.

Inuenimus etiam Orpheon.

Ouid.Strymoniæ matres Orpheon eſſe ratæ.

APPENDIX.

Græca in us,accuſatiuum in on,frequenter enunciant.ut,hic Menelaus, hunc Menelaon. hæc Pylus, hanc Pylon.

Ouid. Ardet amore tui,ſic & Menelaon amauit.

Idem:Nos Pylon antiqui Neleia Neſtoris arua Miſimus.

APPENDIX.

Neutra omnia ſemper habent accuſatiuum & uocatiuum nominatiuo ſimilem. ut,hoc & ò regnum, ò pelagus.

Vocatiuus.

Vocatiuus ſingularis ſecundæ declinationis,ſimilis eſt nominatiuo.ut,hic & ò faber,uir,ſatur: hæc,& ò Glycerion.

Pauca tamen in er,,uocatiuum in e,nonnunquam efferunt.ut, Euander ò Euandre, Teucer ò Teucre, Tymber ò Tymbre,Puer ò puere.Quaſi ab antiquis nominatiuis Euãdrus, Teucrus,Tymbrus & puerus.

Verg. Et tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

Plaut. Ego memor,tu puere abi hinc intro ocyus.

Solebant enim ueteres huiuſmodi nomina etiã in us enuntiare.

Verg. Tum pater Euandrus dextram complexus euntis.

Idem:Teucrus Rhœteas primum eſt aduectus in oras.

In us, mutant us in e,in uocatiuo.ut,Animus ò anime

anime, myrtus ò myrte. Deus tamen uocatiuum habet nominatiuo ſimilem. Filius uerò abiecta,s, facit uocatiuum.ut filius ò fili. Agnus, Vulgus, Lucus, Chorus, Fluuius, & Populus pro natione ſæpius habent uocatiuum nominatiuo ſimilem.

Vergil.Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum
Adſis ò tandem.

Lucanus:Degener ò populus uix ſecula longa decorum eſt,
Sic meruiſſe uiris.

APPENDIX.

Propria in ius, abiecta us, faciunt uocatiuum.ut, Vergilius ò Vergili, Pompeius ò Pompei, Salluſtius ò Salluſti.

APPENDIX.

Græca quædam in us, abiecta S, faciunt uocatiuũ. Vt, Oedipus ò Oedipu, Panthas ò Panthu, Melampus ò Melampu.

APPENDIX.

Græca in eus, abiecta S, faciunt uocatiuũ.ut, Theſeus ò Theſeu, Orpheus ò Orpheu.

Nominatiuus & Vocatiuus plurales.

NOminatiuus & Vocatiuus plurales ſecũdæ declinatiõis ſunt genitiuo ſingulari ſimiles.ut huius ſoceri, hi & ò ſoceri. huius platani, hæ & ò platani.

Duo & Ambo, quoniam heteroclita ſunt, cum reliquis explicabuntur.

Neutra omnia, i, extremam genitiui ſingularis mutant in a, in nominatiuo, accuſatiuo & uocatiuo pluralibus. Vt, huius templi, hæc & ò templa. huius regni, hæc & ò regna.

Genit

Genitiuus pluralis.

Genitiuus pluralis ſecundæ declinationis, fit ex ablatiuo ſingulari aſſumendo rum. Vt, ab hoc puero, horum puerorum: ab hac platano, harum platanorum: ab hoc ligno, horum lignorum.

Authores tamen hunc genitiuum per cōciſionem mediæ ſyllabæ aliquoties proferunt.

Verg. Chara Deûm ſoboles magnū Iouis incrementū. Pro, deorū. Idem: Inſequitur clamorq; uirum ſtridorq; rudentū. Pro uirorum. Cicero: Quis enim tueri poßit liberûm pueritiam cōtra improbitatem magiſtratuum? pro liberorum. Sed in nominibus neutris eiuſmodi conciſio rarißimè inuenitur.

Datiuus & Ablatiuus plurales.

Datiuus & Ablatiuus plurales ſecundæ declinationis fiunt ex Ablatiuo ſingulari, o, finali conuerſa in is. ut, ab hoc uiro, his & ab his uiris: ab hac platano, his & ab his platanis: ab hoc templo, his & ab his templis.

Duobus & Ambobus heteroclita ſunt.

Sed feſtorum nomina ſemper pluralia genitiuum tam per ſecundam declinationem, quàm per tertiam enuntiant: datiuum uerò & ablatiuum duntaxat per tertiam. ut, pluraliter hæc Saturnalia, horum Saturnaliorum & Saturnalium, his & ab his Saturnalibus.

Sic Floralia, Quinquatria, & huiuſmodi plurima.
Verrius Flac. Saturnaliorū dies apud Græcos quoq; feſti habētur.
Mar. Varro: Floralium dies à ferendis in ſepulchra epulis dicti.
Horatius: Quid fiet? ab ipſis Saturnalibus huc fugiſti.
Iuuenalis: – Totis Quinquatribus optat
Quiſquis adhuc uno partam colit aſſe Mineruam.

Accuſat

Accuſatiuus pluralis.

Accuſatiuus pluralis ſecundæ declinationis fit ex ablatiuo ſingulari aſſumendo,S.ut ab hoc ſocero,hos ſoceros:ab hac platano,has platanos.

Tertia declinatio.

NOMINATIVVS ſingularis tertiæ declinationis literas terminales habet undecim:A,E,&O.ut,dogma,cubile,ſermo. C,ut, lac,halec. D,ut, Dauid,Bogud. L,ut,ſal,mel,pugil,ſol,conſul. N,ut, titan, carmen,delphin,canon. R,ut,calcar,pater,martyr,dolor,turtur. S,ut,mas,pes,lis,mos,rus,fraus, laus,æs, præs,arabs,plebs,calybs,ſcrobs,daps,princeps,cynips, Pelops,parens, infans, tyrins, mons, Arnns, pars, ſolers,mors,Tiburs,puls,hyems, ſtirps. T,ut, caput, occiput. X,ut, pax,lex, nix, nox, nux,falx,lanx, lynx,arx,merx,ſaux.

GENITIVVS IN A.

In a, tertiæ declinationis,addita tis, faciunt genitiuum.ut,poëma poëmatis,epigramma epigrammatis,ſtemma ſtemmatis.

IN E.

In e,genitiuum faciunt,e conuerſa in is.ut,måre maris,monile monilis.

IN O.

In o, accepta, nis, faciunt genitiuum. ut, ſermo

ſerm

ſermonis, talio talionis, actio actionis, pugio pugionis. Sed Hominis, Neminis, Cardinis, Ordinis, Apollinis & Cupidinis pro Deo excipiuntur.

Ennius tamen dixit, Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem. A genitiuo homonis.

APPENDIX.

In do, & in go, mutant o, in i, & accipiunt nis, in genitiuo. ut Arundo arũdinis, ualetudo ualetudinis, uirgo uirginis, margo marginis.

APPENDIX.

Turbo turbinis, pro impetu uẽti dicimus: ſed pro gladiatoris proprio, Turbonis.

Perſius: Momento turbinis exit.

Horatius: Corpore maiorem rides Turbonis in armis Spiritum.

APPENDIX.

Caro autem carnis habet in genitiuo: quia ueteres hæc carnis in nominatiuo proferebant.

Tit. Liuius: Laurentibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat.

APPENDIX.

Anio & Nerio mutant o, in e, & accipiunt nis, in genitiuo.

Vetuſtiſsimi Anien & Nerien iuxta analogiam, teſte Aulo Gellio, dixerunt.

Ouidius: Aut Anienis aquæ, curſuq; breuiſsimus aluo.

Plautus: Mars peregre aduenìens ſalutat Nerienem uxorẽ ſuam.

APPENDIX.

Græca in o, genitiuum in us, Græce proferunt, ut, Clio Clius, Sappho Sapphus, Mantho Manthus.

Ouidius: Non mihi ſunt uiſæ Clio, Cliusq; ſorores.

Idem: An niſi legiſſes authoris nomina Sapphus.

Verg. Fa

Verg.Fatidicæ Manthus,& Tuſci filius amnis.

Reliquos caſus nominatiuo ſimiles habent.

Ouid.Certus es ire tamen,miſeramq; relinquere Dido.

Idem:Et ſteterat quocunq; loco ſpectabat ad Iö.

Quanquàm huiuſmodi nomina antiquißimi Latinè quoq; declinauerunt. Liuius Andronicus. Apud nympham Atlantis filiam Calypſonem. Plautus:Quem quondam Ioni Iuno cuſtodem addidit.Ioni dicit à nominatiuo Iö. Id tamen parce imitandum monet Quintilianus his uerbis:Mihi autem placet Latinam rationē ſequi,quouſque patitur decor: neque enim iam Calypſonem dixerim,ut Iunonem. Quanquam ſecutus antiquos Cæſar utitur hac ratione declinandi.Hinc autoritatem conſuetudo ſuperauit, unde extat tetraſtichon illud:

Vatibus Auſonijs Tyriam dat Græcia Dido:
Fecit Didonem Rhomula uox Taciti.
At Calypſonem Latijs das inclyte Cæſar:
Quodq; decor patitur,Quintiliane iubes.

IN C.

In c,addita is,faciunt genitiuum.ut,Halec halecis.

Sed Lac aſſumit tis,in genitiuo:quia ueteres hoc Lacte dixerunt.

Plautus:Nec lacte eſt lacti uſquam ſimilius.

IN D.

Barbara in d,accepta is,faciunt genitiuum.ut, Dauid Dauidis,Bogud Bogudis,apud Titum Liuium dicentem:

Caßius geßiſſet cum Tremonio bellum, ſi Bogudem trahere in ſocietatem fauoris potuiſſet.

Dauidis facile apud eccleſiaſticos inuenitur:quanquam Barbara(ut dictum eſt)indeclinabilia manent,niſi ea ad noſtram regulam flexa legamus.

IN L.

In l,addita is,faciunt genitiuum. Vt,Tribunal tribunalis,Daniel Danielis,pugil pugilis, ſol ſolis, conſul conſulis. Excipiuntur Fellis & Mellis: quæ geminant,ll,in genitiuo.

IN AN.

In an, genitiuum Græcè in os enuntiant. ut,Pan, Panos.

Vergil. Parrhaſio dictum Panos de more Licei.

Vel ex genitiuo Græco fit Latinus, os conuerſa in is. Vt,Titan Titanis,Pæan Pæanis.

IN EN.

In en, mutant e, in i,& accipiunt nis, in genitiuo. Vt,lumen luminis,ſemen ſeminis.

Sed Lien, Ren,Siren, Splen, Lichen, & Trœzen, accepta,is,faciunt genitiuum. Vt,Lien lienis, ren renis,ſiren ſirenis,&c.

IN IN.

In in,addita is,faciunt genitiuum.ut,Dephin delphinis,Salamin Salaminis.

IN ON.

In on,addita is, faciunt genitiuum. ut, Canon canonis,dæmon dæmonis.

Sed Bizontis,Orizōtis,Chamæleontis,& propria quædam excipiuntur: ut, Archimedontis. Demophoontis. Laocoontis. Autumedontis.Phaëthontis. Charontis. Phlegethontis. Acherontis. À nominatiuis Archimedon, Demophoon, Laocoon, Autumedon,Phaëthon,Charon,Acheron,& Phlegethon.

IN AR.

In ar,accepta is, faciunt genitiuum.ut, Calcar calcaris. nectar nectaris.

Excipitur Far,quod ſolum r,geminat in genitiuo. *Et hoc differentiæ cauſa,ne uerbum putetur ſecundæ perſonæ.*

Hepar r,in t,mutat,& aſſumit is,in genitiuo. *Quia Hepas, non Hepar dixerunt antiquiſſimi: quanquam hoc nomine raro utuntur Latini.*

IN ER.

In er,accepta is,faciunt genitiuum.ut,Cicer ciceris,piper piperis,acer aceris,pro arbore.

Sed Celeber,Saluber, Alacer,& Acer adiectiuum er,in ris,conuertunt in genitiuo.

APPENDIX.

Imber cum compoſitis er,in ris,conuerſa facit genitiuum. Vt, imber imbris,September Septembris, October Octobris. Prǫter Mulciber,quod is,aſſumit in genitiuo.

Ouidius:Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.

APPENDIX.

In er,t,antecedente,er mutata in ris, faciunt genitiuum. ut, Venter uentris, lynter lyntris, campeſter campeſtris.

Sed Lateris,Aetheris,Spintheris, Crateris, Cliſteris,Luteris,Characteris,Stateris,Soteris,Phiſeteris,& Præſteris excipiuntur.

Itineris excedit nominatiuũ,Iter, duabus ſyllabis. *Sed antiquiſſimi Iter iteris,& Itiner itineris dixerunt.*
Neuius:Ignoti iteris ſumus.
Plautus:Quin tu ergo itiner exequi meum me ſinis.

Iuppiter genitiuum habet anomalum: dicimus enim

enim hic Iuppiter huius Iouis.

IN IR.

In ir, accepta is, faciunt genitiuum. ut, Martyr martyris.

IN OR.

In or, accepta is, faciunt genitiuum. Vt, orator oratoris. marmor marmoris. Hector Hectoris.

Sed Cor Cordis aſſumit d, in genitiuo.

IN VR.

In ur, accepta is, faciunt genitiuum. ut, Murmur murmuris, uultur uulturis.

Excipiuntur Roboris, Eboris, Iecoris, & Femoris: quæ u, in o, mutant in genitiuo.

IN AS.

In as, ablata s, & addita tis, faciunt genitiuum, ut, Ciuitas ciuitatis, Arpinas Arpinatis.

Sed Mas maris, & As aſsis excipiuntur.

Vas pro fideiuſſore uadis, pro eo quod liquorem continet, uaſis habet in genitiuo.

APPENDIX.

Græca quędam in as, ablata s, & addita dis, faciunt genitiuum. ut, Lampas lampadis, Troas Troadis.

Quædam in antis, genitiuum terminăt. ut, Gigantis, Elephantis, Calchantis, Pallantis, quando eſt uiri proprium: pro Minerua autem Palladis habet, aut Græcè Pallados: A nominatiuis Gigas, Elephas, Calchas, & Pallas.

IN ES.

In es, maſculina, genitiuum es, in itis, conuerſa enuntiant. Vt, hic ceſpes huius ceſpitis. ſic fomes fomitis. limes limitis. poples poplitis.

Sed hic Verres, & propria quædam,es,in is, mutãt in genitiuo.ut,hic Verres,huius uerris.Sic Orontes Orontis, Achilles Achillis. Vlyſſes Vlyſsis, Ioannes Ioannis.

APPENDIX.

Quędam propria in es,genitiuum tam in is,quàm etis efferunt.ut,hic Chremes,huius Chremis,& Chremetis:hic Darhes,huius Darhis,& Darhetis.

Terent.Puerum inde abiens conueni Chremis.
Idem:Egomet continuo ad Chremetem.
Vergil.Præcipitemq; Darhen ardens agit æquore toto.
Idem:Creber utraq; manu pulſat,uerſatq; Darheta.

APPENDIX.

Græca quædam in es,ablata s,accipiunt tis,in genitiuo.ut,hic Magnes, huius magnetis. Sic Lebes lebetis. Tapes tapetis.

APPENDIX.

In es,i,antecedente, abiecta s,& addita tis, faciunt genitiuum.ut, Aries arietis. ſic Paries parietis, abies abietis,quies quietis.

APPENDIX.

In es,à ſedeo compoſita,es,in idis, mutant in genitiuo.ut Obſes obſidis,præſes præſidis,deſes deſidis.

APPENDIX.

In es, fœminina, es, in is, conuerſã, faciunt genitiuum. Vt,hæc clades huius cladis. ſic labes labis, ſoboles ſobolis. Sed mercedis,Cereris,ſegetis,& tegetis excipiuntur.

APPENDIX.

In es, cõmunia duum generum,es, in itis, mutant in gen

in genitiuo. Vt, hic & hæc Diues huius diuitis, ſic Miles militis, comes comitis, eques equitis, pedes peditis.

Sed Hebetis, Indigetis, Perpetis, Teretis, Interpretis, Manſuetis, Præpetis, Locupletis, Vatis, & Hæredis excipiuntur.

APPENDIX.

Pes, & ab eo compoſita, ablata, s, accipiunt dis, in genitiuo. ut, Pes huius pedis, bipes bipedis, ſonipes ſonipedis. Apes tamen mutat es, in is, in genitiuo. Vt, hæc Apes, huius apis.

IN IS.

In is, genitiuum habent nominatiuo ſimilem. Vt, panis huius panis. axis huius axis. febris huius febris. uis huius uis.

Cornelius Tacitus: Plus uis habeat, quàm ſanguinis.

Item, hic Semiſsis huius ſemiſsis, à ſemis, & as. Vatinius Ciceroni: Simul uerò ſemiſsis homo contra me arma tulit.

Sed Ditis, Litis, Quiritis, Samnitis, Cuſpidis, & ab eo compoſita excipiuntur. Vt, hic, & hæc, & hoc Bicuſpis, huius bicuſpidis: hic & hæc, & hoc tricuſpis, huius, tricuſpidis.

Pollinis, & Sanguinis genitiuos eſſe ab antiquis nominatiuis Pollen, & Sanguen arguit analogia.

Exanguis tñ habet genitiuũ ſimilem nominatiuo.

Analogia eſt ſimilium dictionum proportio. ut quemadmodum carmen, e in i conuerſa, & addita is, facit genitiuum, ut carmen carminis. ita pollen, & ſanguen, pollinis, & ſanguinis habent in genitiuo.

APPENDIX.

Quæ tam in er, quàm in is, exeunt, regulam ſeruant terminatorum in er. Vt, Ciner uel cinis, huius

cineris:ſic Puluer uel puluis, huius pulueris. Vomer uel uomis, huius uomeris. Dicimus tamen puber puberis,& Pubis huius pubis.

Salluſtius:Omnes puberes Numidas,atq; negotiatores interfecit.
Ouidius:Facietq; uiros impubibus annis.

APPENDIX.

Quædam tam in in,quam in is, regulam ſequuntur finitorũ in,in.ut,Delphin,uel delphis,huius delphinis, ſic Eleuſin uel Eleuſis, huius Eleuſinis. Salamin,uel Salamis,huius Salaminis.

APPENDIX.

Quædam Græca in is,genitiuũ in eos,uel ios, efferunt.ut, Poëſis poëſeos,Diœceſis diœceſeos,Nemeſis nemeſios,Baſis baſios.

APPENDIX.

Thetis cum aſpiratione in prima ſyllaba,& i, Latino in ſecunda, Thetidis habet in genitiuo. Et eſt mater Achillis.

Ouidius:Iuppiter æquoreæ Thetidis connubia uitat.

Tethys uerò cũ aſpiratione in ſecunda, ſequente y habet,Tethyos,Et eſt Oceani uxor.

Lucanus:Tethyos undeuagæ lunaribus æſtuat horis.

APPENDIX.

Græca quædam in is,ablata s,accipiunt dis, in genitiuo.ut,Tybris Tybridis,Tygris Tygridis,Ibis Ibidis,Priamis Priamidis. Aut Græcè in idos,exeunt. ut,Syrtis Syrtidis,uel Syrtidos.Capis Capidis,uel Capidos.Paris Paridis,uel Paridos.

Lucanus:Natus,& ambiguæ coleret quàm Syrtidos arua.

APPENDIX.

Caſsis pro galea caſsidis habet in genitiuo.

Iuuen

Iuuenalis:Et fracta de caſside buccula pendens.

Sed pro reticulo genitiuũ habet ſimilẽ nominatiuo.

Ouidius:Decidit in caſſes præda petita meos.

APPENDIX.

Simois,& Pyrois genitiuum in entis,enuntiant.

Vergilius:Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad undam.

Val.Flacc.Et formidantem patrios Pyroënta dolores.

IN OS.

In os,ablata s,& addita ris, faciunt genitiuum.ut, Mos moris, flos floris, ros roris, lepos leporis. Sed Bouis,Cuſtodis,& Gloſsis excipiuntur.

Os pro corporis ſolidamento,addita ſis facit genitiuum : ſed pro bucca ſeruat regulam. ut, Os oſsis: item Os oris.

Ouidius:Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum.

Terent.Tum uno ore omnes omnia bona dicere.

APPENDIX.

In os, quædam,i, pro,r, accipiunt in genitiuo.ut, Compos compotis,cos cotis,dos dotis, ſacerdos ſacerdotis,nepos nepotis,ægoceros ægocerotis, rhinoceros rhinocerotis. APPENDIX.

Quædam Græca,in os,interpoſita,i, faciunt genitiuum.ut,Heros herois.Tros Trois.Minos,Minois.

Salluſtius tamen dixit Dædalum ex Sicilia profectum,quo Minonis fugeret iram. Sed poteſt (Minonis) eſſe à nominatiuo Minon,quia Græci, & eos plerique Latinorum ſecuti, Heron pro heros dicunt:ſic Minon pro Minos.

IN VS.

In us,ablata s,& addita tis, faciũt genitiuũ.ut,hæc Iuuentus iuuẽtutis,ſalus ſalutis,uirtus uirtutis.. Sed Incudis,Subſcudis, Paludis & Telluris excipiuntur.

Lepus uerò u,in o,conuerſa, & addita ris, facit genitiuum. ut,Lepus leporis.

APPENDIX.

Pecus fœmininum, pecudis habet in genitiuo: ſed neutrum,pecoris.

APPENDIX.

Quædam Græca in us,genitiuum in untis, enunciant.ut,Amathus Amathuntis.Opus Opontis.

Ouidius:At ſi forte roges fœcundam Amathunta metallis.

Idem:Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit.

APPENDIX.

A Pus, hoc eſt pes,compoſita,odis, habent in genitiuo. ut, Tripus tripodis, hoc eſt menſa trium pedum. Melampus Melampodis, hoc eſt, nigros pedes habens.

Vergil.Qui tripodas Clarij,lauros qui ſidera ſentis.

Plinius:Melampodis fama diuinationis artibus nata eſt.

APPENDIX.

Neutra in us,u,conuerſa in o,& addita ris, faciunt genitiuum.ut,Corpus corporis,facinus facinoris,fortius fortioris,melius melioris. Sed aceris, muneris, fœderis,ponderis,& uelleris excipiuntur.

APPENDIX.

In us,à uerbis deducta,mutant us,in e,& accipiunt ris,in genitiuo. ut,Latus lateris, à lateo: opus operis, ab operor:uulnus uulneris, à uulnero: ulcus ulceris, ab ulcero:Venus Veneris,à uenio.

Sed Fœnoris à fœnero, Littoris à lito, & Pignoris à pignero excipiuntur.

APPENDIX.

In us, monoſyllaba, ablata s, accipiunt ris, in genitiuo.

nitiuo. Vt, Mus muris, crus cruris, ius iuris, rus ruris, thus thuris. Sed Grus & Sus interpoſita i, faciunt genitiuum. Vt, Grus gruis, Sus ſuis.

APPENDIX.

Quæ tam in ur, quàm in us, exeunt, ſequūtur regulam finitorum in ur. Vt, hic & hæc Ligur uel Ligus Liguris.

In æs, diphthongon.

In æs, diphthongon, duo inueniūtur, Aes, & Præs: quorum hoc s, ablata, dis, illud ris, accipit in genitiuo. Vt, æs æris, præs prædis.

In aus, diphthongon.

In aus, diphthongon, duo inueniuntur, Fraus & Laus: quæ ablata s, & addita dis, faciunt genitiuum. Vt, fraus fraudis, laus laudis.

In bs, ms, ps.

In bs, ms, & ps, interpoſita i, faciunt genitiuum. Vt, urbs urbis, hyems hyemis, inops inopis. Sed in bs, & ps, e antecedente ſupra ſyllabam, e in i, mutant in genitiuo. Vt, Cœlebs cœlibis, Princeps principis. Auceps tamen, e, conuerſa in u, facit genitiuum, Vt, Auceps aucupis.

APPENDIX.

In ps, à capite compoſita, ablata s, & e, conuerſa in i, accipiunt itis, in genitiuo. Vt, Anceps ancipitis, biceps bicipitis, præceps præcipitis.

In Ls, ns, & rs.

In Ls, ns, & rs, ablata, s, & addita tis, faciunt genitiuum. ut, puls pultis, mons montis, ars artis.
Sed glandis, frondis, & lendis excipiuntur.

Frontis uerò pro anteriore capitis parte & lentis pro legumine ſeruant regulam.

APPENDIX.

In ns,rs,à Pēdo & corde cōpoſita,ablata s,accipiūt dis,in genitiuo.ut,libripēs libripēdis.uecors uecordis.

APPENDIX.

Iens Participium, Euntis habet cum compoſitis in genitiuo: ſicut Nequiens nequeuntis. ut Abiens abeuntis,Rediens redeuntis.

Ambiens tamen ablata, s,& addita tis,facit genitiuum.ut,Ambiens ambientis.

IN T.

In t,mutant u,in i,& accipiunt tis,in genitiuo.ut, Caput capitis,Occiput occipitis.

IN X.

In x,ablata x,& addita cis,faciunt genitiuum.ut, Arx arcis, Merx mercis, Calix calicis, Vox uocis, Lux lucis.

Sed niuis & noctis excipiuntur.

APPENDIX.

In x, e,antecedente,mutant eam in,i,in genitiuo. Vt Apex apicis,Codex codicis, Vibex uibicis.

Sed Facis,Senis & Veruecis excipiuntur.

APPENDIX.

In x,Græca quædam ablata x,accipiunt gis in genitiuo. Vt,Sphinx ſphingis, Iapis iapigis, Allobrox Allobrogis,Styx ſtygis.

Sed Phæacis, Thoracis,Onychis, & Sardonychis excipiuntur.

APPENDIX.

Aſtyanax,& Hipponax ablata x,aſſumunt ctis,in

genit

genitiuo. Vt, Aſtyanax Aſtyanactis, Hipponax Hipponactis.

Vergilius: O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.
Plinius: Hipponacti notabilis fœditas uultus erat.

APPENDIX.

In x, à uerbis in go, deducta, ablata x, & addita gis, faciunt genitiuum. Vt, Rex regis, à rego, Lex legis à lego, Grex gregis, à grego, Remex remigis, à remigo. Coniux coniugis, à coniugo.

Supellectilis nominatiuum Supellex uincit duabus ſyllabis. Quia uetuſtiſsimi hæc ſupellectilis dixerunt.

Cato aduerſus Tyberium Sempronium longum teſte Priſciano: Si poſſet actio fieri de actibus tuis, quaſi ſupellectilis ſolet.

DATIVVS.

Datiuus ſingularis tertiæ declinationis naſcitur à genitiuo, abiecta s, ut, huius Poëmatis, huic poëmati, huius Maris, huic mari, huius Leonis, huic leoni.

ACCVSATIVVS.

Accuſatiuus ſingularis tertiæ declinationis fit à genitiuo, is, conuerſa in em. Vt, huius ſolis, hunc ſolem. huius Regis, hunc regem. huius Principis, hunc principem.

Sed Maguderim, Tuſsim, Vim, Burim, Sitim, Securim, Turrim, & Peluim, s, genitiui mutant in m.

APPENDIX.

Quædam Græca in is, s, quoque genitiui conuertunt in m. Vt, huius Alexis, hunc Alexim: ſic Paris Parim: Araris Ararim.

Ergo Arar per apocopam protulit Lucanus dicens.
Rhodanumq́; morantem: Præcipitauit Arar.

App

APPENDIX.

Nauis, Puppis, Reſtis & Febris accuſatiuum tam in em, quàm in im efferunt.

Plautus: Quam tu nunc mihi nauem narras?

Perſius: Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator.

Lucanus: In puppem redicre rates.

Vergilius: Ingens à uertice pondus In puppim ferit.

Iuuenalis: Deſcendunt ſtatuæ, reſtemq́; ſequuntur.

Terentius: Ad reſtim mihi quidem res redit pleniſſime.

Martialis: Zoilus ægrotat, faciunt hanc ſtragula febrem.

Horatius: In gelida fixum ripa, febrimq́; reducet.

APPENDIX.

In Græcis nominibus accuſatiuum Græcum in a, ſæpius uſurpant authores. Vt, hic Hector, hunc Hectora. hic Thorax, hunc thoraca. hæc Lampas, hanc lampada.

Vergilius: Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Iuuenalis: Viridem thoraca iubebit afferri.

Vergilius: Quatuor hic inuectus equis & lampada quaſſans.

APPENDIX.

Neutra omnia ſemper habent accuſatiuum, & uocatiuum nominatiuo ſimilem. Vt, hoc & ò Epigramma. hoc & ò Mare. hoc & ò Vectigal. hoc & ò Calcar. hoc & ò Tempus. hoc & ò Caput.

VOCATIVVS.

Vocatiuus ſingularis tertię declinationis, ſimilis eſt nominatiuo. ut, hic Cicero, ò Cicero. hic pater, ò pater. hæc ſedes, ò ſedes. hæc fornax, ò fornax.

Sed Græca quædã abiecta s, à nominatiuo Græcum ſeruant uocatiuum. Vt, Atlas, ò Atla. Achilles, ò Achille. Alexis, ò Alexi.

Ouid

Ouidius:Tempus Atla ueniet,tua quo ſpoliabitur arbor.
Idem:Qua merui culpa,fieri tibi uilis Achille.
Vergilius:Deſpectus tibi ſum,nec qui ſim quæris Alexi.

ABLATIVVS.

Ablatiuus ſingularis tertiæ declinationis,fit à genitiuo,is,in e, conuerſa. Vt,huius Poëmatis,ab hoc poëmate.huius Poplitis,ab hoc poplite.huius Cuſpidis,ab hac cuſpide.huius Dotis,ab hac dote.

Sed Imber,Vigil,Strigilis, Ignis, Amnis, Vnguis, Finis,Claſsis,Vectis,Fuſtis,Poſtis,Auis,Ciuis,& Tridens,etiam in i,reperiuntur.

Statius:Proijcit hic artus imbri,uentoq; rigentes.
Iuuenalis:Præterea lateris uigili cum febre laborem.
Horatius: – Qui puer unam Furtiua mutat ſtrigili.
Vergilius:Vulnus alit uenis,& cæco carpitur igni.
Idem: – Prono rapit alueus amni.
Horatius: – Luctantis acuto Ne ſecer ungui.
Aul.Gellius:Hac fini hominem dimiſit.
Vergilius:Aductum Aeneam claſsi,uictosq; penates.
Terentius:In medium huc agmen cum uecti Donax.
Corn.Tacitus:Fuſti caput eius afflixit.
Ouidius:Ruptaq; de dextro robuſta repagula poſti.
Horatius:Mala ducis aui domum
Quam multo rapiet Græcia milite.
Cicero:In principe ciui non ſatis eſt.
Vergil.Fudit equum tellus magno percuſſa tridenti.

Sed quæ accuſatiuũ in em,& in im, efferunt,tam in e, quàm in i,ablatiuum terminant.Vt,hanc puppem & puppim,ab hac puppe & puppi.hanc febrem & febrim,ab hac febre& febri.

Lucan

Lucanus:Rapta puppe minor ſubducta eſt montibus Argo.
Vergilius: Aeneas celſa in puppi iam certus eundi.
Martialis:Declamas in febre Mathon hanc eſſe phreneſim.
Cicero: Nuntiauit te planè febri carere.

Quæ uerò im, tantum habent in Accuſatiuo, Ablatiuū in i, ſolam enuntiant. Vt, hunc Tybrim, ab hoc Tybri.hanc Charybdim,ab hac Charybdi.

IN E.

In e,ablatiuum in i, ſolam enuntiant.ut,hoc Cubile,ab hoc cubili:hoc Monile,ab hoc monili.

Poëtę nonnunquam e,pro i, proferunt.
Ouidius:Exiguam pleno de mare demat aquam.

Sed ab hoc Præſepe, Soracte, Rete, Præneſte, & Gauſape excipiuntur.
Horatius:Gauſape purpureo menſam perterſit.

Ab hoc Soracte,Rete & Præneſte ablatiui eſſe uidetur à nominatiuis antiquis Soractes,Retis & Præneſtis. Plin. Hirpiæ ſacrificio annuo(quod fit ad montē Soractem Apollini)ſuper ambuſtam ligni ſtruem deambulantes non aduruntur. Soractem dicit à nominatiuo Soractes. Plautus:Non uides proferre me uuidum retem ſine ſquammoſo pecu?
Vergilius:Quum primam aciem Præneſte ſub ipſa. A nominatiuo Præneſtis,quum ibi manifeſtè fœmininum ſit. Contrà uerò neutrum apud Silium Italicum,dicentem,
Hinc Tybur Catille tuum,ſacriſq; dicatum
Fortunæ Præneſte iugis.

IN AL, & IN AR.

In al,& in ar,neutra, Ablatiuum in i,enuntiant.ut, hoc Tribunal,ab hoc Tribunali.hoc Lacunar,ab hoc lacunari. Sed ab hoc farre, iubare, nectare & hepate excipiuntur. Par uerò tam in e,quàm in i, Ablat

Ablatiuum enuntiat. Vt, ab hoc & ab hac & ab hoc Pare uel Pari.

Sed uſitatius Pari, quàm Pare, & Impare, quàm Impari dicemus. Cicero: Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure gaudere.

Vergilius: Numero Deus impare gaudet.

IN AS.

In as, gentilia Ablatiuum in i, efferunt. ut Arpinas, ab hoc & ab hac Arpinati. Sic Capenas capenati, Rauennas Rauennati.

Legimus tamen ab hoc & ab hac Fulginate.

Cicero. C. Aucharius Ruffus fuit è municipio Fulginate.

In er, & in is, adiectiua.

In er, & in is, duûm generum communia, ſi habent neutrum in e, Ablatiuum in i, tantum, enuntiant. Vt, hic Acer, hæc acris & hoc acre, ab hoc & ab hac & ab hoc acri. hic & hæc Vtilis & hoc utile, ab hoc & ab hac & ab hoc utili.

Poëtæ tamen, metri neceſsitate, huiuſmodi nominum Ablatiuos nonnunquam in e, licenter proferunt.

Ouidius: Finem ſpecie cœleſte reſumpta fluctibus impoſuit.
Idem: Amne perenne latens, Anna perenna uocor.

APPENDIX.

Menſium nomina in er, & in is, Ablatiuum quoque in i, efferunt. Vt, hic September ab hoc Septembri. Sic, October octobri, Nouember nouembri, December decembri. Item hic Aprilis ab hoc aprili: ſic Quintilis ab hoc quintili.

APPENDIX.

Omnia ferè in is, quorum ſyllaba finalis à duabus

bus incipit conſonantibus, modo e, modo i, habent in Ablatiuo. Vt, Ignis ab hoc igne uel igni. Amnis ab hoc amne uel amni.

Ouidius: Aut rutilo miſsi fulminis igne cremar.
Vergilius: Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.
Lucanus: Ferit amne citato Maliacas Sperchius aquas.
Vergilius: Prono rapit alueus amni.

Sed ab hac Veſte, Peſte, item ab hoc & ab hac Teſte excipiuntur.

APPENDIX.

In guis, & in uis, nunc in e, nũc in i, ablatiuum enũtiant. Vt, Vnguis ab hoc ungue uel ungui. Ciuis ab hoc & ab hac ciue uel ciui.

Ouidius: Et tenui primam deligere ungue roſam.
Horatius: Et luctantis acuto Ne ſecer ungui.
Iuuenalis: Quid illo ciue tuliſſet?
Cicero: In principe ciui non eſt ſatis.

Sed ab hoc Sanguine, & ab hac Vi, excipiuntur.

Adiectiua.

Quęcunq; communia ſunt trium generum, e, & i, ſimul habẽt in Ablatiuo. ut, hic & hæc & hoc Vetus, ab hoc, ab hac & ab hoc uetere & ueteri. Sic Vber ab ubere & uberi. fœlix, à fœlice & fœlici. fortior & hoc fortius, à fortiore & fortiori. Melior & hoc melius, à meliore & meliori. Sed pauper, ſoſpes, & hoſpes, e, ſolam in ablatiuo retinent.

Subſtantiua ex Adiectiuis facta.

Subſtãtiua ex adiectiuis facta, ſi propria fuerint, e, ſolam habẽt in ablatiuo. ut, Fœlix, ab hoc fœlice. Clemens, ab hoc clemente, Iuuenalis, ab hoc Iuuenale.

Martial

Martialis:De Iuuenale meo quid me committere tentas?

APPENDIX.

Subſtantiua ex adiectiuis facta, ſi fuerint appellatiua,i,ſolam habent in ablatiuo.ut,hic Sodalis,ab hoc Sodali.hic Riualis,ab hoc riuali.

Horatius:Quum ſine riuali teq; & tua ſolus amares.

Sed qa hęc ab adiectiuorũ natura nõ omnino deficiũt,in e,quóq; reperiũtur. ut,hęc Rudis ab hac rude.

Ouidius:Me quoq; donari iam rude tempus erat.

Nominatiuus, Accuſatiuus, & Vocatiuus plurales.

NOminatiuus, Accuſatiuus, & Vocatiuus plurales tertiæ declinationis, fiunt à genitiuo ſingulari,is mutata in es.ut,huius Sermonis, hi hos & ò ſermones:huius Matris,hę has & ò matres:huius Vatis,hi & hæ,hos & has &,ò uates.

Notentur Erinnyes,Metamorphoſees, & id genus Græca, quæ à genitiuis Græcis in yos,uel in eos, deducuntur.

Propertius:Tum me uel tragicæ uexetis Erinnyes.

APPENDIX.

Sardeis & Tralleis ſemper pluralia, nominatiuũ, accuſatiuum & uocatiuum in eis,diphthongum finire inueniuntur.

Horatius: Quid Crœſi regia Sardeis? Euſebius interprete diuo Hieronymo:Tralleis terræmotu conciderunt.

APPENDIX.

Sed neutra omnia e, ablatiuũ ſingularis in a, conuertũt.ut,ab hoc Poëmate,hæc & ò, poëmata. ab hoc Carmine, hæc & ò, carmina. ab hoc Pondere, hæc & ò pondera.ab hoc Capite,hæc & ò capita.

APPENDIX.

Retia tamen,& Præſepia excipiuntur.

Vergil.Retia rara plagæ,lato uenabula ferro.
Idem:Repetant præſepia tauri.

APPENDIX.

Quoties ablatiuus ſingularis in, i, ſolam, uel in,e, & in,i,ſimul deſinit,nominatiuus,accuſatiuus, & uocatiuus plurales in ia, exeunt.ut,ab hoc Mari, hæc & ô,maria.ab hoc Animali, hæc, & ô,animalia.à Forti, hæc & ô,fortia.à Fœlice uel fœlici, hæc & ô, fœlicia.

Sed Vetera,& Apluſtra excipiuntur.

Cicero apluſtria etiam in Arato uſurpauit dicens,
Et tranſtra,& mali,laceroq; apluſtria uelo.
Sed Silius Italicus regulam ſecutus ait:
Nauibus abſumptis fluitantia quærere apluſtra.

APPENDIX.

Comparatiua quoq; nominatiuum,accuſatiuum, & uocatiuum plurales in a, non in ia, efferunt. ut, à Breuiore uel breuiori, hæc & ô, breuiora. à Maiore uel maiori,hæc & ô,maiora. Plura tamen,& Compluria legimus.

Iuuenalis:Licet ipſe uideret Plura domi farra.
Terentius:Multa aduenienti(ut fit)noua hic compluria.

Genitiuus pluralis.

Quæ ablatiuũ ſingularẽ in,i,ſolam,uel in,e,& in,i, ſimul enuntiant, genitiuum pluralem habẽt in ium. ut,à Sedili,horum ſedilium : à Calcari horum calcarium.ab Agili, horum & harum & horum agilium: à Fallace uel fallaci,horũ & harũ & horũ fallacium.

Sed Pugilum,Vigilum,Memorũ,Hebetum, Veterum, Supplicum, Opificum,Artificum, Inopum, & Part

& Participum, excipiuntur.

Legimus etiam Vectigaliorum, & Ancyliorum, à uectigal, & ancyle.

Suetonius: Et uectigaliorum reſiduas adiecit.
Horatius: Ancyliorum, & nominis, & togæ
Oblitus, æternæq; Veſtæ.

APPENDIX.

Comparatiua mutant e, ablatiui ſingularis in um. ut, à Maiore uel maiori, horum & harum & horum maiorum. à Minore uel minori, horum & harum & horum minorum. Sed Plurium à plus excipitur.

IN A, ET IN O.

In a, & in o, mutant e, ablatiui ſingularis in um. ut, ab hoc Dogmate, horum dogmatum: ab hoc Leone, horum leonum. Excipitur Caro carnium.

IN N.

In n, cõuertũt e, ablatiui ſingularis in um. ut, ab hoc Flumine, horũ fluminũ. ab hac Sirene, harũ ſirenum.

In er, ir, or, & ur.

In er, ir, or, & ur, e, ablatiui ſingularis mutãt in um. ut, ab hoc Patre, horum patrũ: ab hoc & ab hac Martyre, horum & harum martyrum: ab hac Sorore, harum ſororum: ab hoc Murmure, horũ murmurum.

Sed Vtrium, Lyntrium, & Cordium excipiũtur.

IN AS, OS ET VS.

In as, os, & us, e ablatiui ſingularis mutant in um. ut, ab hac Aetate, harum ætatum: ab hoc Nepote, horum nepotum. ab hac Virtute, harum uirtutum.

Sed Aſsium, Vadium, Marium, & Oſsium excipiuntur.

IN ES, ET IN IS.

In es,& in is,pariſyllaba,e,ablatiui ſingularis mutant in i,& um,accipiunt.ut, Sedes ſedis, ab hac ſede, harum ſedium: Vulpes uulpis, ab hac uulpe, harum uulpium:Collis huius collis,ab hoc colle,horum collium:Veſtis huius ueſtis,ab hac ueſte,harũ ueſtium.

Sed Canũ, Iuuenum, Panum,Strigilum, Vatum, & Volucrum excipiuntur.

APPENDIX.

Quædam Græca in is,genitiuum pluralem in on, enũtiant.ut,Hæreſis hæreſeon:Metamorphoſis metamorphoſeon:Geneſis geneſeon.

APPENDIX.

In es,& in is,creſcentia in genitiuo,e, ablatiui ſingularis mutant in um.ut,Miles militis,à milite,militum:Pes pedis,à pede,pedum:Lapis lapidis, à lapide, lapidum. Sed Samnitium excipitur.

APPENDIX.

Monoſyllaba in is,e,ablatiui ſingularis mutãt in i,& um,accipiunt.ut Glis gliris, à glire, glirium. Lis litis,à lite,litium.

In es,ſemper pluralia.

In es, ſemper pluralia, genitiuum habent in ium. ut,Manes manium:Alpes alpium:Tres trium.

Sed quædam aliquoties per ſyncopam proferuntur in um.ut,Penates penatium uel penatum:Primates primatium, uel primatum: Quirites quiritium, uel quiritum.

De genitiuis Saturnaliorum & Saturnalium uiſum eſt in ſecunda Declinatione.

In ans,

In ans,& in ens.

In ans,& in ens,ſubſtantiua,mutant,e,ablatiui ſingularis,in i.& um,accipiunt.ut,Glans,à glande,glandium:Infans ab infante,infantium: Dens à dente,dentium:Lactens,à lactente,lactentium.

Sed Parentum excipitur.

IN ONS.

In ons,e,ablatiui ſingularis mutant in,i,& um,accipiunt.ut,Mons à monte, montium : Pons à ponte, pontium.

IN BS, MS, ET PS.

In bs,ms,& ps,mutant e,ablatiui ſingularis in um. ut,Chalibs à chalybe,chalybum : Hyems ab hyeme, hyemum:Princeps à principe,principum.

Sed Plebium,& Sepium excipiuntur.

IN LS, ET RS.

In ls, & rs, mutant e, ablatiui ſingularis in i, & um, accipiunt. ut,Puls à pulte,pultium : Pars, à parte,partium.

IN T.

In t,mutant e,ablatiui ſingularis in um.ut, Caput à capite,capitum.

IN AVS.

In aus,e,ablatiui ſingularis mutāt in um.ut,Fraus, à fraude,fraudum:Laus à laude,laudum.

IN X.

In x,ſubſtantiua, mutant e, ablatiui ſingularis in um.ut,Rex à rege,regum:Nux à nuce,nucum.

Sed Arcium, Faucium, Calcium, Mercium, Niuium, & Noctium excipiuntur.

Genitiui conciſi.

Authores in quibuſdã genitiuis pluralibus, quaſdam literas uel adimunt, uel adiiciunt. ut, Cæleſtûm pro cęleſtium. Boum pro bouum: Alituum pro alitũ.
Ouidius: Vltima cæleſtûm terras Aſtrea reliquit.
Vergil. Læta boûm paßim campis armenta uidemus.
Idem: Alituum, pecudumq; genus ſopor altus habebat.

Datiuus & Ablatiuus plurales.

Datiuus, & Ablatiuus plurales tertiæ declinationis, naſcuntur, à genitiuo ſingulari, interiecta bu, ſyllaba. ut, huius Hominis, his & ab his hominibus: huius Exulis, his & ab his exulibus: huius Calcaris, his & ab his calcaribus: huius Pignoris, his & ab his pignoribus.

Sed Bobus pro bouibus, euphoniæ cauſa dicimus.
Horatius: Sol ubi montium mutaret umbras,
Et iuga demeret bobus fatigatis.

Græca in a, tertiæ declinationis, datiuum & ablatiuum plurales in is, frequenter enuntiant. ut, Peripetaſma, his & ab his peripetaſmatis: Poëma, his & ab his poëmatis. Quaſi à nominatiuis Peripetaſmatum & Poëmatum.
Cicero: Nunc de peripetaſmatis quomodo te expedias, non habes.
Plautus: Neq; uſquam fictum, neq; pictum, neq; ſcriptum in poëmatis, ubi lena bene agat.

Accuſatiuus per diphthongum.

In er, & in is, item in duas deſinentia conſonantes, quorum genitiuus pluralis exit in ium, eiuſdem numeri accuſatiuum in eis, diphthongum ſæpenumero efferũt. ut, Acer, horum & harum & horum acrium,

hos

hos & has acreis: ſic Salubreis, Treis: item Fons, horum fontium, hos fonteis. ſic Vrbeis, Parteis.

Vergil. *Metuensq́; moueret Acreis eſſe uiros.*
Idem: *–Sparſitq́; ſalubreis Ambroſiæ ſuccos.*
Idem: *Treis adeo incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago.*
Idem: *Aggredior, ſanctos auſus recludere fonteis.*
Idem: *Vrbeiſne inuiſere Cæſar, Terrarumq́; uelis curam.*
Idem: *Hic locus eſt, parteis ubi ſe uia findit in ambas.*

APPENDIX.

Plus quoq; eis, diphthongum in accuſatiuo plurali habere inuenitur.

Horatius: *Quum tibi ſol tepidus plureis admouerit annos.*
Terent. *Ego te cum plureis aduerſus ingenium meum menſes tuli.*

Accuſatiuus in as.

Ab accuſatiuo ſingulari Græco in a, adiecta s, fit accuſatiuus pluralis in as. ut, hunc Craterem uel cratera, hos crateras: hunc Heroëm uel heroa, hos heroas.

Vergilius: *Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant.*
Idem: *Diuisq́; uidebit Permiſtos heroas.*

Quarta Declinatio.

NOMINATIVVS ſingularis quartæ declinationis terminationes habet duas. us, & u. ut ſenatus. manus. genu. cornu.

Sed in u, indeclinabilia ſunt in ſingulari numero.

Genitiuus.

Genitiuus ſingularis quartæ declinationis, in us, enuntiatur. ut, Metus huius metus: Gradus huius gradus.

Inueniuntur tamen antiquiſsimi hunc quoq; genitiuum modo in i, modo in uis ſyllabas protuliſſe. ut, Ornatus, huius ornatus uel ornati. Tumultus, huius tumultus uel tumulti: item Anus, huius anus uel anuis: Fructus, huius fructus uel fructuis.

Terentius: Nihil ornati, nihil tumulti de imperatis nuptijs.
Idem: Eius anuis cauſa (opinor) quæ erat mortua.
Varro: Eius enim ſaliuam eſſe fructuis uenenum.

Datiuus.

Datiuus ſingularis quartæ declinationis, fit à genitiuo, ablata s, & addita i. ut, huius Cultus, huic cultui. hæc Acus, huius acus, huic acui.

Accuſatiuus.

Accuſatiuus ſingularis quartæ declinationis, fit à nominatiuo, s, mutata in m. ut, hic Gradus, hunc gradum. Hæc Socrus, hanc Socrum.

APPENDIX.

Ieſus habet in accuſatiuo Ieſum, in reliquis caſibus Ieſu. ut, hic Ieſus, huius Ieſu, huic Ieſu, hunc Ieſum, ò Ieſu, ab hoc Ieſu.

Vocatiuus.

Vocatiuus ſingularis quartæ declinationis, ſimilis eſt nominatiuo. ut, hic Viſus, ò uiſus: hæc Nurus, ò nurus.

Ablatiuus.

Ablatiuus ſingularis quartæ declinationis, fit ex genitiuo ablata s. ut, huius Auditus: ab hoc auditu. huius Porticus, ab hac porticu.

OBSERVATIO.

Poëtæ interdum pro datiuo metri cauſa utuntur

ablatiuo.

Verg. Parce metu Cytherea. Idem:Nãq; aliæ uictu inuigilant.

Nominatiuus, Accuſatiuus & Vocatiuus plurales.

NOminatiuus, Accuſatiuus, & Vocatiuus plurales quartæ declinationis, ſunt genitiuo ſingulari ſimiles. ut, huius Senatus, hi & hos & ô ſenatus: huius Manus, hæ & has & ô manus:

Notentur neutra, quorum nominatiuus, accuſatiuus & uocatiuus plurales in a, efferuntur. ut, hæc & ô Cornua: hæc & ô Genua.

Genitiuus pluralis.

Genitiuus pluralis quartę declinationis fit ex ablatiuo ſingulari, ab addita um, ſyllaba. ut, ab hoc Metu, horum metuum. ab hac Manu, harum manuum.

Inuenitur tamen aliquoties hic genitiuus apud poëtas per ſyncopam pronuntiatus.

Vergilius: Quæ gratia currum, armorumq; fuit uiuis.
Idem: Cunctaq; adeſt uirgo matrumq;, nurumq; caterua.
Martialis: Sed duo ſunt, quæ nos diſtinguunt millia paſſum.

Datiuus & Ablatiuus plurales.

Datiuus & Ablatiuus plurales quartę declinationis, fiunt ex nominatiuo ſingulari, u, conuerſa in i, & interiecta bu. Vt, hic Fructus, his & ab his fructibus. hæ Nurus, his & ab his nuribus. Excipiuntur, quæ differentiæ cauſa u, retinent. Vt, Arcus arcubus, Partus partubus, Artus artubus. nam arcibus, partibus, & artibus, ab arce, parte, & arte naſcuntur.

Et quæ item nulla cogente differentia, ſed ſola au-

thoritate ueterum,u quoque ſeruant. Vt, Ficubus, acubus,uerubus, portubus, lacubus, ſpecubus,quercubus & quæſtubus.

Quinta Declinatio.

NOMINATIVVS ſingularis quintæ declinationis,ſolam terminationem es habet.ut,hic & hæc Dies,hæc Species.

Genitiuus & Datiuus.

Genitiuus & Datiuus ſingulares quintæ declinationis,fiunt à nominatiuo ablata s, & accepta i,Vt, dies,huius & huic diei:facies,huius & huic faciei.

Veteres tamen hunc Genitiuum modò in es,modò in ii,enuntiauerunt.

Cicero: Equites uerò daturos illius dies pœnas.
Vergilius: Munera lætitiamq; dij.
Cato: Pueri,atq; mulieres extrudebantur famij cauſa.

Accuſatiuus.

Accuſatiuus ſingularis quintæ declinationis,fit à nominatiuo,s, conuerſa in m, ut, Macies hanc maciem:Fides hanc fidem.

Vocatiuus.

Vocatiuus ſingularis quintæ declinationis, ſimilis eſt nominatiuo.ut, Progenies,ò progenies. Acies, ò acies.

Ablatiuus.

Ablatiuus ſingularis quintæ declinationis fit à nominatiuo,ablata s,ut,Res, ab hac re:Spes,ab hac ſpe.

OBSERVATIO.

Veteres pro genitiuo ablatiuum huiuſmodi aliquoties

quoties uſurpauerunt.

Vergilius: Libra die,ſomniq; pares ubi fecerit horas.

Salluſtius: At inde nulla munitionis,aut requie mora proceßit ad oppidum.

Nominatiuus, Accuſatiuus & Vocatiuus plurales.

NOminatiuus,accuſatiuus, & uocatiuus plurales quintæ declinationis ſunt nominatiuo ſingulari ſimiles.ut,Dies,hi hos & ò dies.Species,hæ has & ò ſpecies.

Genitiuus pluralis.

Genitiuus pluralis quintæ declinationis fit ex ablatiuo ſingulari aſſumente rum.ut,ab hac Re, harum rerum.ab hac Facie,harum facierum.

Datiuus & Ablatiuus plurales.

Datiuus & Ablatiuus plurales quintæ declinationis,fiunt ex Ablatiuo ſingulari, accepta bus.ut, ab hoc uel ab hac Die,hìs & ab his diebus.ab hac Re, his & ab his rebus.

Compoſitorum nominum Declinatio.

OBSERVATIO.

NOMINA componuntur modis quatuor.Ex duobus integris,ut, Reſpublica. Ex duobus corruptis.ut, Solſtitiũ. Ex integro,& corrupto.ut,Duodecim.Ex corrupto & integro,ut Omnipotens.

APPENDIX.

Componũtur etiam nomina uel ex duabus dictionibus.ut,Semiuir:uel ex tribus.ut,Imperterritus:uel

ex

ex compluribus.ut,Cuiuſcunq; modi.

Compoſitorum ex duobus rectis declinatio.

Compoſitum ex duobus nominatiuis, utrinque declinatur.ut,hæc Reſpublica,huius reipublicæ.hoc Iuſiurandum,huius iuriſiurandi. Excipitur Alteruter,quod hiatus uitandi gratia,in fœminino pręſertim ac neutro genere,ex parte poſterioris nominatiui ſolũ inflectitur. ut, Alteruter,alterutra, alterutrũ.

APPENDIX.

Roſmarinum ex parte poſterioris quoq; nominatiui tantum declinatur,quia non ſeruat partiũ ſignificationem:eſt enim herba odora,non ros maris.

OBSERVATIO.

Compoſitio non dat declinationem ſimplici negatam.Vnde Pſeudopropheta,duodecimus,unde uigeſimus,& conſimilia ex parte poſterioris tantum nominatiui inflectuntur.

APPENDIX.

Ex nominatiuo & obliquo,uel ex obliquo & nominatiuo compoſitum,ex parte nominatiui ſolum inflectitur.ut hic Paterfamilias,huius patrisfamilias, hoc Senatuſconſultum,huius ſenatuſconſulti.

APPENDIX.

Ex utroque caſu obliquo compoſitum,manet indeclinabile.Vt, Huiuſmodi, Iſtiuſmodi, Illiuſmodi, Eiuſmodi,Cuiuſmodi.

Declin

Declina aliquot nomina Primæ Declinationis.

Singulariter nominatiuo hæc Dea, Genitiuo huius Deæ, Datiuo huic Deæ, Accuſatiuo hanc Deam, Vocatiuo ô Dea, Ablatiuo ab hac Dea. Plur. Nominatiuo hæ Deæ, genitiuo harum Dearum, Datiuo his Deabus, Accuſatiuo has Deas, Vocatiuo ô Deæ, Ablatiuo ab his Deabus.

Sing. Nominatiuo hoc Paſcha, Genitiuo huius Paſchæ, Datiuo huic Paſchæ, Accuſatiuo hoc Paſcha, Vocatiuo ô Paſcha, Ablatiuo ab hoc Paſcha. Plur. caret.

Sing. Nominatiuo hic Aeneas, Genitiuo huius Aeneæ, Datiuo huic Aeneæ, Accuſatiuo hunc Aeneam uel Aenean, Vocatiuo ô Aenea, Ablatiuo ab hoc Aenea.

Sing. Nominatiuo hic & hæc Troiugena, Genitiuo huius Troiugenæ, Datiuo huic Troiugenæ, Accuſatiuo hunc & hanc Troiugenam, Vocatiuo ô Troiugena, Ablatiuo ab hoc & ab hac Troiugena. Plur. Nominatiuo hi & hæ Troiugenæ, Genitiuo horum & harum Troiugenarum uel Troiugenum, Datiuo his Troiugenis, Accuſatiuo hos & has Troiugenas, Vocatiuo ô Troiugenæ, Ablatiuo ab his Troiugenis.

Sing. Hæc Familia, huius Familiæ & Familias, huic Fmiliæ, hãc Familiam, ô Familia, ab hac Familia. Plur. Hæ Familiæ, harũ Familiarum, his Familijs, has Familias, ô Familiæ, ab his Faamilijs.

In reliquis declina: ut, Muſa, ſic Læda, Terra, Martha, & conſimilia.

Singul. Hæc Maia, huius Maiæ, huic Maiæ, hanc Maiam & Maian, ô Maia, ab hac Maia.

Sing. Hic Anchiſes, huius Anchiſæ, huic Anchiſæ, hũc Anchiſam uel Anchiſen, ô Anchiſa & Anchiſe, ab hoc Anchiſa & Anchiſe.

Sing. Hæc Epitome, huius Epitomes, huic Epitome, hanc Epitomen, ô Epitome, ab hac Epitome. Plur. Hæ Epitomæ, harũ Epitomôn, his Epitomæs, has Epitomas, ô Epitomæ, ab his Epitomes:

Sed

Sed in plurali melius Latinè declinatur, ut Muſæ muſarū. Epitomæ epitomarum, à nominatiuo Epitoma.

Singul. hæc Grammatice, huius Gammaticees, huic Grammatice, hanc Grammaticen, ò Grammatice, ab hac Grammatice. Pluraliter hæc Grammatica, horum Grammaticorum, his Grammaticis, hæc Grammatica, ò Grammatica, ab his Grammaticis.

Singul. Hic Adam, huius Adæ, huic Adæ, hunc Adam, ò Adam, ab hoc Adam. Sed melius eſt aptotum hic Adam, huius Adam, huic Adam, & ſic de ſingulis.

Declina aliquot nomina Secundæ declinationis.

Sing. Hic Deus, huius Dei, huic Deo, hunc Deum, ò Deus, ab hoc Deo. Plur. Hi Dei & Dij, horum Deorum & Deum, his Deis & Dijs, hos Deos, ò Dei & Dij, ab his Deis & Dijs.

Sing. Hic Theſeus, huius Theſei & Theſeos, huic Theſeo, hunc Theſeum & Theſea, ò Theſeu, ab hoc Theſeo.

Singulariter, Hic Androgeus, huius Androgei & Androgeo, huic Androgeo, hunc Androgeum uel Androgea, ò Androgee, ab hoc Androgeo.

Sing. Hic Panthus, huius Panthi, huic Pantho, hunc Panthum, ò Panthu, ab hoc Pantho.

Sing. Hic Claudius, huius Claudij, huic Claudio, hunc Claudiū, ò Claudi, ab hoc Claudio. Sic declinatur Filius.

Sing. Hic Menelaus, huius Menelai, huic Menelao, hunc Menelaum & Menelaon, ò Menelae ab hoc Menelao.

Sing. Hic Tymber & Tymbrus, huius Tymbri, huic Tymbro, hunc Tymbrum, ò Tymber & Tymbre, ab hoc Tymbro.

Sing. Hæc Platanus, huius Platani, huic Platano, hanc Platanū, ò Platane, ab hac Platano. Plur. Hæ Platani, harum Platanorum, his Platanis, has Platanos, ò Platani, ab his Platanis.

Sing. Hæc Glycerium, huius Glycerij, huic Glycerio, hanc Glycerium, ò Glycerium, ab hac Glycerio.

Sing.Satur ſatura ſaturum,Saturi ſaturæ ſaturi, Saturo ſaturæ ſaturo,Saturum ſaturam ſaturum, ò Satur ſatura ſaturum,à ſaturo ſatura ſaturo. Plur.Saturi ſaturæ ſatura, Saturorum ſaturarum ſaturorum,Saturis,Saturos ſaturas ſatura,ò Saturi ſaturæ ſatura,à Saturis.

Sing.Vnus una unum,Vnius,Vni,Vnũ unam unum,ò Vne una unum,ab Vno una uno. Plur.Vni unæ una,Vnorum unarũ unorum,Vnis,Vnos unas una,ò Vni unæ una,ab Vnis.

Declina aliquot nomina Tertiæ declinationis.

*Sing.*Hoc Dogma,*huius* Dogmatis,*huic* Dogmati,*hoc* Dogma, ò Dogma,*ab hoc* Dogmate. *Plur.*Hæc Dogmata,*horũ* Dogmatum,*his* Dogmatibus *&* Dogmatis,*hæc* Dogmata ò Dogmata,*ab his* Dogmatibus *&* Dogmatis.

Singul. Hæc Clio, *huius* Clius,*huic* Clio,*hanc* Clio,ò Clio,*ab hac* Clio.

*Sing.*Hic Titan,*huius* Titanis *&* Titanos,*huic* Titani,*hũc* Titanem *&* Titana,ò Titan, *ab hoc* Titane. *Plur.*Hi Titanes, *horum* Titanum,*his* Titanibus, *hos* Titanes *&* Titanas,ò Titanes, *ab his* Titanibus.

Sing. Hic Chremes *huius* Chremetis *&* Chremis,*huic* Chremeti *&* Chremi,*hunc* Chremetem *&* Chremen, ò Chremes *&* Chreme,*ab hoc* Chremẽte *&* Chreme.

*Sing.*Hæc Tethys,*huius* Tethyos,*huic* Tethy,*hanc* Tethym *et* Tethyn,ò Tethy,*ab hac* Tethye. Et hoc pro uxore Oceani, *ſed pro matre Achillis declinatur ſic,*

Sing. Hæc Thetis,*huius* Thetidis,*huic* Thetidi,*hanc* Thetim,ò Thetis,*ab hac* Thetidi.

*Sing.*Hic Paris,*huius* Paridis *&* Paridos,*huic* Paridi,*hunc* Paridem Parida *&* Parim,ò Paris *&* Pari,*ab hoc* Paride.

Sing.hic Capys,huius Capys & Capyos,huic Capyi,hunc Capyn,ò Capys & Capy,ab hoc Capy.& hoc propriũ eſt,nam appellatiuum declinatur ſic,

Sing.

Sing. Hic Capis, huius Capidis & Capidos, huic Capidi, hunc Capidem & Capida, ô Capis ab hoc Capide.

Sing. Hæc Poeſis, huius Poeſeos, huic Poeſi, hāc Poeſim, ô Poeſis, ab hac Poeſi.

Sing. Hæc Nemeſis huius Nemeſios, Huic Nemeſi, hanc Nemeſin, ô Nemeſis, ab hac Nemeſi.

Singul. Hic Heros, huius Herois & Heroos, huic Heroi, hunc Heroem & Heroa, ô Heros, ab hoc Heroe. Plur. Hi Heroes, horum Heroum, his Heroibus, hos Heroes & Heroas, ô Heroes, ab his Heroibus.

Sing. Hæc Amathus, huius Amathuntis, huic Amathunti, hanc Amathuntem & Amathunta, ô Amathus, ab hac Amathunte.

Sing. Hic Acer, hæc Acris, hoc Acre, huius Acris, huic Acri, hūc & hanc Acrem & hoc acre, ô Acer acris & acre, ab hoc & ab hac & ab hoc Acri. Plur. Hi & hæ Acres & hæc Acria, horū & harum & horum Acrium, his Acribus, hos & has Acres & hæc Acria, ô Acres & ô Acria, ab his Acribus.

Sng. Hic & hæc & hoc Anceps, huius Ancipitis, huic Ancipiti, hunc & hanc Ancipitem & hoc anceps, ô Anceps, ab hoc & ab hac & ab hoc Ancipite uel Ancipiti. Plur. Hi & hæ Ancipites, & hæc Ancipitia, horum & harum & horum Ancipitium, his Ancipitibus, hos & has Ancipites & hæc Ancipitia, ô Ancipites & ô Ancipitia, ab his Ancipitibus.

Sing. hic & hæc & hoc Iens, huius Euntis, huic Eunti, hunc & hanc Euntē & hoc Iens, ô Iens, ab hoc & ab hac & ab hoc Eunte uel Eunti. Plur. Hi & hæ Euntes & hæc Euntia, horum & harū & horum Euntium, his Euntibus, hos & has Euntes & hæc Euntia, ô Euntes & ô Euntia, ab his Euntibus.

Plural. hi & hæ & hæc Mille, horum & harum & horum Mille, his Mille, hos & has & hæc Mille, ô Mille, ab his Mille.

Declinantur & ſubſtantiue ſic.

Sing. Hoc Mille, huius Mille, huic Mille, hoc Mille, ô Mille, ab

ab hoc Milli. *Plur.Hæc* Millia, *horum* Millium, *his* Millibus. *hæc* Millia, *ò* Millia, *ab his* Millibus. *Quòd* Mille *faciat ab hoc* Milli, *aperte oſtendit* Gellius *citans illud* Lucretij:

Hunc milli paſſum qui uicerit, atq; duobus. Milli *paſſum dixit pro* mille *paßibus.*

Declina aliquot nomina Quartæ declinationis.

*Sing.*Hic **Fructus**, *huius* Fructus, *&* Fructuis, *huic* Fructui, *hũc* Fructum, *ò* Fructus, *ab* hoc Fructu. *Plur.*Hi Fructus, *horum* Fructuum, *his* Fructibus, *hos* Fructus, *ò* Fructus, *ab his* Fructibus.

Sing.Hæc Tribus, *huius* Tribus, *huic* Tribui, *hanc* Tribum, *ò* Tribus, *ab hac* Tribu. *Plur.Hæ* Tribus, *harum* Tribuum, *his* Tribubus, *has* Tribus, *ò* Tribus, *ab his* Tribubus.

*Sin.*Hoc Cornu *huius* Cornu, *huic* Cornu, *hoc* Cornu, *ò* Cornu, *ab hoc* Cornu. *Plur.*Hæc Cornua, *horum* Cornuum, *his* Cornibus, *hæc* Cornua, *ò* Cornua, *ab his* Cornibus.

Declina aliquot nomina, Quintæ declinationis.

*Sing.*Hic *uel hæc* Dies, *huius* Diei, *huic* Diei, *hũc uel hanc* Diẽ, *ò* Dies, *ab hoc uel ab hac* Die. *Plur.*Hi Dies, *horum* Dierum, *his* Diebus, *hos* Dies, *ò* Dies, *ab his* Diebus.

*Sing.Hæc Species, huius Species Specij & Speciei, huic Speciei, hanc Speciem, ò Species, ab hac Specie. Plur.*Hæ *Species, harum Specierum, his Speciebus, has Species, ò Species, ab his Speciebus.*

Declina aliquot nomina compoſita.

Sing.Hæc Reſpublica, *huius* Reipublicæ, *huic* Reipublicæ, *hanc* Rempublicam, *ò* Reſpublica, *ab hac* Republica. *Plur.Hæ* Reſpublicæ, *harum* Rerumpublicarum, *his* Rebuſpublicis, *has* Reſpublicas, *ò* Reſpublicæ, *ab his* Rebuſpublicis.

*Sing.*Hic Paterfamilias, *huius* Patrisfamilias, *huic* Patrifamilias,

f *hunc*

hunc Patremfamilias, ò Paterfamilias, ab hoc Patrefamilias. Plur. *Hi Patresfamilias, horũ Patrumfamilias, his Patribusfamilias, hos Patresfamilias, ò Patresfamilias, ab his Patribusfamilias.*

Sing. Hic Iuriſconſultus, huius Iuriſconſulti, huic Iuriſconſulto, hunc Iuriſconſultum, ò Iuriſconſulte, ab hoc Iuriſconſulto. Plur. Hi Iuriſconſulti, horum Iuriſconſultorum, his Iuriſconſultis, hos Iuriſconſultos, ò Iuriſconſulti, ab his Iuriſconſultis.

Sing. Alteruter alterutra alterutrũ, Genitiuo Alterutrius, Datiuo Alterutri, Accuſatiuo Alterutrum alterutram alterutrum. Ablatiuo ab Alterutro alterutra alterutro. Plur. Alterutri alterutræ alterutra, Genitiuo Alterutrorum alterutrarum alterutrorum. Datiuo Alterutris, Accuſatiuo Alterutros alterutras alterutra, Ablatiuo ab Alterutris.

Sing. Hic & hæc & hoc Huiuſmodi, per omnes caſus.

LIBER TERTIVS.

De nominibus Heteroclitis.

HETEROCLITVM Græcè, diuerſiclinum Latinè interpretari poteſt. Sunt autem Heteroclita nomina, quę uàriè declinantur: quoniam aut genus, aut declinationem mutant, aut altero carent numero, aut certis denique caſibus deficiunt.

Hactenus propoſita eſt Analogia, hoc eſt proportio, qua inter ſe ſimilia conferuntur. Porrò Analogia nomen eſt factum à uerbo Græco analogizomæ, quod reputare, atq; æſtimare interpretatur, quòd uidelicet comparatione ſimilitudo appareat & deprehendatur. Nunc de Heteroclitis dicendum, in quibus uſus Latinè loquentium diſceßit ab analogia.

Maſculina, in plurali Neutra.

Maſculina, in plurali Neutra ſunt hæc, Supparus, Balteus, Tænarus, Mænalus, Auernus, Dindymus, Iſmarus, Pangæus, Maſsicus, Gargarus, Taygetus, & Tartarus.

Lucanus: Suppara nudatos ſtringunt anguſta lacertos.
Iuuenalis: Quoties rumoribus ulciſcuntur Baltea.
Vergilius: Pan ouium cuſtos tua ſi tibi Mænala curæ.
Idem: Et Auerna ſonantia ſyluis.
Idem: Alma parens Idæa Deum, cui Dindyma cordi.
Statius: Illi Pangæa reſultant, Iſmaraq́;.
Vergilius: Vertunt fœlicia Baccho Maßica qui raſtris.
Idem: Et ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.
Idem: Et uirginibus Bacchata Lacænis Taygeta.
Idem: Et ad impia Tartara mittit.

APPENDIX.

Locus, Iocus, & Cetus abundant genere: nam in plurali tam maſculina, quàm neutra leguntur.

Silius: Tum pretio mercata locos, noua mœnia condit.
Vergil. Aeoliam uenit, loca fœta furentibus Auſtris.
Martial. Conſueuere iocos ueſtri quoq; ferre triumphi.
Aul. Gell. Inſulſa hominis ioca non præteribo.
Plinius: Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis, in flumen Arabiæ intraſſe dicunt.
Vergilius: Tum uariæ comitum facies immania cete,
Et ſenior Glauci chorus.

APPENDIX.

Iuſſum inuenitur aliquãdo maſculinum, & quartæ declinationis: ſed uix alibi quàm in ablatiuo.

Plautus: Iouis iuſſu uenio.

Fœminina in plurali neutra.

Fœminina, in plurali neutra ſunt Carbaſus &

Pergamus.

Statius: Nec mora, iam dextras Ithaceia carbaſus auras Poſcit.

Lucanus: Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis.

Sed quum ſacrum amiculum ſignificat, maſculinum reperitur, nec eſt heteroclitum. Valerius Maximus: *Quum carbaſum, quē optimū habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.* Seneca: *Exciſa Pergamus ferro incubuit ſibi.* Vergilius: *Nanq; uidebat uti bellantes Pergama circum.* In utroq; loco pro Troia accipitur: ſed Pergamus pro urbe Aſiatica, quæ fuit regia Attali, non eſt heteroclitum.

Neutra, in plurali maſculina.

Neutra, in plurali maſculina ſunt Raſtrum, Cœlum, & Argos, huius Argus.

Vergilius: Non raſtros patietur humus.

Lucretius: Quis totidem uertit cœlos? *Auſonius tamen Cœla in neutro genere uſurpauit, dicens:* Talē fecerunt ferrea cœla Deam. *Et Cicero in epiſtolis ſic ait:* Ille putabit te quæſiturum, num unum cœlum eſſet, an innumerabilia. *Vbi Cœla intelligas oportet. Sed id notandum magis, quàm imitandum.*

Vergilius: Si patrios nūquàm remeaſſem uictor ad Argos. *Nam Argos etiam ſingulariter in genere neutro inuenitur.*

Horatius: Aptum dicit equis Argos, diteſq; Mycenas.

APPENDIX.

Filum & Frænum abundant genere: nam in plurali tam maſculina quàm neutra inueniuntur.

Lucanus: Traxerunt torti magna uertigine fili.

Vergil.–Extremaq; Lauſo Parcæ fila legunt.

Silius: Flectentem aſſuetos imitatur neſcia frænos.

Ouidius: Tempore lenta pati fræna docentur equi.

Neutra, in plurali fœminina.

Neutra, in plurali fœminina ſunt Epulum, & Nundinum.

Vergilius: Epulaſq; draconi Quæ dabat. Macrobius: Titus de ferijs ſcribens, nundinarum dies non inter ferias retulit.

Nundinum in ſingulari rarius eſt: Trinundinum uerò pro tertio nundinarum dic uſitatius. Liuius: Comitia decem uiris creandis in trinundinum indicta ſunt.

APPENDIX.

Balneum & Delicium abundant genere: nam & Balneas & Balnea in plurali reperimus: item Delicium & Deliciam in ſingulari.

Plinius: Vt qui primus penſiles inuenit balneas.

Iuuena. Crudum pauonem in balnea portas. Quintilianus: Alios recens hæc laſciuia deliciaq;, & omnia ad uoluptatem multitudinis imperitæ compoſita delectant.

Martia. Delicium paruo donabis Dorcada nato.

Vergil. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim
Delicias domini.

APPENDIX.

Cæpe indeclinabile eſt in ſingulari.

Plinius: Cæpe genera apud Græcos ſarda, ſamothracia, gnidia.

Reperitur & hæc cæpa cæpæ.

Ouidius: Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis. Plinius: Allium cæpaſq; inter Deos iureiurando habet Aegyptus.

Plurali numero carentia.

Deficiunt naturaliter plurali numero omnia propria Deorum, Hominum, Montium, Syluarum, Fluuiorum & Locorum. Quod autem Gallias, & Hiſpanias plerunque legimus, hoc ideo fit: quia eſt Gallia Comata, Togata, Belgica, Celtica. Hiſpaniȩ uerò Superior & Inferior.

Legimus tamen Aiaces, Hectores, Cȩſares, Fabios, Camillos, Scipiones, Decios, Catones, & huiuſmodi

plurima:ſed ſic non ſunt propria nomina.
Vergilius:*Extulit hic Fabios*,*Decios*,*fortesq́; Camillos*.
Ouidius:*Et multos illic Hectoras eſſe puta*.
Martialis:*Sint Mecœnates*,*non deerunt Flacce Marones*.

Excipiuntur illa quæ ſunt enuntiatione tantum pluralia, intellectu uerò ſingularia.ut,Puteoli,Veii, Gabii,Locri,Cares,Seres,Athenæ, Mycenæ,Thebæ, Ceraunia, Cythera.Artaxata, Tēpe,& Teſqua:quæ duo poſtrema ſunt indeclinabilia.

Poëtæ tamen pauca ex his neceſsitate metri ſingulariter uſurparunt.
Vergilius:*Argolicóue mari deprenſus in urbe Mycena*.
Iuuenalis:*Atq́; uetus Thebe centum iacet obruta portis*.
Statius:*Viue ſuperſtes*,*abi diraq́; ad mœnia Thebes*.

Maſculina ſemper ſingularia.

Maſculina ſemper ſingularia, & ſecundæ declinationis ſunt hæc.Veſper,Heſperus,Pontus,Limus,Fimus,Orcus,Erebus,Bolus,Viſcus,Penus,& Aluus.

APPENDIX.

Humus fœmininum eſt,& ſemper ſingulare.

Rarò pluralia.

Mundus, Muſcus, & Fumus rarò pluraliter leguntur.
Plinius:*Alios rurſus occaſione hinc ſumpta*,*aut his data*, *innumerabiles tradidiſſe mundos*. *Apuleius*:*Saxum inſurgit in ſpeluncæ modum muſcis*.
Martial.*Vendere nec uanos circa palatia fumos*.

APPENDIX.

Maſculina ſemper ſingularia, & tertiæ declinationis ſunt hæc,Arrabo,Aër,& Sanguis.

Rarò

Raro pluralia.

Sol, Aether, & Puluis raro pluraliter leguntur.

Claudianus: Et *geminos ſoles mirari deſinat orbis.*

Vergilius: *Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas.* *Sed Solibus dixit pro caloribus.*

Lucretius: *Aetheribus poſſe alterius ex partibus ire.*

Horatius: *Neq; in ſepulchris pauperum pudens anus*
Nouendiales diſsipare pulueres.

APPENDIX.

Cæſtus ſemper ſingulare eſt, & quartæ declinationis.

Cæſtus à cædo quartæ declinationis, claua eſt pilulas plumbeas loris appenſas habens, quo pugiles pugnam committebant. Vergilius: *Sin pugnam crudo fidit committere cæſtu.* *At Ceſtus pro cingulo Veneris eſt ſecundæ declinationis.* *Martialis:*

Vt Martis reuocetur amor, ſummiq; Tonantis,
A te Iuno petit ceſton, & ipſa Venus. *Nam Ceſton accuſatiuus Græcus quartæ declinationis eſſe non poteſt.*

Fœminina ſemper ſingularia.

Fœminina ſemper ſingularia, & primæ declinationis ſunt hæc, Iuuenta, Senecta, Fuga, Culpa, Proſapia, & Cholera.

Raro pluralia.

Fama, Vita, Luna, Gloria, Pituita, Gaza, & Arena raro pluraliter leguntur.

Plautus: *Haſcine propter res maledicas famas ferunt?*

Terēt. *Inſpicere tanquàm in ſpeculo hominū uitas iubeo.* *Plin. in. ſ. cap. ſecundi.* *Totidem tamen ſoles, totidemq; lunas.* *Gellius:* *Has ille inanes quū efflaret glorias.* *Plinius:* *Pituitas corruptas purgat in mulſo & aqua.*

Lucanus: *Eoaſq; premunt tentoria gazas.*

Idem: *Et duras calcauit Cæſar arenas.*

Subſtantiua in ia.

Subſtantiua in ia, quæ ab adiectiuis deducuntur, raro pluralem admittunt. ut, Auaritia, Pigritia, Inertia, Prudentia, Eloquentia, & id genus plurima.

Sed quædam ex his in plurali nonnunquam reperiuntur.

Ouidius: Vulgus amicitias utilitate probat. Gellius: Ita in ueteru memorijs legimus. Idem: Curas uocum, uerborumq; elegantias.

APPENDIX.

Fœminina ſemper ſingularia, & tertiæ declinationis ſunt hæc, Talio, Cōtagio, Paupertas, Quies, Lues, Indoles, Proles, Pubes, Fames, Strues, Tabes, Bilis, Sitis, Tuſsis, Salus, Iuuentus, Senectus, Tellus, Plebs, Pix, & Supellex.

Raro pluralia.

Labes, Soboles, Paces, & Luces raro pluraliter leguntur.

Cicero: Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe?
Columella: Cuſtodiri debent, ne nouæ ſoboles effugiant.
Horatius: Hoc paces habuere bonæ, uentiq; ſecundi.
Idem: Bella quis, & paces longum diffundit in æuum.
Ouidius: Poſt ſeptem luces Iunius actus erit.

Quintæ declinationis nomina.

Multitudinis numero deficiunt omnia quintę declinationis nomina, præter Dies, Res, Acies, Facies, & Progenies. Spes tamen Horatius in accuſatiuo plurali uſurpauit.

Ait enim: Mitte leues ſpes, & certamina diuitiarum. Apuleius Specierum uſurpauit, at Cicero in Topicis, Specierum, & Speciebus formidat uti, dum Ideas formas potius, quàm ſpecies Latinè uertendas arbitratur.

Neut

Neutra ſemper ſingularia.

Neutra ſemper ſingularia,& ſecundæ declinationis ſunt hæc:Macellum,Pedum,Sabulum , Nitrum, Senium,Barathrũ, Veruactum,Lutum,Sinum,Cœnum,Salum, Iuſtitium,Meditullium,Sebum,Penũ, Nihilum,Butyrum,Spicum,Letum,Pelagus,Chaos, & Album pro tabula.

Album dicebant ueteres pro albata tabula in qua ſcribebantur nomina iudicũ.Plinius in præfatione hiſtoriarum mundi: Quum hanc operã condicerẽ,non eras in hoc albo. Erat & albũ Prætoris,in quo leges & formulæ deſcribebantur. Quintilianus: Quorum alij ſe ad album,& rubricas tranſtulerunt.

Raro pluralia.

Laridum,Solium,Aeuum,Solum,& Vulgus rarò pluraliter leguntur.

Ouidius:Pinguia cur illis miſcentur larda diebus? Larda pro larida Metri neceßitate dixit. Plinius:Quoniam & defunctis ſeſe multi fictilibus ſolijs condi maluere.

Ouidius: Perſequar ut cunctos nulli datus omnibus æuis.

Vergilius: Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola.

Cicero: Saturnum maxime colunt uulgi.

Metallorum nomina.

Omnia metallorum ſpecialia nomina multitudinis numero deficiunt. ut, Aurum, Argentum, Aes, Orichalcum,Stannum,Plumbum,Cuprũ, Chalybs, & Ferrum. Legimus tamen Aera, pro pecunia ex ære facta.

Ouidius: Aera dabant olim:melius nunc omen in auro eſt.

Electrum pro auri & argenti miſtura ſemper ſingulare eſt:ſed pro ſucco arboris interdum pluraliter inuenitur.

Plinius: Aurum,in quo quinta argenti portio eſt,electrum uocatur. Electrum alio nomine ſuccinum appellatur.eſt autem gummi ſeu lachryma ex arboribus Pinei generis profluens.

Ouidius: – Stillataq́; ſole rigeſcunt De ramis electra nouis.

Liquidorum nomina.

Omnia liquidorũ ſpecialia nomina,numero multitudinis deficinnt.ut,Lac,Serum,Oleum,Merũ,Muſtum,Nectar,Mulſum,Acetum,& id genus reliqua.

Vina,Defruta, Mella, Freta, Aequora, & Maria interdum pluraliter leguntur.

Vergilius: Vina uouum fundam calathis Aruiſia nectar.

Idem: Aut igni pinguia multo Defruta.

Idem:Redolentq́; thimo fragrantia mella.

Idem: Et freta deſtituent nudos in littore piſces.

Idem: Aequora tuta ſilent.

Idem: Errabant acti fatis maria omnia circùm.

Aridorum nomina.

Omnia ſpecialia nomina Aridorum humi naſcẽtium,quæ ad menſuram,ponduſ'ue referuntur,multitudinis numero deficiunt . ut , Milium,Panicum, Lolium,Sacharum,Oriza,Siligo, Lens lentis,Piper, & huiuſmodi plurima.

Raro pluralia.

Auena,Faba,Hordeũ,Frumentũ,Far,Piſum, Fœnum,& Lupinus interdum pluraliter leguntur.

Vergilius: Infelix lolium,& ſteriles dominantur auenæ.

Idem: Vere fabis ſatio.

Idem: Grandia ſæpe quibus mandauimus hordea ſulcis.

Plinius: Frumenta quum defloruere,craſſeſcunt.

Vergilius: Hiberno lætiſſima puluere farra. Plin. Ex leguminibus autẽ Nouembri ſerũtur lens,& in Græcia piſa. Apuleius:

In

In aſini faciem fœna rodebamus. Plinius: *Lupini quoq; ſylueſtres ſunt omni modo minores ſatiuis.*

Herbarum, fruticumq; nomina.

Omniaa ſpecialia herbarum fruticumq́; nomina multitudinis numero deficiunt.ut, Menta, Sampſuchum, Petroſelinum, Mentaſtrum, Abrotanum, Cuminum, Roſmarinnm, & huiuſmodi plurima. Sed quædam ex his pluraliter efferuntur, maxime quoties rerum illarum partes ſignificantur.

Iuuenalis: Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum uer.
Martial. Veſcere lactucis, & mollibus utere maluis.
Verg. Alba liguſtra cadunt, uacinia nigra legũtur. Plin. Pepones qui uocãtur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt aluum.

APPENDIX.

Neutra ſemper ſingularia, & tertiæ declinationis ſunt hæc, Fel, Halec, Sumen, Gluten, Specimen, Abdomen, Ver, Iecur, Iubar, & Hepar.

APPENDIX.

Gelu ſemper ſingulare eſt, & quartæ declinationis.

Maſculina ſemper pluralia.

Maſculina ſemper pluralia, & ſecũdæ declinationis ſunt hæc: Cancelli, Cani, Codicilli, Fabii, Faſti, Gemelli, Poſteri, Liberi, Loculi, & Quintilii.

Legimus & faſtus faſtuũ pro libro, in quo totius anni, res populi Ronani ſcriptæ cõtinebantur, & cauſæ feſtorũ explicabantur. Lucanus: Nec meus Eudoxi uincetur faſtibus annus. Sed ſæpius eſt ſecundæ declinationis.
Idem: Et damnata diu Romanis Allia faſtis.
Ouidius: Quæq; ferunt illi pictos ſignantia faſtos.

Rarò pluralia.

Inferi & Superi raro ſingulariter efferuntur.

Liuius

Liuius Andro. Inferus an ſuperus tibi fert Deus funera Vlyſſes.

APPENDIX.

Maſculina ſemper pluralia, & tertiæ declinationis ſunt hæc: Penates, Maiores, Minores, Magnates, Primates, Luceres, Pugillares, Tatienſes, Sentes, Natales, Antes, Piſces & Menſes.

Piſces pro ſigno cœleſti, & Menſes, pro Menſtruis mulieribus ſunt ſemper pluralia, aliás non ſunt heteroclita.

Raro ſingularia.

Proceres, Manes, Lares, Annales, Cælites, Lemures, Optimates, Primores, Quirites, Vepres, & Caſſes raro ſingulariter enuntiantur.

Iuuenalis: Agnoſco procerem, ſalue Getulice. Apuleius: Vtrũ Lar ſit, an Larua, nomine Deum Manem uocant. Gellius: Locũ iſtum totũ ex Piſonis annali tranſpoſuimus. Ouidius: Peruenient illuc & carmina forſitan illa. Quæ de te miſi cælite facta nouo. Apul. Hunc ueterẽ in lingua Latina inuenio lemurẽ dictitatum. Cicero: Id mandauit Philotimo homini forti, ac nimirũ optimati. Silius: – Primori Marte Saguntũ. Sciendũ huiuſmodi nomina non eſſe tantũ maſculina, quum Plautus dixerit aliquoties ſummates matronas. Corn. Tacitus, Primoribus fœminis. Et Cicero: Primoribus labris. Ouid. Reddentq; ſuo nõ regia iura Quiriti. Colum. Hũc ueprẽ manifeſtũ eſt interire nõ poſſe. Seneca Tragic. Aper cũ caſſe uinctus.

APPENDIX.

Artus maſculinum & quartæ declinationis, raro ſingulariter inuenitur.

Lucanus: Tunc omnis palpitat artus.

Fœminina ſemper pluralia.

Fœminina ſemper pluralia, & primę declinationis ſunt hæc: Inſidiæ, diuitiæ, Nuptię, Inducię, Minæ, Nonę, Ca

næ,Calendæ,Cunæ, Excubiæ, Inferiæ, Exequiæ,Faleræ,Feriæ,Exuuiæ,Manubiæ,Nugæ,Nundinæ,Primitiæ,Thermæ,Scopæ,Tricæ,Valuæ,Salebræ, Reliquiæ, Clitellæ, Falæ , Scatebræ , Tenebræ , Vigiliæ, Aræ pro penatibus,& Dirę pro furiis.

Raro ſingularia.

Ceremoniæ,Genæ, Gingiuæ,Minutiæ, Latebræ, Paleæ,Præſtigiæ,Quiſquiliæ,Antennæ, Bigæ,& Illecebræ,raro ſingulariter leguntur.

Cicero: Magnam religionem ceremoniamq́; declarat.
Suetonius: Vt in genam leniter perſtrinxerit.
Iuuenalis: Frangendus miſero gingiua panis inermi.
Cicero: Paruam inimicitiæ culpam relinquebas. Idem: Videant ne quæratur latebra periurio.
Vergilius: Ne quicquam pinguis paleæ teret area culmos.
Quintilian. Et Liuius uelut præſtigiæ plauſum quærat.
Neuius: Deturbate ſaxo,homo non quiſquilia eſt.
Lucanus: Prouidus antennæ ſuffixit lintea ſummæ.
Plinius: Euclides pinxit bigam regis cum uictoria.
Plautus: Mundicia illecebra eſt animo amantium.

APPENDIX.

Fœminina ſemper pluralia,& tertię declinationis ſunt hæc:Crates,Gades,Charites,& Lactes.

Raro ſingularia.

Ambages,Compedes,Fores,Alpes, Nares, Sordes & Eumenides,raro ſingulariter enuntiant.

Plinius de Luna loquẽs: Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium.
Iuuenalis: Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.
Ouidius: Conſtitit ad geminæ limina prima foris.
Lucanus: Nunc deſuper alpis nubiferæ colles.

Perſ

Perſius: Rancidulum quiddam balba de nare loquutus.
Plautus: In medio oculo paruum ſordis eſt.
Lucanus: Aut ſæui contorſit tela Licurgi Eumenis.

APPENDIX.

Idus fœmininum, ſemper plurale eſt, & quartæ declinationis.

Neutra ſemper pluralia.

Neutra ſemper pluralia, & ſecundæ declinationis ſunt hęc: Arma, Exta, Seria, Effata, Crepūdia, Bactra, Cibaria, Flabra, Cunabula, Iuſta, Pudenda, Verenda, Prę̧cordia, Tripudia, Serta, Vinacea, Ceraunia, Bellaria, Tragemata, Vinaria, Multitia, & Permiſſa.

Inuenitur aliquoties ab hoc permiſſu: quod autē Horatius dixit: Vtor permiſſo, pro re permiſſa, nō pro permiſſione accipi uolunt.

Rarò ſingularia.

Claſsica, Tranſtra, Liba, Spolia, Spectacula, Aulea, & Carcheſia rarò ſingulariter efferuntur.

Suetonius: Claßicum exorſus, prætendit in alteram ripam.
Perſius: Tibi canabe fulto, Cæna ſit in tranſtro.
Ouidius: Melle pater fruitur, liboq; infuſa calenti
Iure repertori candida mella damus. Suetonius: Ne ſpolio potiretur hoſtis. Idem: De ſpectaculo exercitatus deſcendit. Apuleius: Aulcum tragicum dimoueto. Macrobius: Eſt autem carcheſium poculum Græcis tantummodo notum.

Librorum nomina.

Quædam librorum nomina ſecundæ declinationis, non niſi pluralia leguntur in genere neutro. ut, Bucolica, Georgica, Topica, Oeconomica, Politica, & id genus pauca.

Hæc tamen adiectiua uidentur, nec, à ſingulari numero abhorrent

horrentia, ut ſi dicas bucolicum carmen, georgicum poëma, œconomicum ſiue politicum præceptum.

APPENDIX.

Neutra ſemper pluralia, & tertię declinatiōis ſunt hæc, Flamina, Ilia, Mœnia, Viſcera, Munia, Specularia, Ocularia, Sponſalia, Magalia, & Palearia.

Rarò ſingularia.

Naualia, Penetralia, & Mapalia rarò ſingulariter inueniuntur.

Ouidius: Haud aliter, quàm ſi ſiccum nauale tenerent. Macrobius: Probo Symache propoſitum tuum, quod philoſophiam intra ſuum penetral exiſtimes adorandam. Valerius Flaccus: Coit è ſparſo concita mapali Agreſtum manus.

Feſtorum nomina.

Omnia feſtorum nomina ſemper ſunt pluralia. ut, Saturnalia, Vulcanalia, Floralia, Neptunalia, Palilia, Vinalia, Quinquatria, Pythia, Lupercalia, Solēnia, & id genus plurima. Inuenimus tamen Bacchanal.

Plautus: Bacchis Bacchas metuo, & Bacchanal tuum.

Nominatiuo & Vocatiuo ſingulari carentia.

Nominatiuo & uocatiuo ſingulari deficiunt Precis, Vicis, Fœminis, & Verberis.

Vicis in datiuo ſingulari, & in genitiuo plurali uix inuenitur.

Rarò Nominatiuum & Vocatiuum ſingularem habentia.

Frondis, Remigis, Lateris, Dapis, Frugis, & Necis rarò nominatiuū & uocatiuum ſingularē enuntiant.

Auſonius: Inuicta & uentis, & ſolibus eſt hominum frons.

Propertius: Iam licet & ſtygia ſedeat ſub arundine remex.

Vitruuius: Siue ſilex, ſiue cæmentū, aut coctus later, aut crudus,

his

his erit utendum. Liuius Andronicus: Quæ hæc daps eſt, quis feſtus dies?
Auſonius: Ante equidem campis quàm ſpicca ſuppeteret frux.
Idem: Sera uenenato potu abſtulit Hannibalem nex.

Necis toto plurali caret.

APPENDIX.

Omnia Interrogatiua, Diſtributiua, Infinita, Relatiua & Negatiua uocatiuo deficiunt. Interrogatiua, ut quis, qualis, quantus. Diſtributiua, ut, quiſq;, uterq;, alter. Infinita, ut, quiſpiam, aliquis. Relatiua, ut, qui quæ quod. Negatiua, ut, nullus, nemo. Cæterum Nemo deficit toto plurali.

Vocatiuum tamen huiuſmodi nomina nonnunquam admittunt.
Ouidius: Dij nemorum, Dijq; omnes noctis adeſte.
Vergil. Exoriare aliquis noſtris ex oßibus ultor. Nam Exoriare uerbum imperatiuum non niſi uocatiuum ante ſe admittit.

Aptota.

Aptota ſunt, quæ una terminatione pro omni caſu funguntur. Dictum eſt aptotum ab à, hoc eſt ſine, & ptoſis quod eſt caſus, quaſi ſine caſuum uariatione: ut, Ir, Pus, Fas, Nefas, Nil, Nihil, Nequā, Mane, Neceſſe ſiue neceſſum, Pedū, Inſtar, Virus, Pyr, Præſto, Frugi, Nihili, Nauci, Mancipi, Gummi, Sinapi, & Pondo. Sed quædam ex his aliquoties declinata leguntur. ut, Pus puris, Virus uiri.
Plin. Ad puris & ſanguinis excreationes ouum crudū cum porri ſectiui ſucco, pariq; menſura mellis Græci calefactum hauritur.
Lucretius: Linquit enim ſupra tetri primordia uiri.

APPENDIX.

Aptota ſunt & omnia numeralia, à quatuor uſq; ad cent

ad centum,& ſemper pluralia.ut,pluraliter Hi & hæ & hęc Quatuor,Quinq;,Sex,Viginti,Triginta.Item Tot & Quot,cum compoſitis.

A` centum uerò uſq; ad mille declinantur.ut,Ducenti ducentæ,ta.ſic Trecenti, Quadringenti, Quingenti,&c. Mille autem indeclinabile eſt:quãquam hoc Mille interdum dicimus,& hæc Millia.

Ouidius:Mille modis leti miſeros mors una fatigat.
Plautus:Quin mille annorum perpetuo uiuunt.
Martial.Te tamen ut uideam,duo millia non piget ire.

APPENDIX.

In u, quartæ declinationis aptota ſunt omnia in ſingulari. Vt,Cornu,Genu. Sed in plurali declinãtur per omnes caſus. ut, pluraliter hæc Cornua, horum cornuum, his cornibus,&c. At Veruum à ueru non inuenimus,cæterum Gelu toto plurali deficit.

APPENDIX.

Ador quoq; aptotum eſt,ne quum duę regulæ ſecum mutuò pugnent, ut alteram ſeruet, neceſſariò amittat alterã.Debuit enim habere in genitiuo Adoris correpta penultima,ſicut Aequor æquoris, Marmor marmoris neutra.Ecõtrario debuit habere Adoris penultima producta, ſicut Honor honoris, Labor laboris,ab honoro,laboro.

Ador enim ab adoro (quod penultimã producit) originem habet:nam genus eſt farris olim aptum ſacris Deorum.Poëtæ tamen genitiuum adoris uſurpant.
Vergil.Illam ſponte ſacros adoris ſtrauiſſe maniplos.
Auſonius:Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.

Monoptota.

Monoptota ſunt,quæ unũ duntaxat caſum in uſu

habent. Dictum eſt Monoptotum à monos, hoc eſt ſolus, uel unicus, & ptoſis. &c. ut, Spōte, Impete, Obice, Natu, Aſtu, Noctu, Promptu, & Inficias pluralis accuſatiuus. Legimus tamen Spontis, Impetis & Impetibus, Obices & Obicibus.

Columella: Neq; ſuæ ſpontis aquam miniſtrare patitur.
Silius: Nec fruſtra rapidi ſtimulante dolore fuiſſet
Impetis: Lucret. Quamlibet in partem tendunt res ante, ruuntq;
Impetibus crebris.
Silius: Et firmos certant obices arceſſere ſylua.
Vergil.–Qua ui maria alta tumeſcant Obicibus ruptis.

Diptota.

Diptora ſunt, quæ uel nominatiuum & uocatiuum ſingularem in uſu tantum habent. ut, hic & ò Iuppiter. hic & hæc & hoc Expes, ò Expes. Vel nominatiuum & accuſatiuum ſingularem: ut, hæc Dica, hāc Dicam. Vel nominatiuum, & ablatiuum ſingularem: ut, hæc Fors, ab hoc Forte. Vel nominatiuū & accuſatiuum pluralem: ut, hæ Suppetiæ, has Suppetias. Vel genitiuum ſingularem, & accuſatiuum pluralem: ut, huius Gratis, has Grates. Vel genitiuū & ablatiuum pluralem: ut, Repetundarum & Repetundis. Vel uocatiuum ſingularem & pluralem: ut, ò Macte, & ò Macti. Dictum eſt Diptotum à dis, quod eſt bis, & ptoſis &c.

Iuppiter à principio appellatus eſt Iouis ò iuuando, deinde Diiouis, quaſi dies iuuans, tandem Iuppiter quaſi Iouis pater: ſicut Liber pater dici ſolet. ergo Iouis non eſt à nominatiuo Iuppiter, ſed nomen per ſe, & in nominatiuo ueteres hic Iouis dicebant.

Triptota.

Triptota ſunt, quę uel nominatiuum, genitiuum,

& abl

& ablatiuum ſingularem in uſu tantum habent. ut, hæc Tabes, huius Tabis, ab hac Tabe: hoc Tabum, huius Tabi, ab hoc Tabo. Vel genitiuum, accuſatiuum, & ablatiuum ſingularem: ut, huius Ditionis, hanc Ditionem, ab hac Ditione. Dictum eſt triptotum à tris, quod eſt tres, & ptoſis, &c.

Quæ Genitiuum, Datiuum, & Ablatiuum pluralem refugiunt.

Thus, Ius, Rus, & Os oris genitiuo, datiuo, & ablatiuo plurali deficiunt. Inuenimus tamen Iuribus, item Orium & Oribus.

Dionyſius Halicarnaſſeus: Si nō æquis uterentur iuribus. Plinius: Vitia orium, graueolentiamq; ſanare affirmat Cato.

Vergil. Componens manibusq; manus, atq; oribus ora.

Vis.

Vis ideo heteroclitū eſt, qa debuit in nominatiuo plurali habere Ves, ſicut Veſtis ueſtes: & habet uires.

Legimus tamē in accuſatiuo plurali Vis pro uires apud Lucretiū: Sed quàm multarum rerum uis poſſidet in ſe, Atq; poteſtates.

Plus.

Plus quum ſit generis duntaxat neutri, tamen in genitiuo, & in toto plurali commune eſt trium generum. ut, hoc Plus, huius pluris, pluraliter. Hi & hæ Plures & hæc plura, horum & harum & horum Plurium, &c. Pluri uix apud peritiores reperitur.

Ambo, & Duo.

Ambo & Duo ſemper pluralia, neutrum nomina tiui maſculino ſuo ſimile proferunt. Duo uocatiuū nominatiuo ſimilem enuntiat. ut, ò Duo duæ duo. Ambo non habet uocatiuum, quia diſtributiuum, &

relatiuum eſt. Vtrunq; in orum,effert genitiuum. In neutro tamen genere duûm, per ſyncopam differētiæ cauſa,dici ſolet. Datiuus & ablatiuus utriuſque in obus,exeunt. Vtriuſq; item accuſatiuus Latinè in os,Græcè in ò deſinit.

Vergil.Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros.
Martial.Elyſium poßidet ambo nemus.

In neutris ſemper accuſatiuus ſimilis eſt nominatiuo.In fœminino genere,ſequuntur Ambo & Duo regulas primæ declinationis: ſed in abus, datiuum & ablatiuum enuntiant.

Mutantia in numeris & caſibus ſignificationes.

Ops,in rectis ſingularibus, eſt Dea terræ, in obliquis,auxilium & facultas:in plurali diuitiæ.

Ops in genitiuo ſingulari propriè facultatem ſignificat.
Vergil.-Grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ.
In accuſatiuo & ablatiuo ſingulari auxilium.
Terent.Iuno Lucina fer opem,ſerua me obſecro.
Ouid.Non ego te imploro contra tauroſq;,uiroſq;:
Vtq; tua ſerpens uicta quieſcat ope.
Opi uix inuenitur.Porro hæc Opis nympha eſt,& ſocia Dianæ.

Liber liberi eſt Bacchus.: Liberi liberorum, ſunt filii uel filiæ.

Bacchus ideo Liber pater à uetuſtis eſt cognominatus, quia curis liberat,& in rebus agendis ſecuriores facit.
Horat.Ad mare quum ueni,generoſum,& lene requiro:
Quod curas abigat. Porrò Liberi dicuntur filij & filiæ minimè ſeruiles. Seneca:Quæritur enim,an aliquando liberi maiora beneficia dare parentibus ſuis poßint,quàm acceperint.

Carcer eſt cuſtodiæ locus: Carceres ſunt repagula,

unde incipiunt equi curſum.

Dictus eſt Carcer à coërcendo, quòd noxios ab exitu, uel equos à curſu coërceat: nam pro repagulis ſingulariter quoque legitur.

Vergil. Ruuntq́; effuſi carcere currus.

Ouid. Signa tubæ dederant, quum carcere pronus uterq; Emicat.

Furfur eſt farinæ purgamẽtum: Furfures ſunt puſtulæ, quæ ex capite reſoluuntur.

Natalis eſt dies, in quo quis natus eſt: Natales ſunt generis uel nobilitas, uel obſcuritas.

Vergil. Phyllida mitte mihi (meus eſt natalis) Iola. Pro eodem ſignificato Plinius dixit: Dum natales ſuos celebraret. Pro conditione ſanguinis & familiæ Cornelius Tacitus ait: Aderat Cornelius Fuſcus uigens ætate, claris natalibus. Cæterum natalis adiectiuè ſæpenumero ponitur.

Plaut. Nam mihi hodie natalis dies eſt.

Ouid. Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit: & immemores non ſint eſſe ſui.

Sal eſt ciborum cõdimentũ: Sales ioci ſunt urbani.

Sales etiam legimus pro ciborum condimentis. Paulus Iuriſconſultus: Neceſſaria quoque hoſtibus uenundari. at ferrum, & frumentum, & ſales non ſine capitis periculo licet. Et pro urbanitate ſiue ioco ſingulariter quoq; reperimus. Cicero: Publius Scipio omnes ſale, facetijsq́; ſuperabat.

Faſcis eſt rei cuiuſcunq; colligata congeries: Faſces ſunt conſulatus aut prætura.

Quia uirgarum faſcis cum ſecuri alligata ad ſontes cædendos ante Conſulem aut Prætorem portabatur. Interdum tamen pro magiſtratu eiuſmodi ſingulariter legitur.

Vergil. Iniuſto ſub faſce uiam dum carpit.

Mos eſt conſuetudo: Mores ſunt uitæ inſtituta.

Plautus: More maiorum date plauſum poſtrema in comœdia.

Pro eodem ſignificato pluraliter quoq; legitur. Gellius: Viue

ergo moribus præteritis,loquere uerbis præſentibus.Cicero: Atq; hoc quidem uidere licet:eos,qui antea commodis fuerunt moribus, imperio,poteſtate,proſperis rebus immutari. Vbi commodo more non recte dicas.

Aedes ædis eſt templū:Aedes ædium ſunt domus.

In hoc differt Aedes,à templo,quòd ſemper habet adiectionem: ut,in æde Iouis,in æde Mineruæ, unde pluraliter legimus, Aedes ſacras,Aedes Deorum,Aedes Nympharum. Nam quum ait Lucretius, Ipſe ſuas ædes diſturbat. Perinde eſt, ac ſi dixiſſet, Iouis ædes. Igitur pro templo dicemus duas, tres, quatuor Deorum ædes,duas ſacras ædes:pro domo binas,ternas,quaternas,priuatas ædes.Legimus tamē Aedem pro domo.Curtius:Excubabant principum liberi ſeruatis noctium uicibus, proximis foribus ædis, in qua Rex acquieſcebat.

Copia eſt abundantia, facultas,ſiue poteſtas: Copiæ copiarum,ſunt exercitus militum.

Copiam aliquoties etiam reperimus pro multitudine militum. Cicero:Lucius Catilina rempublicam deſpexit atq; contempſit, ut ea copia,quam ſecum eduxit,ſe hanc ciuitatem oppreſſurum arbitraretur. Et copias pro abundantia. Idem: Sed fortaſſe dixerit quiſpiam,tibi propter opes, & copias, & dignitatem tuam tolerabilem ſenectutem uideri.

Litera eſt unicum elementum: Literæ literarum, ſunt epiſtola.Inuenitur tamen & in hac ſignificatione ſingulariter,ſed apud poëtas,propter metri neceſſitatem.

Ouid.Quam legis,à rapta Briſeide littera uenit.

Fortuna eſt dubius euentus:Fortunæ fortunarum ſunt diuitię. Legitur & ī hoc ſignificato ſingulariter.
Cicero:Sæpe enim in quibuſdam aut animus abiectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior.

Forum locus eſt, in quo res ueneunt, uel in quo

agunt

aguntur cauſæ: Fori ſunt tabulata nauium, in quibus à prora in puppim diſcurritur. Reperitur & in hoc ſignificatu ſingulariter.

Ennius: Multa foro ponens, ageaq; longa repletur.

Cæterum Fora pluraliter nonnunquam inuenimus.

Auſon. Quod uitæ ſectabor iter, ſi plena tumultu Sunt fora.

Iugum eſt ligneum inſtrumentum, quo iunguntur boues: Iuga ſunt montium uertices.

Inuenitur & in hac ſignificantia ſingulariter. Cornelius Tacitus: Vertices montium, iugumq; inſederunt.

Roſtrum eſt os auis incuruum: Roſtra locus Romæ, in quo concionabatur.

Luſtrū eſt quinquēniū: Luſtra ſunt ferarū cubilia.

Caſtrum eſt arx: Caſtra ſunt militum tentoria.

Scala eſt, quæ huc & illuc transferri poteſt: Scalæ ſunt, quæ immobiles permanent.

Caius iuriſconſultus: Vel ſcalam ſciens accommodauerit ad aſcendendum. Plin. Etiamnū ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur. Verg. tamē dixit: Quærunt pars aditū, & ſcalis aſcēdere muros.

Comitium locus eſt, ubi magiſtratuum electiones celebrabantur: Comitia ſunt conuentus populi ad magiſtratus creandos.

Fidicula, Hortus, Oſtium, & Pars in plurali numero ſignificatione abundant: nam Fidiculæ ſunt cithararum chordæ, & inſtrumenta torquendi: Horti ſunt herbarii & arborarii: Oſtia ſunt patentes domorum aditus, & fluuiorum exitus: Partes ſunt portiones, factiones, & officium.

Quæ biſſariam efferunt nominatiuum.

Hæc biſſariam efferunt nominatiuum, & genus

cum uoce uariant.

Hic Tignus,hoc Tignum.
Hic Clypeus,hoc Clypeum.
Hic Abrotanus,hoc Abrotanū.
Hic Commentarius, hoc Commentarium.
Hic Calcaneus,hoc Calcaneum.
Hic Baculus,hoc Baculum.
Hic Seſtertius,hoc Seſtertium.
Hic Curriculus,hoc Curriculū.
Hic Pileus,hoc Pileum.
Hic Porrus,hoc Porrum.
Hic Cubitus,hoc Cubitum.
Hic Chirographus, hoc Chirographum.
Hic Thimus,hoc Thimum.
Hæc Cryſtallus,hoc Cryſtallum.
Hæc Antidotus, hoc Antidotum.
Hæc Saguntus,hoc Saguntum.
Hæc Taxus,hoc Taxum.
Hæc Sinapis,hoc Sinape et Sinapi.

APPENDIX.

Hæc biſſariam efferunt nominatiuum: & genus, declinationemq́; cum uoce uariant.

Hæc Cingula,hoc Cingulum.
Hæc Menda,hoc Mendum.
Hæc Poſtica,hoc Poſticum.
Hæc Piſa,hoc Piſum.
Hæc Oſtrea, hoc Oſtreum.
Hæc Margarita, hoc Margaritum.
Hæc Rapa,hoc Rapum.
Hæc Intubus,hoc Intubum.
Hic Punctus huius Punctus,hoc Punctum.
Hic Angiportus, huius Angiportus,hoc Augiportum.
Hic Fretus huius Fretus, hoc Fretum.
Hic Euentus huius Euentus, hoc Euentum.
Hæc Sabulo,hoc Sabulum.
Hæc Adagio, huius Adagionis, hoc Adagium.
Hic Lebes,hæc Lebeta.
Hic Panther hæc Panthera.

Vnde obſeruatio talis eſt.

Ab accuſatiuo Græco tertiæ declinationis, fit nominatiuus Latinus primæ, & generis ſemper fœminini.ut, ab accuſatiuo Lynca, fit hæc Lynca Lyncæ: ab accuſatiuo Lampada,fit hęc Lampada Lampadæ, & ſic de huiuſmodi paucis.

Quæ

Quæ plurifariam efferunt nominatiuum.

Hæc plurifariam efferũt nominatiuum,& genus declinationemq́; cum uoce uariant.

Hic Spicus,hæc Spica,hoc Spicum.
Hic Gibber,hæc Gibba,& hoc Gibbus gibberis.
Hic Tapes,hoc Tapete,& hoc Tapetum.
Hæc Contagio uel Contages,& hoc Contagium.
Hæc Alluuio, uel Alluuies, & hoc Alluuium. Sic Colluuio,& Proluuio.

Quæ uocem tantum uariant.

Quædam uarios habent nominatiui fines,& genus ſeruant.ut,

Hic Euander & Euandrus.
Hic Leander & Leandrus.
Hic Conger & Congrus.
Hic Teucer & Teucrus.
Hic Meander & Meandrus.
Hic Tymber & Tymbrus.
Hic Puer & Puerus.
Hic Amphimacer & Amphimacrus.
Hic Puluer & Puluis.
Hic Cucumer & Cucumis.
Hic Ciner & Cinis.
Hic Vomer & Vomis.
Hic Puber & Pubis.
Hic Labor,& Labos.
Hic Clamor & Clamos.
Hic Honor & Honos.
Hic Odor & Odos.
Hic Vapor & Vapos.
Hæc Arbor & Arbos.
Hæc Apes & Apis.
Hæc Plebs & Plebes.
Hæc Adeps & Adipes.
Hæc Stips & Stipis.
Hæc Eleuſin & Eleuſis.
Hæc Trachin & Trachis.
Hæc Salamin & Salamis.
Hæc Phorcyn & Phorcis.

APPENDIX.

Legimus & hic Cornus,huius cornus, & hoc cornu,pro eodem ſignificato.

Plinius: Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis.

Quæ uocem cum declinatione uariant.

Quædam uocem cum declinatione ſub eodem egnere uariant.ut,

Hic Gobius & Gobio. *Hic Delphinus,& Delphin.*
Hic Scorpius & Scorpio. *Hic Elephantus,& Elephas.*
Hic Capus & Capo. *Hic Iberus,& Iber Iberis.*

Vnde talis eſt regula.

A genitiuo Gręco in os tertię declinationis, fit nominatiuus Latinus ſecũdæ,os in us,conuerſa.ut;à genitiuo Titanos fit Titanus Titani : à genitiuo Delphinos fit Delphinus Delphini.à genitiuo Elephantos fit Elephantus Elephanti.

Confuſa in nominatiuo.

Quædam ſunt in nominatiuo confuſa.ut,
Caſsis huius Caſsis,& Caſsidis.Lens lendis,& Lentis.
Frons frondis,& Frontis. Os oris,& Oſsis.
Pecus pecoris,& Pecudis. Vas uadis, & Vaſis.
Fides fidis,& Fidei.& ſiqua ſunt alia.

Variantia declinationem.

Quædam declinationem uariant.ut,
Iugerum Iugeri,ſecundæ:& Iugera Iugerum tertiæ.
Vas uaſis,tertiæ:& Vaſa uaſorum,ſecundæ.
Sequeſter ſequeſtra ſequeſtrum , ſecundæ. & hic & hæc Sequæſtris,& hoc Sequeſtre,tertiæ.

Legimus tamen iugere in ablatiuo,tertiæ.
Tibullus: Et multo innumeram iugere paſcat ouem.

Secundæ & Tertiæ declinationis nomina.

Quædam ſunt adiectiua ſecundæ & tertiæ declinationis,ab Arma, Cæra,Neruus, Baculus,Animus.

Limus

Limus,Cliuus, Somnus,Iugum,& Frænum compoſita:ut,Inermus inerma inermum:itē hic & hęc Inermis,& hoc Inerme.ſic Syncerus,& Synceris: Eneruus & Eneruis:Imbecillus,& Imbecillis:Magnanimus,& Magnanimis: Puſillanimus,& Puſillanimis : Exanimus , & Exanimis: Vnanimus ,& Vnanimis : Sublimus,& Sublimis : Accliuus,& Accliuis : Procliuus, & Procliuis:Inſomnus,& Inſomnis: Biiugus,& Biiugis:Effrænus,& Effrænis.

Sed in horum declinatione imitandus eſt frequentior peritiorū uſus : Nam Syncerus ſæpius quàm Synceris,& Inermis quàm inermus apud ſcriptores probatos legimus:atque idem in alijs quoque obſeruandum.

Secundæ & Quartæ declinationis nomina.

Quædam ſunt Secundæ & Quartæ declinationis communia:ut,hęc Laurus,huius Lauri & Laurus:ſic Quercus,Cornus,Colus,Pinus & Ficus.

Sed ex his quædam in ſecūdo,quædam in quarto flexu ſunt uſitatiora.nam Lauros frequētius quàm Laurus,& Quercus quàm Quercos legimus:& ita de alijs.

APPENDIX.

Domus ſecundæ declinationis,habet omnes caſus in utroque numero,præter uocatiuum ſingularem, item datiuum & ablatiuū pluralem : quum uerò eſt quartæ , omnes item caſus habet,præter ablatiuum ſingularem.

Primæ & Tertiæ declinationis nomina.

Quædam propria formam habentia patronymicorum

corum,tam primæ quàm tertiæ decliationis inueniũtur.ut,Thucydides,huius Thucididę & Thucydidis: ſic Tigranes,Timarchides,Herodes, Orontes, Oedipodes.Inuenitur & Oedipus Oedipi.Et hic obſeruãdus eſt frequentior eruditiorum uſus.

Duplicem habentia genitiuum.

Quædam Græca genitiuum bifariam efferunt, ut, Chremes Chremetis & Chremis: ſic Rhamnes, Darhes,& Laches.

Declina aliquot nomina Heteroclita.

*Sing.*Hic *Oedipodes,huius Oedipodæ & Oedipodis:huic Oedipodæ & Oedipodi:hunc Oedipodã & Oedipodẽ:Oedidipodes & Oedipode:ab hoc Oedipoda & Oedipode.*Item *ſic,*

*Sing.*Hic *Oedipus,huius Oedipi,huic Oedipo, hunc Oedipum,ô Oedipe,ab hoc Oedipo.*

Sing.hæc Laurus,huius Lauri & Laurus,huic Lauro & Laurui,hanc Laurum,ô Laure & Laurus,ab hac Lauro & Lauru.

*Plur.*Hæ *Lauri & Laurus,harum Laurorum & Lauruum, his Lauris & Lauribus,has Lauros & Laurus,ô Lauri & Laurus,ab his Lauris & Lauribus.*

*Sing.*Hæc *Domus,huius Domi et Domus,huic Domo & Domui,hanc Domũ,ô Domus,ab hac Domo. Plur.* Hæ *Domi & Domus,harũ Domorũ & Domuum, his Domubus,has Domos & Domus,ô Domi & Domus,ab his Domibus.*

*Sing.*Hoc *Iugerũ,huius Iugeri,huic Iugero,hoc Iugerũ,ô Iugerum,ab hoc Iugero & Iugere. Plur.*Hæc *Iugera,horum Iugerum,his Iugeribus,hæc Iugera,ô Iugera,ab his Iugeribus.*

*Sing.*Hic *Auernus,huius Auerni,huic Auerno,hunc Auernũ,ô Auerne,ad hoc Auerno. Plur.*Hæc *Auerna horũ Auernorum, his Auernis,hæc Auerna,ô Auerna,ab his Auernis.*

Sing.

Sng.Hic Locus,huius Loci,huic Loco,hunc Locum,ô Loce,ab hoc Loco. Plur.Hi Loci & hæc Loca,horũ Locorũ,his Locis, hos Locos & hæc Loca,ô Loci & Loca,ab his Locis.

Sing.Hæc Carbaſus,huius Carbaſi,huic Carbaſo,hanc Carbaſum,ô Carbaſe,ab hac Carbaſo. Plur.Hæc Carbaſa,horũ Carbaſorum,his Carbaſis,hæc Carbaſa,ô Carbaſa ab his Carbaſis.

Sing.Hoc Cœlũ,huius Cœli, huic Cœlo,hoc Cœlũ,ô Cœlũ,ab hoc Cœlo. Plura.Hi Cœli,horum Cœlorum,his Cœlis,hos Cœlos,ô Cœli,ab his Cœlis.

Sing.Hoc Epulum,huius Epuli,huic Epulo,hoc Epulum,ô Epulum,ab hoc Epulo. Plur.Hæ Epulæ,harum Epularũ,his Epulis,has Epulas,ô Epulæ,ab his Epulis.

Sing.Hic Pontus,huius Ponti,huic Ponto,hunc Pontum,ô Ponte,ab hoc Ponto:ſine plurali.

Sing.Hæc Fama,huius Famæ,huic Famæ,hanc Famam,ô Fama,ab hac Fama.

Sing.Hoc Acuũ,huius Acui,huic Acuo,hoc Acuum,ô Acuum, ab hoc Acuo.

Plur.Hi Cancelli,horum Cancellorum, his Cancellis,hos Cancellos,ô Cancelli,ab his Cancellis.

Plur.Hæ Diuitiæ, harũ Diuitiarum,his Diuitijs,has Diuitias, ô Diuitiæ,ab his Diuitijs.

Plur. Hæc Arma, horum Armorum, his Armis, hæc Arma,ô Arma,ab his Armis.

Plur.Duo,Duæ,Duo:Duorum,Duarum,Duorum & Duum: Duobus,Duabus,Duabus:Duos,Duas, Duo:ô Duo, Duæ,Duo:à Duobus,Duabus, Duobus.

Sing.Huius Precis,huic Preci,hanc Precem,ab hac Prece. Plur. Hæ Preces, harum Precum, his Precibus,has Preces,ô Preces,ab his Precibus.

Sing.Hoc Thus,huius Thuris,huic Thuri, hoc Thus,ô Thus, ab hoc Thure. Plur.hæc Thura,accuſatiuo hæc Thura,ô Thura:cæteris caret.

De Patronymicis.

PATRONYMICVM interpretari poteſt patris nomen: à patre, & onoma, quod eſt nomen: o, poſteriore in y, conuerſo.

Inuenta ſunt præcipuè Patronymica propter carminis neceſſitatem: unde ipſis nunquam eſt utendum in proſa oratione, niſi iam olim à doctiſſimis fuerint recepta.

OBSERVATIO.

Fiunt Patronymica à propriis patrum, uel auorũ nominibus, ſecundum formam Grçcam. ut, hic Priamides, hoc eſt filius uel nepos Priami: hæc Priamis, hoc eſt filia uel neptis Priami.

Ergo à proprijs patrum Latinis non fingimus patronymica, niſi Græce inflecti poſſunt. unde pro patronymicis poſſeſſiua leguntur apud poëtas Latinos uſurpata. Vergilius: Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno. Saturnus enim Græcè inflecti non poteſt, quoniam à Græcis non Saturnus, ſed Cronos dicitur, & ita de conſimilibus dicendum. Cæterum Patronymica fiunt abuſiuè ab auis maternis. ut, Athlantides, hoc eſt, Mercurius filius Maiæ Athlantis. A' matribus. ut, Latoides, hoc eſt Apollo Latonæ filius. Iliades, hoc eſt Romulus Iliæ filius. A fratribus. ut, Phaëthonitades, hoc eſt, ſorores Phaëthõtis. A regibus, ut Dardanidæ, hoc eſt, Troiani: Cecropidæ, hoc eſt, Atheniẽſes: Romulidæ, hoc eſt, Romani. A maritis. ut, Menelais, hoc eſt Helena uxor Menelai. A' filijs. ut, Meleagris, hoc eſt, Althea Meleagri mater. A' dijs. ut, Phœbas, hoc eſt, Phœbi ſacerdos. A regionibus, ut Sicelides Muſæ, hoc eſt, è Sicilia.

APPENDIX.

Multa inneniuntur gentilia formam habentia patronymicorum. ut, Colchis, Thebais, Cyclas, Troas.

Quanquam Thebais à Statio pro carmine de Thebarum excidio

dio uſurpatur: ſicut Aeneis à Vergilio pro Poëmate de geſtis Aeneæ.

Multa itē propria.ut,Euripides,Thucydides,Phyllis, Doris, Pythias,& Ilias pro carmine Homeri de bello Troiano.

Quæ omnia & his conſimilia ſi more patronymicorum exponantur,abſurditas non parua emerget.

Patronymicorum formæ.

A nominibus primæ declinationis,æ,diphthongo genitiui couerſa in a,& iuncta des,fiunt patronymica.ut,Pelias Peliæ,Peliades: Aeneas, Aenææ, Aeneades:Hippotes,Hippotæ,Hippotades.

APPENDIX.

A nominibus ſecundæ declinationis,i,correpta genitiui addita des, fiunt patronymica.ut, Priamus, Priami,Priamides:Aeacus,Aeci,Aeacides. Niſi fuerint duo ii,nam tunc poſterius in a,correptum mutatur,& adiungitur des.ut,Menetius, Menetii, Menetiades.

Quæ uerò ei,habent in genitiuo,mutant eam in i, longum,& accipiunt des.ut,Peleus,Pelei,Pelides.

Sed Tydeus,Tydei,d,in t,conuerſa,facit Tytides.

APPENDIX.

A nominibus tertiæ declinationis,i,correptæ datiui adiecta des,fiunt patronymica.ut, Hector huic Hectori,Hectorides.

APPENDIX.

Patronymica in as,fiunt à Patronymicis in des, antecedente a, ſed ſyllaba, de, ablata, ut,à Peliades, Pelias:ab Athlantiades,Athlantias. Vergilius tamē Aeneis

Aeneis uſurpauit pro carmine de geſtis Aeneæ.

APPENDIX.

Patronymica in is, fiūt à patronymicis, i, ante des, habentibus, ablata de, ſyllaba. ut, à Priamides Priamis. Si tamen i, fuerit productum, in ei conuertitur. ut, à Pelides Peleis.

APPENDIX.

Patronymica in ne, formantur à genitiuis primitiuorū, addita, ne, ſyllaba. ut, Adraſtus Adraſti, Adraſtine. Aut ei, in i, longum conuerſa. ut, Nereus, Nerei, Nerine. Aut i, poſteriore in o, longum mutato. ut, Acriſius, Acriſii, Acriſione.

OBSERVATIO.

Patronymica in des, ſemper maſculina ſunt, & primæ declinationis: cætera uerò fœminina, & tertiæ exceptis tamen in, ne, finitis, quæ primam ſequuntur declinationem.

APPENDIX.

Quia pro carminis commoditate inuenta ſunt patronymica, in his poëtæ modò detrahunt, modò adiiciunt quaſdam literas, aut ſyllabas. ut, Scipiades, Aenides, Amphitryonides: pro Scipionides, Aeneades, & Amphitryoniades.

Vergilius: Et duo Fulmina belli Scipiadæ..

Idem: Sit ſatis Aeneide telis impune Numanū. Oppetiiſſe tuis. Verba ſunt Apollinis ad Aſcanium Aeneæ filium.

Idem: Forte dic ſolennem ille Rex Arcas honorem
Amphitrioniadæ magno, Diuiſq; ferebat

De comp

De Comparatiuis, & Superlatiuis.

COmparationis gradus ſunt tres: Poſitiuus Comparatiuus, & Superlatiuus. Dicitur autem Poſitiuus omne id, à quo formantur Comparatiuus & Superlatiuus.

Comparatio eſt rei ad rem cum quodam exceſſu collatio. Vnde Comparatiuus gradus medium incrementum, Superlatiuus ſummum deſignat. Quum itaq; poſitiuus nullum ſignificet exceſſum, abuſiuè dicitur gradus, quod ideo factum uidetur, quia cæteri ab eo formantur.

A quibus partibus orationis formentur Comparatiua, & Superlatiua.

Comparatiua & Superlatiua fiunt ab adiectiuis, quorum poteſt augeri ſignificatio: ut, Clarus, clarior, clariſsimus. Item ab uno uerbo: ut, Detero, deterior, deterrimus. Item à participiis. ut, Indulgens, indulgentior, indulgētiſsimus. Item ab aduerbiis. ut, Pridem, prior, primus. Item à præpoſitionibus: ut, Vltra, ulterior, ultimus.

Minoris, & Breuioris, item Minimi & Breuiſsimi ſignificatio decreſcere quibuſdam uidetur, nō animaduertētibus, rem per comparatiuum aut ſuperlatiuum ſignificatam utique minui, ſed ipſam augeri ſignificationem: ut enim quod longius eſt, maiorem habet longitudinis ſignificationem, ita quod breuius, maiorem breuitatis ſignificationem aſſequitur. Cæterùm obſeruant grāmatici comparatiuum nonnunquam plus ſignificare ſuperlatiuo, ſi poſtponatur illi. M. Tullius ad Ciceronem filium: Vale mi Cicero, tibiq; perſuade, eſſe te mihi chariſsimum: ſed multò fore chariorem, ſi talibus monumentis, præceptiſq; lætabere.

Eſt etiam quando à ſuperlatiuo (ſed poſitiui ſignificationem habente)

bente) formatur comparatiuus. Vlpianus: Si quis proximior cognatus naſceretur. Hinc ait Gellius Veſtibulum eſſe partem domus primiorem.

Comparatiuorum formæ.

A primo caſu deſinente in i, addita or, fiunt comparatiua. ut, Amicus amici, amicior: Pudicus pudici, pudicior.

In quibus nonnulli addunt ſyllabam, pronuntiantq; amicitior, pudicitior: ſed nullam afferunt authoritatem. Ouidium ergo ſequamur dicentem,

Sic ubi lux acta eſt, & noctis amicior hora.

Idem: Nec tibi contingat matrona pudicior illa.

Itē Fortis huic forti, fortior: Saluber huic ſalubri, ſalubrior.

Quæ non formantur in uſu Comparatiua.

Quæ ante is, uel us, uocalem habent, non formant in uſu frequenti comparatiua: ſed aſſumpto aduerbio Magis, cum poſitiuo, uſum ſupplent comparatiui. ut, Tenuis, magis tenuis: Idoneus, magia idoneus: Pius, magis pius: Arduus, magis arduus.

Inuenimus tamē aliquoties apud uetuſtos ab huiuſmodi poſitiuis comparatiua.

Lucilius: Fundi delectat te uictus, uillicus paulo
Strenuior ſi euaſeris.

Iuuenalis: Egregius cœnat, meliusq; miſerrimus horum.

Cicero: Mea ſpes etiam tenuior ſemper fuit, quàm tuæ literæ.

Anomala Comparatiua.

Anomala Comparatiua ſunt hæc,

Bonus, Melior. Malus, Peior. Multum, Plus.
Magnus, Maior. Paruus, Minor. Nequā, Nequior.
Iuuenis, iunior. Siniſter, ſiniſterior.

APPENDIX.

Quæ à Facio, Dico, & Loquor componuntur, anomalis utuntur comparatiuis. ut, Magnificus, magnificentior. Maledicus, maledicentior. Magniloquus, magniloquentior: quæ tamen magis à Magnificens, Maledicens, & Magniloquens uidentur deducta.

APPENDIX.

Ocyor poſitiuum non habet Latinum, ſed Græcum Ocys.

Poteſt ocys Latinè interpretari celer, ſeu uelox. unde fit ocyor & ocyßimus, hoc eſt celerior celerrimus, quibus utuntur Latini. Ouidius de Daphne loquens: Fugit ocyor aura Illa leui. Plinius: Quidam breuitate radicũ celerius ſeneſcere arbores putant, quod coarguunt fici: quarum radices longißimæ & ſenectus ocyßima.

Superlatiuorum formæ.

A primo caſu deſinente in i, addita, s, & ſimus, fiunt Superlatiua. ut, Iucundus iucundi, iucundiſsimus. Nobilis huic nobili, nobiliſsimus. Clemens huic clementi, clementiſsimus. Excipiuntur à poſitiuis in er, uenientia, quæ fiunt à nominatiuo, addita rimus. ut, Pulcher, pulcherrimus: Acer, acerrimus.

Anomala Superlatiua.

Anomala Superlatiua ſunt hæc, Bonus, Optimus. Multus, Plurimus. Dexter, Dextimus. Malus, Peſsimus. Nequã, Nequiſsimus. Vetus, Veterrimus. Magnus, Maximus. Siniſter, Siniſtimus. Maturus, Maturrimus. Paruus, Minimus.

Veterrimus eſt à poſitiuo Veter, quo antiquißimi utebantur. Ennius: Quum ueter occubuit primus ſub Marte Pelaſgo. Maturißimus quoq; interdum legitur. Cicero: Quibus uirtutibus omnem tueri uitam poßint, eas in ætate maturißima uelint comparare.

APPENDIX.

Anomala ſunt, quæ ab aduerbiis & præpoſitionibus naſcũtur, tam Comparatiũa, quàm Superlatiua. ut, Sæpe, Sæpius, Sæpiſsime. Pridem, Prius, Primum. Pote, Potius, Potiſsimũ. Cito, Citius, Citiſsime. Poſt, Poſterior, Poſtremus. Citra, Citerior, Citimus. Intra, Interior, Intimus. Infra, Inferior, Infimus. Supra, Superior, Supremus. Vltra, Vlterior, Vltimus. Prope, Propior, Proximus. Extra, Exterior, Extremus.

APPENDIX.

Superlatiua quædam in limus, cum compoſitis inæqualiter exeunt. ut, Facilis, Facilimus: Agilis, Agilimus: Gracilis, Gracilimus: Humilis, Humilimus: ſimilis, Similimus. Poëtæ in his geminant ll. *Iuuenalis: Rara auis in terris, nigroq; ſimillima cycno.*

Comparatiuis carentia.

Perſuaſus, Inclytus, Mediocris, Meritus, & ſi qua ſunt alia, comparatiuis deficiunt. Mediocris ſuperlatiuum creat Medioximus. Reliquorum ſuperlatiua ſatis per ſe nota ſunt.

Superlatiuis carentia.

Senex, Iuuenis, Adoleſcens, Ingens, Remiſſus, Salutaris, Opimus, & Ante, licet habeant comparatiua, ſuperlatiuis tamen deficiunt.

Obſeruandum eſt diligenter, quid in comparationis gradibus fingendis probet uſus, & eruditorum authoritas: non enim adiectiua omnia comparationem admittunt, etiam ſi nihil uetet ſignificatio: ſed quia uſus comparationem eorum nõ probauit. ut, Almus, Nauus, Imus, Modicus, Fugitiuus, Magnanimus, Seruilis, Agreſtis. Et quæ in bundus, exeunt, & in ſter, declinationis tertiæ. ut, Sitibundus, Syluester. Item diminutiua. ut Vetulus, Bellus. Et quæ

materiam ſignificant,ut Aureus, Marmoreus: Ficulnus,Faginus.

Denique hæc inter rara comparatiua enumerantur. Inuitior, Periurior,Diuitior,& Temporius,pro Tempeſtiuè ſeu opportunè. Cicero: Quem ego paulo ſciebam uel pudentius,uel inuitius, ad hoc genus ſermonis accedere. Plautus: Periuriorem hoc homine ſi quis uiderit, aut gloriarum pleniorem. Cicero: Inde ille licentior, & diuitior fluxit dithyrambus.

Ouid. Modò ſurgis Eoo Temporius cælo, modò ſerius incidis undis.

De Poſſeßiuis.

POSSESSIVA dicuntur,quæ poſſeſsionem, aut proprietatem aliquam ſignificant. ut, Regius,regineus.

Significat enim Equus regius; eum qui regis eſt. Virtus reginea,eam quæ eſt reginæ.

Terminationes poſſeſsiuorũ multæ uariæq; ſunt,

Cus,ut Socraticus,Platonicus.

Nus,præcedente a,uel i,ut,Tullianus,Tyberinus.

Eũs.ut,Pythagoreũs,Aethereũs.

Iũs,præcedente t,ut,Tribunitius,Natalitius.

Significat enim munus natalitium,quod ad natalem pertinet.

Iũs, præcedente conſona primitiui.ut, Prætorius. à Prætore.Euandrius,ab Euandro.

De Gentilibus.

GENTILIA dicuntur,quæ gentẽ patriamq; ſignificant. ut, Siculus, Athenienſis, Romanus.

Terminationes Gentilium præcipuæ ſunt,

Cus,ut,Vrbicus,Ruſticus,Gallicus,Germanicus.

Nus, præcedente ta, uel i. ut, Neapolitanus, Alexandrinus.

Vus, una ſyllaba pręcedēte i. ut, Argiuus, Achiuus. *Hæc autem forma Græcorum propria eſt.*

Enſis. ut, Hortenſis, Forenſis, Lugdunenſis.

Ns. &, rs. ut, Laurens, Tiburs.

As, per conciſionem. ut, Arpinâs, pro Arpinâtis. Aquinâs, pro Aquinâtis.

Ta, & Tus. ut, Sarmata, Venetus.

Porrò una aliqua, & certa tam Poſſeſsiuorum, quàm Gentilium formatio tradi non poteſt, propter nominum, & terminationũ diuerſitatem. Sed tamen neq; illa difficilis adeò erit, ſi ad analogiam, hoc eſt; ad ſimilium exempla ubiq; aſpicias. Vt enim à Roma fit Romanus, ſic à Gratia Gratianus, à Sparta Spartanus. Et ut à Titus Titi Titius, ita & à Quintus Quinti Quintius, ab Euander Euandri Euandrius.

De Diminutiuis.

Diminutiua dicuntur, q̃ diminutionẽ primitiui ſui ſignificāt. ut, Regul⁹ à rex, Canicula à canis. *Significat enim Regulus paruum regẽ proprie: Canicula paruam canem. Adhibentur tamẽ eadem hæc etiã blandiendi gratia interdum: ſic Capitulum & Corculũ apud poëtas uſurpantur: & propria mulierum, quæ neutro genere hac forma apud Græcos efferuntur: ut, Glycerium, à Glycera: Philenium, à Philenis. Vel feſtiuitatis cauſa. Iuuenalis: Vnde fit, ut malim fraterculus eſſe gigantũ. Itẽ urbanitatis, ut ingeniolũ. Poſtremo contẽptus. ut homuncio.*

Terminationes diminutiuorũ ſunt multiplices.

Olus, ola, olum. ut, Vrceolus, ab urceus: Vnciola ab uncia, Tuguriolum, à tugurium.

Vlus, ula, ulum. ut, Tumulus à tumor. Chartula à charta, Capitulum à caput.

Culus,

Culus,cula,culum.ut,Igniculus ab ignis,Sororcula,à ſoror Corpuſculum à corpus.

Ellus,ella,ellum.ut,Agellus ab ager,Pagella à pagina,Flagellum à flagrum.

Illus,illa,illum. ut,Lapillus à lapis, Anguilla ab anguis,Sigillum à ſignum.

His adde illa,in quibus conſonans,quæ fuit in penultima primitiui,in x,mutatur.ut,Paxillus à palus,Maxilla à mala:

Vnculus,& uncula.ut,Homũculus ab homo, Ratiuncula à ratio.

Vleus. ut, Equuleus ab equus, Aculeus ab acus, huius acus.

Sed hoc poſterius etiam à genere primitiui deficit.

Cio.ut,Homuncio ab homo,Senecio,à ſenex.

Huius exemplum Priſcianus ex Afranio authore uetuſtiſſimo citat.Tu ſenecionem hunc,ſatis eſt,ſi ſeruas anus.

Aſter.ut,Paraſitaſter à paraſitus,Philoſophaſter à philoſophus.

Verùm hæc forma,ut quibuſdam placet, imitationem ſignificat. Refert autem in diminutiuorum formatione ad analogiam ubique reſpicere:quædam enim ab integris primitiuis,& à caſu recto fiũt.ut, Maſculus à mas,Pauperculus à pauper, Muliercula à mulier.Alia ab obliquis,ut Tegeticula à tegetis,abiecta s. Codicillus, à codicis &c. Quædam etiam à corruptis. ut , Paxillus à palus, Aſellus ab aſinus.In quibus,nihil præter primam ſyllabam primitiui manſit.

De Denominatiuis.

DEnominatiua dicuntur,quæcunq; ab altero ali quo denominationem habent.ut,Ferreus à ferro,Ficulnus à ficu,Iuſtitia à iuſto.

Hac ſpecie continentur omnia ea deriuata, quæ à nominibus

uenientia, neq; comparatiua ſunt, neq; ſuperlatiua, neq; patronymica. Rurſus quæ nec poſſeßionem, nec gentem, aut originem, nec diminutionem aliquam ſignificant, ſiue eandem cum illis terminationem habeant, ſiue propriam aliquam atq; diuerſam.

Denominatiuorum alia Subſtãtiua ſunt, alia Adiectiua.

Subſtantiuorum terminationes ſunt,

Iã, cum conſonante genitiui primitiui. ut, Audax audacis, Audacia: Triſtis huius triſtis, Triſtitia.

Fiunt hæc, à primo caſu deſinente in i, nominum ſecundæ declinationis in us, & tertiæ in is, quæ genitiuum nominatiuo ſimilem habent.

Nia, præcedente mo, ſyllaba. ut, Caſtimonia à caſtus, Sanctimonia à ſanctus.

La, præcedente E. ut. Clientela à cliens.

Na, præcedente uocali longa, uel diphthongo. ut, Officina ab officium, Doctrina à doctrix, Caupona à caupo, Leæna à Leo.

Le, præcedente i. ut, Ouile ab Ouis.

Qualia & à uerbis quibuſdam fiunt, ut à cubo Cubile, à ſedeo Sedile, &c.

Re, præcedente a. ut, Luminare à lumen.

O, cum conſonante primitiui. ut, Cicero à cicer, Capito à caput.

Do, præcedente e, uel u. ut, Dulcedo à dulcis, Teſtudo à teſta.

Go, præcedente u. ut, Ferrugo à ferrum, Aerugo ab æs, æris.

Quædam i, ante d, uel g, habent, ſed ea ferè, à uerbis fiunt. ut, Libido à libet, Rubigo à rubeo.

Al,

Al.ut,Ceruical à ceruix,Tribunal à Tribunus.

Hæc à genitiuis fiunt,ultima in al,conuerſa.

Ar.ut,Lupanar à lupa,Lacunar à lacu.

Arium.ut,Pomarium à Pomũ,Veſtiariũ à ueſtis.

Huiuſmodi formæ nomina comprehenſiua uocantur.

Et um.ut,Myrtetum à myrto,Buxetum à Buxo.

Bulum.ut,Acetabulum ab acetum,Veſtibulum à Veſta,Thuribulum à Thus.

Huius formæ & uerbalia multa reperias,de quibus infra uidebis.

Monium.ut,Patrimonium à pater,Teſtimonium à Teſtis.

Tor.ut,Senator à ſenatus.

Hæc uerbalium ſpeciem habent,ut paulopoſt explicabitur.

Tas.ut,Probitas à probus,Pietas à pius,Integritas ab integer,Pubertas à puber.

ADIECTIVORVM terminationes ſunt.

Ber.ut,Saluber à ſalus.

Ster.ut, Campeſter à campus,Paluſter à palus.

Lis,præcedente uocali longa.ut, Pluuialis à pluuia,Senilis à ſenex,Crudelis à crudus.

Aris.ut, Familiaris à familia, Apollinaris ab Apollo.

Quod poſterius etiam pro nomine proprio uſurpatur.

Stis.ut,Cœleſtis à cœlum,Agreſtis ab ager.

Ceiis.ut, Herbaceus ab Herba, Cretaceus à creta.

Eus,præcedente conſona primitiui.ut, Ferreus à ferrum,Cereus à cera.

Hæc forma,ut & ſuperior,materiam fermè ſignificat.

Vüs diuiſis ſyllabis.ut, Annuus ab annus,Menſtruus à menſis.

Hoc poſterius t, & r, ultra primitiui literas aſſumit.

Idus. ut, Herbidus ab herba, Vuidus ab uua.

Hæc forma etiam uerbalium eſt, ſignificat enim herbidum, quod herbis abundat: ſic cætera quoque.

Timus. ut, Legitimus à lege, Maritimus à mari.

Nus. ut, Quernus à quercu, Abiegnus ab abiete, Aprugnus ab apro.

Orus. ut, Canorus à canor, Odorus ab odor.

Oſus. ut, Vinoſus à uinum, Piſcoſus à piſcis, Arenoſus ab arena.

Entus. ut, Vinolētus à uinū, Somnolētus à ſomnus.

Hæc forma, ſicut & illa ſuperior, copiā propriè ſignificat: nā & Vinoſus & Vinolentus eum, qui copia uini obrutus eſt, deſignāt.

Tus, pręcedente a, i, uel u. ut, Togatus à toga, Auritus ab auris, Cornutus à Cornu.

Hæc noīa propriè habitū ſignificāt. Togatus enim dicitur, qui togam habet: Auritus, qui aures oblongas, Cornutus qui Cornua.

Stus. ut, Honeſtus ab honor, Venuſtus à Venus.

Hæc ipſa quoq; in ſe habere aliquid ſignificāt: ut, Honeſtus honorem, Venuſtus uenerem, hoc eſt pulchritudinem & gratiam.

Vus una ſyllaba, præcedente i. ut, Feſtiuus à feſtus, Furtiuus à furtum.

Denominatiua ſunt & Numeralia, quæ uel ordinem ſignificāt, ut Milleſimus à mille, Decimus à decē, Nonus à nouē, Octauus ab octo: uel diſtributionē, ut Deni à Decem, Septeni à ſeptem, Quini à quinq;.

De Verbalibus.

VERBALIA dicuntur, quæ à uerbis, aut eorum participiis, ſiue ſupinis deducūtur. ut, Dolor à doleo, Metus à metuo, Frigus à frigeo. Horū

alia

alia ſubſtantiuè, alia adiectiuè uſurpantur.

Verbalium ſubſtantiuorum terminetiones ſunt:

A, cũ conſonante prꝭſentis. ut, Scriba à ſcribo, Aduena ab aduenio.

La, præcedente e. ut, Querela à queror, Tutela à tutor, ſeu tutus.

Na, ut, Lucerna à luceo, Laterna à lateo.

Ra, præcedente tu: ut, Creatura à creatu, Natura à natu.

Nia, præcedente mo. ut, Querimonia à queror, Parſimonia à parco, ſeu parci.

Eſt autẽ hæc forma cõmunis tam uerbaliũ, quã denominatiuorũ.

Le, præcedente i. ut, Cubile à cubo, Sedile à ſedeo.

Io, cum conſonante præſentis. ut, Pugio à pungo, Legio à lego, Regio à rego.

Tio, ut, Oratio ab oratu, Statio à ſtatu. Sic & Internecio ab internectu, abiecta t.

O, cũ conſonante præſentis. ut, Bibo bibonis, à Bibo bibis, Comedo Comedonis, à Comedo comedis.

Do, & go, præcedente i. ut, Libido à libet, Origo ab orior.

Il, & ul, ut, Vigil à uigilo, Conſul à Conſulo.

Bulum, ut, Pabulũ à paſco, Tintinnabulum à tintinno, Venabulum à uenor.

Culum, ut, Oraculum ab oro, Ferculum à fero, Periculum à pereo.

Fiunt autẽ hæc regulariter à ſecũda perſona præſentis indicatiui, quare & uocalẽ eandem retinent præter Speculũ, quod à ſpecio, pro ſpeciculum, per ſyncopam factum eſt.

Mentum, ut, Teſtamentum à teſtor, Veſtimentum

tum à queſtio.

Seruant autem & hæc uocalem ſecundæ perſonæ præſentis indicatiui à qua fiunt.

Men.ut, Flumen à fluo, Stamen à ſto, Tegmen à tego.

Cen,quæ eorum tantum eſt,quæ à cano ueniunt. ut,Cornicen,Tubicen.

Ar,cum conſonante uerbi.ut,Calcar à calco,Torcular à torqueo.

In hoc poſteriore Q,in C,conuerſum eſt propter affinitatem literæ.

Or,cum conſonante præſentis.ut,Amor ab amo, Dolor à doleo.

Tor,cum penultima proprii ſupini.ut Victor à uinco,Tonſor à tondeo,Quæſtor à quæror.

Sed in hoc poſtremo fit literæ conciſio:nam à quæſitu fit regulariter Quæſitor:quo uſus eſt Vergilius in ſexto dicens, Quæſitor Minos urnam mouet.

Vs,cũ cõſonante proprii ſupini.ut, Viſus à uideo, Cultus à colo,Nexus à necto,Raptus à rapio.

Trix,quæ fœmininorum eſt,ab his quę in tor deſinunt.ut,Victrix à uictor,Vltrix ab ultor,Genitrix à genitor.

Ex.ut,Lex à lego,Rex à rego.

Vx.ut,Lux à luceo, Dux à Duco. Huc pertinet Vox à uoco,& Arx ab arceo.

Eorum autem,quæ adiectiuè uſurpantur, terminationes ſunt:

Er,cum conſonante præſentis.ut,Piger à piget,Ruber à rubeo.

Lis

Lis,cum conſonāte ſupini.ut, flexilis à flecto,Seſſilis à ſedeo, Fiſsilis à findo. Vel cum conſonante præſentis.ut, Docilis à doceo, Futilis à futio, Vtilis ab utor.

Bilis.ut,amabilis ab amo, Stabilis à ſto, Conducibilis à conduco.

Hæc à ſecunda perſona præſentis indicatiui fiunt:ideoq; & uocalem eandem retinent.

Tius.ut, Commēdatitius à commendo, Surreptitius à ſurripio.

Fiunt hæc ferè à ſupinis,ſiue participijs,quorum conſonantem quoq; ſeruant:& paßionē quādam ſignificant.ut,ratio Fictitia ac Commentitia,quæ ficta,& ad tempus cōmenta eſt;& excogitata: Res Pigneratitia,aut Fœneratitia,quæ data eſt pignori,aut ad fœnus pertinet. Nam quædam ſunt huius formæ denominatiua,quæ materiam ſignificant:ut,Murus lateritius ac cæmentitius, hoc eſt, ex lateribus ac cæmento extructus. Tectum ſtramentitium, hoc eſt,è ſtraminibus confectum.

Dus præcedente i.ut, Feruidus à ferueo, Inuidus inuideo.

Bundus.ut, Moribundus à morior, Errabundus ab erro.

Hæc idem propriè ſignificant,quod participia frequentatiuorū: ut,Ludibundus,hoc eſt,luſitans,Populabūdus,hoc eſt,populitans.ſi eiuſmodi participia in uſu reperirentur.

Cundus.ut, Iracundus ab iraſcor, Verecundus à uereor,Rubicundus à rubeo.

Lus,cum conſonante pręſentis.ut,Bibulus à bibo, Credulus à credo.

Vus,una ſyllaba,præcedente i.ut Genitiuus à gigno,ſeu genitum,Datiuus à do,ſiue datum,Statiuus

à ſto

à ſto,ſiue ſtatum.

Formãtur autẽ hæc à ſupino,cuius conſonantem etiam retinent.

Ax, cum conſonante præſentis.ut, Dicax à dico, Loquax à loquor,Sternax à ſterno. Quo Vergilius in duodecimo uſus eſt.

Et ſternacis equi lapſum ceruice Timœtem.

Hæ ſunt ferè terminationes Denominatiuorũ atq; Verbaliũ: quibus fortaßis plures adiecerit aliquis:ſed cõmuniores tradidiſſe ſit ſatis:utpote ad quarum legem,ſi quæ ſunt aliæ,facile obſeruari apud uarios anthores poſſunt.

DE PRONOMINE.

PRONOMEN eſt pars orationis, quæ pro nomine poſita, tantũdem penè ſignificat, perſonasq; finitas recipit. Dictum eſt Pronomẽ, quia loco nominis ponitur: ſicut Proconſul, qui conſulis uice fungitur,appellatus eſt.Pronomine utimur neceſſario aut in demonſtranda,aut repetenda re.

Terentius: *Nempe ut curentur recte hæc.*

Ouid. Voluitur Ixion,*& ſe ſequiturq;,fugitq;. Ibi nõis repetitio & ingrata erat futura,& ambiguũ reddiťura ſermonẽ:ut ſi dicas,*Ixion,*ſequitur* Ixionẽ:*dubiũ erit de uno,an de duobus dixeris.*

Pronomina,de quibus nulla eſt apud Latinos dubitatio,ſunt qndecim.Ego,Tu,Sui,Ille,Iſte,Ipſe,Hic Is,Me⁹,Tuus,Su⁹,Noſter,Veſter,Noſtras,& ueſtras.

Pronomini accidunt ſex,Species, Genus, Numerus,Figura,Perſona,Caſus.

SPECIES Pronominum ſunt duæ,Primitiua: ut Ego.Deriuatiua:ut,Meus.

Pronomina Primitiua ſunt octo.Ego,Tu,Sui,Ille, Iſte

Iſte, Ipſe, Hic, & Is. Horum alia Demonſtratiua ſunt:alia Relatiua.

Pronomina Demonſtratiua ſunt quatuor. Ego, Tu,Iſte,& Hic.

Pronomina Relatiua ſunt tria.Sui,Ipſe,& Is.

Ille nunc Demonſtratiuum,nunc Relatiuum eſt: quod cæteris quoq; accidit,quoties locus exigit.

Pronomina Deriuatiua ſunt ſeptem.Meus,Tuus, Suus,Noſter, Veſter,Noſtras,& Veſtras:quę à trium Primitiuorum genitiuis figurantur:ut,Meus,à genitiuo Mei:Tuus,à genitiuo Tui:Suus,à genitiuo Sui: Noſter,& Noſtras,à genitiuo Noſtrum uel Noſtri: Veſter & Veſtras,à genitiuo Veſtrum uel Veſtri.

Pronomina Poſſeſsiua ſunt quinq;.Meus, Tuus, Suus,Noſter & Veſter.

Dicta ſunt Poſſeßiua,quia in his duæ intelligũtur perſonæ:poſſeſſoris,quam habent à primitiuis,unde naſcuntur.item poſſeßionis, quam habent à ſubſtantiuis,quibus adijciuntur.

Pronomina Gentilia, ſeu Patria ſunt duo: Noſtras,& Veſtras.

Dicta ſunt Gẽtilia,quia gentẽ patriãq;,item partes,et quaſi ſectas innuũt:ut,Sermo & cõſuetudo noſtras.item Idioma noſtrate, hoc eſt noſtræ gentis, ſeu nationis.Veſtrates philoſophi non ſunt ita populares & fauorabiles:ut,noſtrates, qui ab Epicuri ſchola prodierunt:hoc eſt ueſtræ & noſtræ ſectæ. Cicero:Putas'ne, unquam ut mihi uerba deeſſent.non iſta ueſtratia oratoria,ſed hæc etiam leuia noſtratia.

GENERA pronominũ ſunt quinq;.Maſculinũ, ut Meus.Fœmininũ,ut.Mea Neutrum,ut. Meũ.Cõmune:ut,hic & hæc Noſtras.Omne:ut,Ego,Tu,Sui.

Num

NVMERI pronominum ſunt duo. Singularis: ut, Ego. Pluralis. ut, nos.

FIGVRAE pronominum ſunt duæ. Simplex, ut, Is. Compoſita, ut Idem.

Cõponuntur pronomina cũ nominibus. ut, Huiuſmodi. Cum aduerbiis. ut, Eccum, Eccã, Eccos, Eccas, pro, ecce eũ, eam, eos, eas. Item Ellum, Ellã, Ellos, Ellas: pro, ecce illum, illam, illos, illas. Cum præpoſitionibus. ut, Mecum, Tecum, Secum, Nobiſcum, Vobiſcũ: ſicut Quocũ, pro cũ quo: & Quibuſcũ, pro cum quibus. Iſte & hic componuntur ſecum per eos tantũ caſus, qui deſinunt in c, præter datiuũ Huic. ut, Iſthic Iſthæc, Iſthoc, Iſthunc, Iſthanc.

Syllabicæ adiectiones cum pronominibus compoſitæ ſunt tres: Met, Ce, & Pte.

Met, adiungitur omnibus caſibus primæ perſonæ utriuſq; numeri, abſq; genitiuo plurali. ut, Egomet, Meimet, Mihimet, Noſmet, Nobiſmet. Secũdæ uerò perſonæ nominatiuo ſingulari non apponitur, ne Tumet à Tumeo putetur: ſed Tute, aut Tutemet dicimus.

Met, & Te, adijciuntur pronominibus diſcretionis, aut differentiæ cauſa: ut Egomet *feci, hoc eſt egoipſe, nõ alius:* Tute *dixiſti, hoc eſt tupſe per te, non per alium.*

Ce, adiungitur pronominibus articularibus, per omnes caſus apud uetuſtiſsimos. ut Hicce, Hæcce: qui etiam Iſtucce & Illucce dicebant.

Terent. Nanq; hocce tempus præcauere mihi me, haud te ulciſci ſinit. Vnde fiunt compoſita Hiccine, Hæccine, Hoccine, Iſtuccine, Illuccine. *Item* Huccine *&* Siccine, *ab* Hucce *&* Sicce *antiquiſſimis aduerbijs.*

Apud

Apud neotericos uerò per eos tantum caſus, qui deſinunt in, s. ut, Huiuſce, Hiſce, Hoſce, ſic Iſtiuſce, Illiuſce.&c.

Iice, nominatiuũ pluralẽ ueteres quoq; uſurparũt. *Terent.* Iice *hoc munere arbitrantur ſuam* Thaidem *eſſe.*

Pte, adiungitur quinque ablatiuis pronominum poſſeſsiuorum. ut, Meapte, Tuapte, Suapte, Noſtrapte, Veſtrapte.

De compoſitis à Quis, & Qui.

Quæ ideo à nonnullis Pronomina putantur, quia flectuntur ad quorundam pronominum declinationem.

Quis, uel Qui, habet in nominatiuo ſingulari generis fœminini, itẽ in nominatiuo & accuſatiuo plurali neutri Quæ uel Qua: ſed Qua ſolum habet propter quædam ex eo compoſita: nam extra compoſitionem Qua in prædictis caſibus apud ſcriptores non inuenitur.

Qui, Quæ, quod à pronomine diſtat, quòd nullam in ſe certam perſonæ differẽtiam includat, quod proprium (ut Ariſtarcho placet) pronominis eſt: ſed omnibus coniungi promiſcuè poßit: unde & Infinitum pronomẽ à ueteribus appellatum eſt, quòd & quorundam pronominum declinationem imitetur.

Quis in compoſitione his adiicitur particulis. En, Si, Num, Ne, & Alius. ut, Enquis, Siquis, Nunquis, Nequis, & Aliquis. atque hæc Qua, non Quæ, in declinatione retinent.

Quis in compoſitione his præponitur particulis. Que, Quam, Nam, Piam, & Putas. ut, Quiſq;, Quiſquàm, Quiſnam, Quiſpiam, & Quiſputas. atque hæc Quæ, non Qua in declinatione retinent.

Quis etiam componitur ſecũ,& fit Quiſquis, pro quicunque:quod uix habet in uſu alios caſus, quàm Quiſquis & Quicquid,à Quoquo & à Quaqua.

Vnuſquiſque toto deficit plurali.

Qui præponitur his in compoſitione particulis. Dam,Vis,Libet,&Cumq;.ut,Quidam,Quiuis,Quilibet,& Quicunq;.atq; hæ Quæ,non Qua,in declinatione retinent.

PERSONAE pronominum ſunt tres. Prima, ut ego.Secunda,ut tu. Tertia,ut ille.

Prima perſona eſt,quæ rem tantum ut loquentem,indicat.

Secunda eſt,quæ rem ſignificat, ad quam ſermo dirigitur.

Qua ratione efficitur,ut omnis uocatiuus ſecundæ ſit perſonæ: quum quicquid uocamus,id omnino alloquamur.

Tertia eſt,quæ aliquid ſignificat,ut de quo ſermo habetur.

Sub hac comprehenduntur omnia nomina,pronomina & participia,præter Ego,Tu,*& uocatiuos.*

CASVS pronominũ ſunt ſex.Nominatiuus,Genitiuus,Datiuus,Accuſatiuus,Vocatiuus,& Ablatiuꝰ.

Pronomina uocatiuũ habentia ſunt quatuor. Tu, Meus,Noſter,& Noſtras.Reliqua omnia ideo uocatiuis deficiunt: quoniã ad ea nũquam ſermo dirigitur.

Quædam tamen ex his uocatiuũ admittere interdum uidentur.
Ouidius: Ipſe meas æther accipe,ſume preces.
Tibullus: Idem(ſi fas eſt)mos precor ille redi.

DECLINATIONES pronominum ſunt quatuor.Prima,Secunda,Tertia,& Quarta.

Prima

Prima eſt, cuius genitiu[9] ſingularis in i, uel in is & datiuus in i, deſinit: ut, Ego, mei, uel mis, mihi. Sed Mis, & Tis, apud uetuſtiſsimos dũtaxat reperiuntur.

Plautus: Da diem hunc ſoſpitem rebus mis agendis.

Idem: Quia tis egeat, & quia te careat.

Primæ declinationis pronomina ſunt tria: Ego, Tu, & Sui. OBSERVATIO.

Nominatiuus primæ perſonæ diſſonus eſt à genitiuo ſuo: nã Egonis à nominatiuo Egon (quod proprium eſt) dicimus: ab Ego autem, Mei uel Mis.

APPENDIX.

Sui nominatiuo caret: quia neceſſe erat cum Græcis dicere Hi, qui nominatiuus pluralis eſt alterius pronominis: aut Latinè Si, aſpiratione in, s, conuerſa.

Nam pro eo, quod Græci dicunt Hex, Latini Sex pronuntiant, accentum aſpiratum in, s, commutantes.

APPENDIX.

Sui non habet in genitiuo Sis, ut Ego Mis, & Tu, Tis: ne putetur eſſe uerbum ſecundæ perſonæ.

SECVNDA eſt, cuius genitiuus ſingularis in us, & datiuus in i, deſinit. ut Ille illa illud, Illius, Illi.

Secundæ declinationis Pronomina ſunt quinque. Ille, Iſte, Ipſe, Hic, & Is.

Hic nõ habet in datiuo Hui, ſine c. ut, Is ei: ne Hui ridendi putetur interiectio.

Ipſe non habet in neutro genere Ipſud, ſicut Ille illud: quoniã apud antiquos declinabatur Ipſus ipſa ipſum: mutata eſt prima uox, & remanſit tertia.

Plautus: Ipſus illic ſeſe iam impediuit in plagas.

Terentius: Sed eſt ne hic ipſus, de quo agebam?

TERTIA eſt, cuius genitiuus ſingularis in, e,

i & in

& in i,& datiuus in,e,& in,o, deſinit.ut, Meus, mea, meum,Mei,meæ,mei:Meo,meæ,meo.

Tertiæ declinationis pronomina ſunt quinq;.Meus,Tuus,Suus, Noſter & Veſter.

QVARTA eſt,cuius genitiuus ſingularis in is, & datiuus in, i, deſinit. ut, Noſtras, huius noſtratis, huic noſtrati.

Pronomina quartæ declinationis ſunt duo.Noſtras,& Veſtras.

Declinatio Pronominum.

*Sing.*Nominatiuo Ego,*Genitiuo* Mei,*uel* Mis.*Datiuo* Mihi,*Accuſatiuo* Me.*Ablatiuo à* Me. *Plur.Nominatiuo* Nos.*Genitiuo* Noſtrũ *uel* Noſtri,*Datiuo* Nobis,*Accuſatiuo* Nos,*Ablatiuo à* Nobis.

Sing.Tu, Tui uel Tis, Tibi, Te ô Tu, à Te. Plur.Vos, Veſtrum uel Veſtri,Vobis,Vos,ô Vos,à Vobis.

Sing.Genitiuo Sui, Datiuo Sibi, Accuſatiuo Se, Ablatiuo à Se. Plur.ſimiliter.

Singulariter Ille,illa,illud,Illius,Illi,Illum, illam,illud: ab Illo, illa,illo. Pluraliter,Illi,illæ,illa; Illorum, illarum,illorum: Illis: Illos,illas,illa:ab Illis.

Sing.Iſte,iſta,iſtud: Iſtius: Iſti: Iſtum,iſtam,iſtud:ab Iſto,iſta, iſto. Pluraliter,Iſti,iſtæ,iſta:Iſtorum, iſtarum,iſtorum: Iſtis: Iſtos,iſtas,iſta:ab Iſtis.

Sing.Ipſe,ipſa,ipſum:Ipſius:Ipſi:Ipſum,ipſam,ipſum; ab Ipſo, ipſa,ipſo. Pluraliter,Ipſi,ipſæ,ipſa:Ipſorum, ipſarum,ipſorum: Ipſis:Ipſos,ipſas,ipſa:ab Ipſis.

Sing.Hic,hæc,hoc:Huius; Huic, Hunc,hanc hoc:ab Hoc ab hac ab hoc. Plur.Hi,hæ,hæc:Horum,harum,horum; His,Hos,has, hæc,ab His.

Sing.Is,ea,id:Eius,Ei,Eum,eam,id:ab Eo,ab ea,ab eo. Plur. Ii,eæ,ea:Eorum,earũ,eorũ:Eis,uel Iis:Eos,eas,ea:ab Eis uel Iis.

Sing.Idem,eadem,idem,Eiuſdem:Eidem: Eundem,eandem, idẽ: ab Eodem,eadem,eodem. Plur.Iidem,eædem,eadem:Eorundem,

earund

earundem,eorundem: Eiſdem,uel iiſdem: Eoſdem, eaſdem,eadem: ab Eiſdem,uel iiſdem.

Sing. Quis uel qui,quæ uel qua,quod uel quid: Cuius: Cui, Quē, quam,quod uel quid: à Quo uel à qui: à qua uel à qui, à quo uel à qui. Plur. Qui,quæ, quæ uel qua: Quorum,quarum, quorum: Queis uel quibus: Quos,quas,quæ uel qua: à Queis,uel à quibus.

Sing. Aliquis,aliqua aliquod,uel aliquid: Alicuius, Alicui: Aliquem,aliquā,aliquod uel aliquid: ab Aliquo,aliqua,aliqua. Plur. Aliqui,aliquæ,aliqua: Aliquorum, aliquarum,aliquorum: Aliquibus: Aliquos,aliquas,aliqua: ab Aliquibus.

Sing. Quiſnā,quænam,quodnā,uel quidnam: Cuiuſnam, Cuinā, Quēnam, quānam,quodnā uel quidnam: à Quonam, quanā,quonam. Plur. Quinā,quænā,quænā: Quorunnam,quarunnā, quorūnam: Quibuſnam: Quoſnam,quaſnam,quænam: à Quibuſnam.

Sing. Quidam,quædam,quoddam uel quiddam: Cuiuſdā, Cuidā: Quendam,quandam,quoddam uel quiddam: à Quodā,quadā,quodam. Plur. Quidam,quædam,quædam: Quorundam,quarundā. quorundam: Quibuſdā: Quoſdam,quaſdam,quædā: à Quibuſdam.

Sing. Meus,mea meum: Mei,meæ,mei: Meo,meæ,meo: Meum, meam,meum: ò mi,mea,meum: à Meo,mea,meo. Plur. Mei,meæ, mea: Meorum,mearum,meorum: Meis, Meos,meas,mea: ò Mei, meæ,mea: à Meis.

Sing. Tuus,tua, tuum: Tui,tuæ,tui: Tuo,tuæ,tuo: Tuum,tuam, tuum: à Tuo,tuo,tuo. Plur. Tui,tuæ,tua: Tuorum,tuarum, tuorum: Tuis, Tuos,tuas: tua: à Tuis.

Sing. Suus, ſua,ſuum: Sui,ſuæ,ſui: Suo,ſuæ,ſuo: Suum, ſuam,ſuū: à Suo ſua,ſuo. Plur. Sui, ſuæ, ſua: Suorum,ſuarum,ſuorum: Suis, Suos,ſuas,ſua: à Suis.

Sing. Noſter,noſtra,noſtrum: Noſtri,noſtræ,noſtri: Noſtro,noſtræ,noſtro: Noſtrum,noſtram,noſtrum: ò Noſter, noſtra,noſtrū: à Noſtro,noſtra noſtro. Plur. Noſtri,noſtræ,noſtra: Noſtrorū, noſtrarum,noſtrorum: Noſtris, Noſtros,noſtras,noſtra: ò Noſtri, noſtræ noſtra: à Noſtris.

Sing.Veſter,ueſtra,ueſtrum: Veſtri,ueſtræ,ueſtri: Veſtro, ueſtræ,ueſtro:Veſtrum,ueſtram,ueſtrum : à Veſtro,ueſtra, ueſtro.

Plur.Veſtri,ueſtræ,ueſtra: Veſtrorum,ueſtrarum, ueſtrorum: Veſtris:Veſtros,ueſtras,ueſtra: à Veſtris.

Sing.Hic & hæc Noſtras,& hoc noſtrate:huius Noſtratis:huic Noſtrati: hunc & hanc Noſtratem,& hoc noſtrate:ô Noſtras,& ô noſtrate : ab hoc, & ab hac, & ab hoc Noſtrate , uel noſtrati.

Plur.Hi,& hæ Noſtrates, & hæc noſtratia:horum & harum & horum Noſtratium:his Noſtratibus:hos & has Noſtrates, & hæc noſtratia:ô Noſtrates,& ô noſtratia:ab his Noſtratibus.

Sing.Hic & hæc Veſtras, & hoc ueſtrate : huius Veſtratis: huic Veſtrati:hunc & hanc Veſtratẽ,& hoc ueſtrate : ab hoc,& ab hac,& ab hoc Veſtrate,uel ueſtrati. Plur.Hi & hæ Veſtrates,& hæc ueſtratia:horũ,& harũ,& horũ Veſtratiũ:his Veſtratibus:hos & has Veſtrates,& hæc ueſtratia:ab his Veſtratibus.

LIBER QVARTVS.

DE VERBO.

VERBVM eſt pars orationis cũ tempore & perſona,ſine caſu,aut agere aliquid,aut pati,aut neutrum ſignificans. Dictum eſt Verbũ à uerberatu aëris, quia proferendo uerbum (quo frequentius , quàm aliis partibus , utimur in ſermone) aër uerberatur.

Obſeruanda eſt Nominis & Verbi differentia. Nomen continet rerum nomenclaturam: Verbum aut actionem, aut paßionem cum diſcriminibus temporum & perſonarum:ut Verberare,actio eſt: Verberari,paßio. Neutra,alia ſignificant Actionem , ut bibo, aro:alia Paßionem, ut caleo , frigeo. Quanquam neutrum proprie

prië eſt in nullum negocium nec agendi, uel patiendi: cuiuſmodi eſt Sum, & præter hoc nullum aliud.

Verbum duplex eſt, Perſonale & Imperſonale.

Verbum Perſonale eſt, quod habet perſonas in utroq; numero diſtinctas. ut, Singulariter Lego, legis, legit. Pluraliter, Legimus, legitis, legunt. Singulariter Legor, legeris, uel legere, legitur. Plurali. Legimur, legimini, leguntur.

Verbum Imperſonale eſt, quod non habet perſonas in utroq; numero diſtinctas. ut, Pœnitet, Tædet, Viuitur, Statur.

Verbo accidunt octo. Species, Modus, Tempus, Genus, Numerus, Figura, Perſona, Coniugatio.

SPECIES uerborum ſunt duæ. Primitiua, ut Lego, Deriuatiua, ut Lectito.

Deriuatiuorum uerborum ſpecies ſunt quinque. Inchoatiua, ut uiſo. Meditatiua, ut Ferueſco: Frequētatiua, ut clamito. Deſyderatiua, ut eſurio. Diminutiua, ut cantillo.

Verbum Inchoatiuum eſt, quod in ſo, deſinens, initium actus uel paſsionis ſignificat. Vt, Viſo, Faceſſo, Acceſſo, Capeſſo, Laceſſo: Hoc eſt, eo ad uidendum, faciendum, uocandum, capiendum, lacerandum.

APPENDIX.

Inchoatiua non habent certam formam, fiuntq; à paucis uerbis. ut, ab Accio Acceſſo: à Video Viſo: & ſunt omnia tertiæ coniugationis.

Meditatiuum.

Verbum Meditatiuum eſt, quod in ſco, deſinens,

meditationem ſignificat.ut,Caleſco, hoc eſt,meditor & exerceor ut caleam.

*Nam meditari et cogitare ſignificat,quaſi medio animo aliquid uerſare,& exercere.Vergil.Agreſtem tenui meditabor arundine muſam.*Hoc *eſt,exercebo.*

Meditatiuorum formæ.

Meditatiua formantur à ſecunda perſona præſentis indicatiui,addita co.ut, Labo labas, Labaſco: Tepeo tepes, Tepeſco: Concupio concupis, Concupiſco:Edormio edormis,Edormiſco: & ſunt omnia tertiæ coniugationis.

Sed ab Hio hias fit Hiſco,non Hiaſco.

Vergilius:-Vix pauca furenti
Subijcio:& raris turbatus uocibus hiſco.

Hinc cōponitur Fathiſco,*quaſi affatim hiſco,hoc eſt ualde aperior.ſed* Fatiſco *ſine aſpiratione idē ſonat,quod fatigor ſeu deficio. Statius: Brachia iam pridem Cyclopum operoſa fatiſcunt.* Hoc *eſt fatigata deficiunt.*

OBSERVATIO I.

Meditatiua idem habent præteritū, quod ſua primitiua. ut, Macreo macrui, macreſco macrui: Pingueo pingui,pingueſco pingui.

Sed differunt:nam primitiua ſignificant macer fui, pinguis fui: deriuatiua uerò macer factus ſum, pinguis factus ſum. Etenim ſi cuipiam ita dixeris, Hui *tam citò macruiſti?non erit à macreo,ſed à macreſco præteritum: quia non macer fuiſti,ſed macer factus es interpretabitur.*

OBSERVATIO II.

Primitiua quædam inueniuntur meditatiuorum formam habentia. ut, Creſco,Paſco, Compeſco, Diſco,Poſco.

Quæ

Quæ à nominibus deducuntur. ut, Dumeſco, Herbeſco, Vaneſco, Puraſco, Iuueneſco, Seneſco, & ſi qua ſunt alia: neque enim à uerbis fiunt: ſed à nominibus dumus, herba, uanus, iuuenis, ſenex, & puer.

Frequentatiuum.

Verbum Frequentatiuũ eſt, quod in to, uel in ſo, uel in xo, deſinẽs frequentiam actus aut paſsionis ſignificat. ut, Domito, Pulſo, Nexo.

Frequentatiuorum formæ.

Frequentatiua formãtur à poſteriore ſupino u, in o, conuerſa. ut, Raptum raptu, Rapto: Merſum merſu Merſo: Flexum flexu, Flexo. & ſunt omnia primæ coniugationis.

Quærito tamẽ, differentię cauſa, fit à Quæro: item à Sequor Sector: ne nomen putetur Secutor. Notentur à Paueo Pauito, à Fluo Fluito, à Noſco Noſcito, à Fundo fundis, Fũdito: à Scio Scitor, & Sciſcitor.

Sciſcitor uſitatius eſt, legimus tamen apud Vergilium Scitatum pro ſciſcitatum: ait enim Aeneidos ſecundo:

– Scitatum oracula Phœbi Mittimus.

Sed à uerbis primæ coniugationis, habentibus a, in penultima ſupini, a, in, i, & o, conuerſa in u, fiũt frequentatiua. ut, Imperatum imperatu, Imperito, Rogatum rogatu, Rogito: Volatum uolatu, Volito: Clamatum, Clamatu, Clamito. Sed Nato Natas, ſupini natu, uocalem ſeruat.

A uerbis autem tertiæ coniugationis, pręteritum in gi, habentibus, fiunt frequentatiua ex ſecũda perſona præſentis indicatiui ablata s, & adiecta to. ut, Ago agis, egi, Agito: Cogo cogis, Cogito.

A lego tamen non Legito,ſed Lectito lectitas dicimus.

OBSERVATIO.

Inueniuntur à frequentatiuis aliquoties frequentatiua.ut,Pulto à pulſo,quod à Pello deriuatur.item Dictito à dicto, quod à Dico deducitur.

Sed differunt Dicto & Dictito, nam Dictitare non niſi frequenter dicere eſt:Dictare uerò eſt,ſuggerere,& ſubminiſtrare: ut apud Plinium in epiſtolis:O ſylua,ô littus,quàm multa componitis,quàm multa dictatis. Vel eſt dicere,quod alter ſcribendo excipiat. Plinius de Iulio Cæſare: Epiſtolas uerò tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare,aut ſi nihil aliud ageret,ſeptenas ſolitum accepimus.

Deſideratiuum.

Verbum Deſideratiuum eſt, quod in rio, deſinens animi ſignificat affectum.ut, Eſurio, Parturio, Cœnaturio.

Deſideratiuorum formæ.

Deſideratiua formantur à ſupino in u, aſſumendo rio.ut,Nuptum nuptu,Nupturio.Emptũ emptu, Empturio.& ſunt omnia quartæ coniugationis.

Diminutiuum.

Diminutiuum uerbum eſt, quod in lo,deſinens, diminutionem ſignificat. ut,à Sorbeo ſorbillo, Canto cantillo.

Diminutiua non habent certam formam, ſuntq; in uſu à pauciſsimis uerbis.ut à Caluor cauillor,pro caluillor,& ſunt primæ coniugationis.

OBSERVATIO.

Aliæ quoq; ſunt uerborum deriuationes,nõdum ſpeciale nomen habentes.ut,ab Albo albas Albico,à Vello

Vello uellico, à Nutrio nutrico, à Fodio fodico, à Tãgo taxo, à Veho ueho.

Videntur & illa Inuitatiua, Patriſſo, Græciſſo, quæ apud Græcos in zo, deſinunt. ut, Platonizo: qua terminatione Latini nõ admodũ delectati, pro Græcizo maluerunt dicere Græcor, ſeu (quod uſitatius eſt) Pergræcor. ſicut Poëtor, Philoſophor, Bacchor: item Cornicor & Vulpinor, à cornice, & uulpe.

Cæterùm in uerborum ſpeciebus non licet nobis parere noua: neq; enim ex Amatu amito, ex Doctu docto liceat fingere.

Erant autem hæ ſpecies in uerbis indicandæ. ut, propagationem uerborũ obſeruarent pueri, & diſcrimina ſignificationum, ſi quãdo ab eodem primitiuo plura naſcuntur deriuatiua. ut, Eſito & Eſurio ab Edo, Candico, & Candido candidas, à Candeo.

MODI uerborũ ſunt quinq;. Indicatius, ut lego. Imperatiuus, ut lege. Optatiuus, ut utinam legerem. Coniunctiuus, ut quum legam. Infinitiuus. ut, legere.

Modi uariam in actione uoluntatẽ tradunt: unde Indicatiuus eſt quo indicamus, quid à nobis uel ab alijs agatur. Vergil. Nos patriam fugimus. Imperatiuus, quo imperamus alijs, ut aliquid agãt. Idem: Nudus ara: ſere nudus. Optatiuus, qui ad ſententiã abſoluendam eget aduerbio optandi. Terent. Vtinam iſtuc uerbum ex animo diceres. Coniũctiuus, qui ſubijcitur alteri orationi, ut per ſeſe abſoluat ſentẽtiam. Ouid. Si nihil attuleris, ibis Homere foras. Infinitiuus, qui additur alijs modis, unde numerum & perſonam mutuatur. Terentius: Te ſaluum aduenisſe, gaudeo.

Nonnulli plures modos addunt, ſed quos nulla ratio admittit: nam quem uocant Potentialem, per coniunctiuum authores explicant. Vergilius de Iulio Cæſare loquens: Nam te nec ſperent tartara regem. Sperent dixit, pro ſperare poßint.

TEMPORA uerborum ſunt quinq;. Præſens, ut lego. Præteritum imperfectum, ut legebam. Præteritum perfectum, ut legi. Præteritũ pluſquãperfectum

ctum,ut legeram. Futurum,ut legam.

Tempus accidit uerbo,ad diuerſi aſtus ſignificationem accommodatum. Diuiditur à Grammaticis in tres differentias: Præteritũ, Præſens, & Futurum. Præteritum eſt,quod actionem præteriiſſe ſignificat. Huius triplex eſt ratio: nam aliud Imperfectum dicitur, quo continuatio præteriti alicuius,non tamen perfectio ſignificatur. Vergilius: Hic templũ Iunoni ingens Sidonia Dido Condebat. Erat enim adhuc in opere. Aliud Perfectũ,quod preteritã abſolutãq; ſignificat actionẽ. Aliud Pluſquã perfectũ,quod actionẽ multo ante præteriiſſe oſtẽdit. Præſens,quod & Inſtãs dicitur, eò quod uix ſtare poteſt, Grammatici appellant,quãdiu in actione ſumus. Futurũ eſt,quod rem in poſterum gerendam denotat.

APPENDIX.

Indicatiuus habet quinq; tempora ſeparata, Præſens, Præteritum imperfectum, Perfectum, Pluſquãperfectum & futurum.

Imperatiuus habet duo tẽpora ſeparata: Præſens, ut,lege. Futurum, ut, Legito.

Optatiuus habet quinq; tempora: Pręſens & Pręteritũ imperfectũ ſimul:ut,utinã Legerem. Pręteritũ perfectũ & pluſquãperfectum ſimul:ut,utinã Legiſſem. Futurum per ſe:ut,utinam Legam.

Coniunctiuus habet quinq; tẽpora ſeparata: Præſens:ut,quũ Legam. Præteritũ imperfectum: ut, quũ Legerem. Perfectũ:ut,quũ Legerim. Pluſquamperfectum:ut,quum Legiſſem. Futurũ:ut,quum Legam.

Infinitiuus habet quinq; tẽpora: Præſens & Pręteritum imperfectũ ſimul:ut,Legere. Præteritũ perfectum & Pluſquamperfectum ſimul:ut,Legiſſe. Futurum per ſe:ut,Lectum ire,uel Lecturum eſſe.

GENERA uerborum ſunt quinq;. Actiuum: ut lego

ut,lego. Paſsiuum,ut,legor. Neutrũ,ut,curro. Deponens:ut,loquor. Commune:ut,criminor.

Actiuũ eſt,quod in o,deſinens,poteſt facere trãſitionem ad accuſatiuũ perſonę.ut Herus uerberat me.

Paſsiuum eſt,quod in or,deſinens,uenit ab actiuo aſſumendo r.ut, Verberor ab Hero.

Neutrum eſt,quod in o,deſinens,non poteſt facere tranſitionem ad accuſatiuum perſonæ. Non enim rectè dixeris, Sedeo amicum in medio diſcumbentium,ſed Colloco.

Deponens eſt,quod in or, deſinens, deponit actiuam uel paſsiuam ſignificationem:ut,Precor Deum, Patior iniuriam.

Commune eſt,quod in or,deſinens,habet actiuam & paſsiuam ſignificationem:ut,Oſculor matrem:mater oſculatur à me.

Cæterum Genera uerborum nihil aliud ſunt quàm ſignificationes:inde enim cognoſci poteſt,ſit'ne in uerbis actio an paßio. Ad hæc quia tam Actiuum quàm Neutrum uerbum in o, deſinit, quemadmodum Paßiuum Deponens,& Commune in or:hæc ita inter ſe dignoſci poterunt. Actiuũ aſſumpta r,trãnſit in paßiuum, ut dictum eſt:quod neutrò nũquam accidit,ſaltem in prima & ſecunda perſona: nam quæ accuſatiuum poſt ſe admittunt,paßiua quoq; in tertia perſona reperiuntur.

Plinius: Malè ara tur aruum,quod ſatis frugibus occandum eſt.

Iuuenalis: – Nulla aconita bibuntur Fictilibus. Porro paßiuum ablata r,in actiuum redit:ut,Doceor doceo. Audior audio. Deponens & commune nunquã r,amittunt,neq; enim luctο & crimino Latine dicĩtur. Sed deponens in hoc à communi diſcernitur,quòd actionem tantum,aut paßionem ſignificat:Commune utranq; habet ſignificationem:ut ante dicta docent exempla.

NVMERI uerborum ſunt duo: Singularis.ut, lego. Pluralis,ut legimus.

FIGVRAE uerborum ſunt tres. Simplex,ut cio. Compoſita,ut accio, recurro. Decompoſita, ut accerſo.

Hic obſeruandæ ſunt literarum mutationes.ut, Afficio,ex ad et facio: Cogo,quaſi coago: Concutio,ex con,& quatio: Succuſſo,ex ſub,& quaſſo: Porrigo,ex porro & rego. Ambio,ex am,& eo,b, interpoſita: Redeo,ex re,& eo,d interiecta. Cæterũ uerba quædam ſunt ex inuſitatis cõpoſita.ut,ex Fendo,defendo & offendo: ex Specio,aſpicio,deſpicio,& alia cõplura: à uerbo Perior,experior: à Leo,deleo. Vidẽtur & à Græcis quædã compoſita.ut,Suffragor,à phrazomæ,hoc eſt delibero: & Percello à kello,hoc eſt mo ueo: Impello. Item Impleo,Suppleo,& reliqua à ploo,idem ſignificante apud Græcos,quod apud nos repleo,compleo.

APPENDIX.

Componuntur uerba cum ominibus,ut Amplifico: cum aduerbiis, ut Maledico: cum præpoſitionibus, ut Adduco: cum altero uerbo,ut Calefacio.

Inueniuntur etiam ex tribus partibus compoſita. ut,Perterrefacio.

Et ſi compoſita ferè imitantur genus & coniugationem ſimplicium.ut,Capio cepi,Concipio cõcepi.quædam tamen degenerant. ut,à Do compoſita cum monoſyllabis in tertiã coniugationem migrant. Item à Sternere,Conſternari: à Spernere,Aſpernari: à Specio,Suſpicari: Conſpicari,& Deſpicari,à Facio,Gratificari: à Verto,Reuertor,& Diuertor deponentia.

PERSONAE uerborum ſunt tres. Prima,ut lego. Secunda,ut legis. Tertia,ut legit.

Imperatiuus modus non habet primam perſonam in ſingulari: quia naturaliter imperans ab eo cui imperat,diuiditur. Quũ enim prima

*prima perſona ſit quæ imperat:ipſa ſibi imperare non poteſt,niſi alijs imperans,ſe quoq; inmiſceat.*Hinc *eſt,quòd in plurali numero imperatiuus primam habet perſonam.*

Vergilius: Moriamur,& in media arma ruamus.

CONIVGATIONES uerborum ſunt quatuor.Prima,Secunda,tertia,& Quarta.

Prima eſt,quæ in ſecunda ſingulari perſona præſentis indicatiui habet as,longam,ut Amo amas:uel aris,penultima longa,ut Amor amaris.

Secunda eſt,quæ in ſecũda ſingulari perſona præſentis indicatiui habet es,longã,ut Doceo doces: uel eris,penultima longa,ut doceor doceris.

Tertia eſt,quæ in ſecunda ſingulari perſona præſentis indicatiui habet is,breuem,ut Lego legis: uel eris,penultima breui,ut Legor legeris.

Quarta eſt,quæ in ſecunda ſingulari perſona præſentis indicatiui habet is, longam,ut Audio audis: uel iris,penultima longa,ut Audior audiris.

Dictæ ſunt cõiugationes,quòd una eadẽq; ratione declinatiõis plurima uerba cõiungantur,hoc eſt ſub idem iugum inflectantur.

De Præteritis uerborum Primæ Coniugationis.

OMNIA uerba primæ cõiugationis à ſecunda ſingulari perſona præſentis indicatiui abiicta s,& addita ui,ſyllaba,faciunt præteritum.ut,Amo,amas,amaui:Curo, cũras,curaui:Seruo,ſeruas,ſeruaui.

Sed Domui, Crepui, Fricui,Secui,Sonui, Tonui, Vetui,Cubui,Plicui, Nexui,& Micui excipiuntur.

Neco & Dimico tam in aui,quàm in ui,ſyllabas præteritum enuntiant.

Suetonius: *Hoſtes fame necauit.*

Ennius: *Hos peſtis necuit,pars occidit illa duellis.*

Suet. *Ne ancipiti quidē unquā fortuna,præterquā bis dimicauit.*

Ouidius: *Hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis.*

APPENDIX.

Plico cum nomine compoſitum,in aui, præteritum effert.ut, Duplico,duplicaui: Multiplico, multiplicaui.

Cum præpoſitione uerò in uī,ſyllabas,rarò in aui. ut explico,explicui,& explicaui: Applico,applicui, & applicaui.

Pacuuius: *Quæ te explicauiſti tam ærumnis obruta.*

Cicero: *Quod in itinere tam familiariter ſe applicauerit.*

APPENDIX.

Notentur Iuui,Laui,Steti,& Dedi,cum tribus cōpoſitis primæ coniugationis.ut Circundo,circundas, circundedi: Venundo,uenundas,uenundedi: Peſſundo,peſſundas,peſſundedi.

APPENDIX.

A ſto,compoſita e,præteriti mutant in i,ut,Conſto,conſtiti: Aſto,aſtiti:Reſto,reſtiti.

De Præteritis ſecundæ Coniugationis.

OMNIA uerba ſecundæ coniugationis quacunq; antecedente conſonante,eo in uī ſyllabas conuerſa faciunt præteritum. ut,Habeo,habui: Arceo , arcui:Langueo langui. Doleo,dolui: Timeo,timui: Teneo,tenui: Te-

peo

peo tepui, Liqueo licui. Pareo parui, Cenſeo cenſui, Pateo patui.

Sed Iuſsi, Mulſi, Hæſi, Luxi, Neui, Torſi, & Manſi excipiuntur: Quæ præterita ſunt à iubeo, mulceo, hæreo, luceo, neo, torqueo, & maneo.

APPENDIX.

Sorbeo ſorbui, & ſorpſi, habet in præterito. *Cicero: Sanguinem ciuilem exhauſit, uel potius exorbuit. Lucanus: Abſorpſit penitus rupes, & tecta ferarum.*

APPENDIX.

A maneo compoſita, quæ mutant a, in i, præteritum in uï, ſyllabas enuntiant. ut, Immineo imminui. Emineo eminui.

In Deo.

In deo, eo in uï, ſyllabas conuerſa, faciunt præteritum. ut, Madeo madui, Candeo candui, Studeo ſtudui. Excipiuntur prandeo Prandi, & pranſus ſum.

APPENDIX.

In deo, quædam præteritum geminant. ut, Mordeo momordi, Pendeo pependi, Spondeo ſpopondi, Tondeo totondi.

OBSERVATIO.

Verba præteritum geminantia, cuiuſcunq; coniugationis, in compoſitione non geminantur. ut, Præmordeo præmordi, Impendeo impendi, Reſpondeo reſpondi, Detondeo detondi, Impello impuli, Decido decidi, Contendo contendi, Refello refelli, Contundo contudi.

Excipiuntur, quæ à Do, Sto, Diſco, & Poſco componuntur. ut, Reddo reddidi. Subſto ſubſtiti. Dediſco dedidici. Repoſco repopoſci.

Præcucurri etiam, & Repupugi dixerunt antiquiſsimi.

Plaut. Præcucurri, ut nuntiarē nuntium exoptabilem. Caper apud Priſcianum: Quum ei, qui nos pupugit, talionem, hoc eſt, uicem à nobis redditam oſtendimus, repupugi dicimus.

APPENDIX.

In deo, uocali longa, uel ar, antecedente, deo, in ſi, conuerſa, faciunt præteritum. ut, Rideo riſi, Suadeo ſuaſi, Ardeo arſi.

Excipitur, Strideo ſtridi.

APPENDIX.

In deo, c, uel i, correpta antecedente, eo, in i, conuerſa, faciunt præteritum. ut, Sedeo ſedi, Video uidi.

APPENDIX.

In deo, diphthongo antecedente, præteritum habent paſsiuę declinationis. ut, Audeo auſus ſum, Gaudeo gauiſus ſum.

In geo.

In geo, eo, in ui, ſyllabas conuerſa, faciunt præteritum. ut, Egeo egui, Rigeo rigui.

APPENDIX.

In geo, l, uel r, antecedente: geo, in ſi, conuerſa, faciunt præteritum. ut, Indulgeo indulſi, Vrgeo urſi.

Mulgeo tamen mulxi habet differentiæ cauſa: quia Mulceo mulſi facit.

APPENDIX.

In geo, uocali longa, uel diphthongo antecedente, geo, in xi, mutant in præterito. ut, Frigeo frixi, Lugeo luxi, Augeo auxi.

In eo.

In eo,i,antecedente,o in ui, ſyllabam conuerſa,faciunt præteritum.ut,Vieo,uieui.Præter Cieo,ciui.

In leo.

In leo,eo,in ui,ſyllabas conuerſa, faciunt præteritum.ut,Doleo dolui,Palleo pallui,Oleo olui.

PræterD eleo deleui,& Soleo ſolitus ſum.

*Salluſtius tamen in bello Iugurthino dixit:*Neq; *ſubſidijs uti ſoluerat.*Pro *ſolitus fuerat.*

APPENDIX.

Quædam ab oleo compoſita,o,in ui,ſyllabam mutant in præterito.ut,Exoleo, exoleui:Inoleo,inoleui: Aboleo,aboleui:Obſoleo,obſoleui.

Alia ſimplicis regulam ſeruant. ut, Oboleo, obolui: Redoleo, redolui : Suboleo ſubolui. Præter Adoleo,quod adolui,& adoleui facit.

Varro apud Priſcianum: Poſtquam adoluerit hæc iuuentus. Vergilius: Mox cum matura adoleuerit ætas.

APPENDIX.

In leo, alia antecedente conſonante,o, in ui, ſyllabam conuerſa,faciunt præteritum.ut,Fleo fleui, Impleo impleui.

In ueo.

Iu ueo,eo,in i,conuerſa,faciunt præteritū.ut,Moueo moui, Voueo uoui. Conniueo tamen conniui, & connixi facit.item Ferueo ferui,& ferbui.

Numius Craſſus:Nam nō conniui oculos ego deinde ſopore. Turpilius: Dum ego connixi ſomno,hic ſibi proſpexit uigilans uirginem. Terent.Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam. Gellius: Interea puer uenerat,& olla deferbuerat.

De Præteritis Tertiæ coniugationis.

In bo.

IN bo,uocali longa antecedente, bo in pſi conuerſa faciunt præteritum. ut, Nubo nupſi,Scribo ſcripſi. Alia uerò mutãt o, in i,in prȩterito,ut Bibo bibi,Scabo ſcabi.

APPENDIX.

A cubo compoſita,ſi accipiũt m,ante b,tranſeunt in tertiam coniugationem,faciuntq; præteritum per uĩ,ſyllabas,m,tamẽ abiecta. ut, Accumbo,accumbis, accubui:Incumbo,incumbis,incubui: Diſcumbo,diſcumbis,diſcubui:Recumbo,recumbis,recubui.

In co.

In co,n,antecedente : abiecta n,co,in ci, mutant in præterito.ut,Vinco,uici.

APPENDIX.

In co,r,anteçedente,ſolum inuenitur Parco: quod parſi,& peperci habet in præterito.

Terentius:Ego'ne uitam parſi perdere?

Lucanus:Sanguinis effudi iugulo,flammiſq; peperci.

In ſco.

In ſco,mutant ſco,in ui,ſyllabam in præterito.ut, Aſciſco,aſciui:Creſco,creui:Quieſco,quieui:Conſueſco,conſueui. Sed Didici,Popoſci,Compeſcui,Diſpeſcui,& Conquexi excipiuntur.

Quod poſtremum eſt à Conquiniſco:reliquorum prima poſitio eſt facilima.

APPENDIX.

In co,uocali longa antecedente,co,in xi,conuerſa, faciunt præteritum.ut,Dico,dixi:Duco,duxi.

APPENDIX.

In co,uocali correpta antecedente, ſolum inuenitur Ico,quod ici habet in præterito.

In do.

In do,uocali longá, uel diphthongo antecedente, do in ſi,conuerſa,faciunt præteritum.ut, Euado,euaſi:Ludo,luſi:Rado,raſi:Lędo,læſi:Claudo,clauſi. Sed Cedo,ceſsi,geminat ſs.

Excipiuntur Cudi,Stridi,Pepedi,& Rudi.

Rudo tamen priore tã breui,quã longa reperitur.

Item à Cædo cecidi,producta penultima. Fido præteritum habet paſsiuæ declinationis Fiſus ſum.

APPENDIX.

In do,uocali correpta antecedente, tria inueniuntur:Diuido,quod diuiſi,habet in præterito: item Cado,cecidi,& Edo,edi,figuræ ſimplicis.

APPENDIX.

In do,n, antecedente,o in i,conuerſa, faciunt præteritum.ut,Pando,pandi:Scando,ſcandi.

Excipiuntur Findo,fidi:Fundo,fudi:Scindo,ſcidi, & interdum ſcicidi.

Statius:Alloquio ſcidit ipſa nouo terrore cruenta.
Actius:Non ergo aquila(uti prædicant) ſciciderat pectus.

APPENDIX.

In do, quædam præteritum geminant.ut,Pendo, pependi:Tendo,tetendi:Tundo,tutudi.

OBSERVATIO.

Do cum monoſyllabis compoſitum tranſit in tertiam coniugationem,geminantq́; di,in præterito.ut, Condo,condidi:Reddo,reddidi: Prodo,prodidi: Ad-

do,addidi. Præter abſcondo abſcondi.

In go,& in guo.

In go,& in guo, ultimam ſyllabam in xi, mutant in præterito.ut, Rego,rexi. Cingo cinxi. Diſtinguo diſtinxi. Sed degi,legi,fregi,& egi excipiuntur.

Fregi à frango,& Egi ab ago ſunt præterita.

APPENDIX.

Quædam in go præteritum geminant. ut, Tango tetigi. Pago pepigi.

Hoc enim uerbo uſus eſt Cicero in ſecundo rhetorices ad Herennium, dicens, Rem ubi pagunt, oratione pagunt. Hoc eſt paciſcuntur.

APPENDIX.

Quædam à lego cõpoſita,xi,pro gi,habent in præterito. ut, Diligo dilexi, Intelligo intellexi, Negligo neglexi.

APPENDIX.

In go,r,antecedente,go,in ſi,conuerſa,faciunt prçteritum.ut,Mergo merſi,Spargo ſparſi.

Sed Vergo, & à rego compoſita mutant go, in xi. ut, Vergo uerxi,Surgo ſurrexi,Pergo perrexi.

Quæ licet in præſenti ſyncopam patiantur, tamen in præterito eam minime ſeruant.

APPENDIX.

Quædam in go,prçteritum in gi,& in xi,efferunt. ut,Pungo pupugi & punxi. Pango pegi & panxi.

Varro apud Priſci. Admota aſpis quem pupugerit, ſi non occidat, ſciat ex Pſillorum ſtirpe eſſe. Pacuuius: Tonſylla pegi læuo in littore. De Punxi & Panxi nullum occurrit teſtimonium, niſi Grammaticorum conſenſus. Sed quia Punctum & Pactum ſupina ex illis potius oriuntur, quàm ex pupugi & pegi, neceſſaria ſunt.

In

In ho.

In ho,mutant o, in xi,in præterito. ut, Traho traxi. Veho uexi.

In lo.

In lo,o in uī, ſyllabas conuerſa, faciunt præteritū. ut, Alo, alui. Conſulo, conſului. Sed Salli, Pſalli, Velli,& Vulſi,Perculi,& Perculſi excipiuntur.
Vergil.Quum canerem reges & prælia,Cynthius aurem Vellit. Lucanus:Illa genæ florem primæuo corpore uulſit. Vergil.Perculit,& fulua moribundum extendit arena. Terent.Perculſit ilico animum. Eſt autem Perculi ſiue Perculſi à percello,quod eſt ferio.

APPENDIX.

Quædam in lo,præteritum geminant.ut,Fallo fefelli. Pello pepuli. Tollo tetuli: pro quo nunc Suſtuli dicimus.

In mo.

In mo,o in uī,ſyllabas cōuerſa,faciunt pręteritum. ut,Gemo gemui. Vomo uomui.
Sed Emi,& Preſsi à premo excipiuntur.

APPENDIX.

In mo,uocali longa antecedente,mo in pſi mutant in pręterito.ut,Como compſi,Demo dempſi.Promo prompſi,Sumo ſumpſi.

In no.

In no, præteritum in ui, ſyllabam enuntiant. ut, Sino ſiui,Lino liui,uel magis differentiæ cauſa leui.
Terentius:Releui dolia omnia,omnes ſerias.

Notētur Diſcerno diſcreui,Sperno ſpreui, & Ster no,ſtraui,quæ tranſponunt,r,in præterito.

Sed Cecini,Genui, Poſui,& Tempſi excipiuntur quę ſunt à Cano,Gigno, Pono,& Temno præterita.

APPENDIX.

A cano compoſita,o,in uï, ſyllabas mutant in præterito.ut,Concino concinui, Occino occinui, Succino ſuccinui.

In po.

In po, mutant po,in pſi,in præterito. ut, Carpo carpſi,Repo repſi,Sculpo ſculpſi,Serpo Serpſi.

Sed Rupi & Strepui excipiuntur.

In quo.

In quo,duo inueniuntur: Coquo,quod coxi habet in præterito:& Linquo liqui.

In ro.

In ro,præteritum in uï ſyllabas enuntiant.ut,Sero ſeui,Tero triui,Quæro quæſiui.

Sed Geſsi,Vſsi,Verri,& Cucurri excipiuntur.

APPENDIX.

A ſero compoſita,præteritũ in uĩ,ſyllabas efferũt: ſed mutata ſignificatione.ut, Aſsero aſserui, Deſero deſerui,Diſsero diſserui,Exero exerui.

Conſeui tamen & conſerui,item Inſeui & inſerui legimus.

Vergilius: – En quis conſeuimus agros?
Statius: Conſeruitq; manus,nec quem imploraret habebat.
Columella: Materiam,quam inſeueris,ſi ſobolem, uel ſuperiores ramos habebit,omnia præcidito.
Lucanus:Iuuat ignibus atris inſeruiſſe manus.

In ſo.

In ſo,mutant o,in i,& accipiunt ui,ſyllabã in præ-

terito

terito.ut,Laceſſo laceſsiui, Acceſo acceſiui.

Sed Faceſsi,Capeſsi,Viſi,& Pinſui excipiuntur.

In to.

In to,c,antecedente,to,in xi,cõuerſa,faciunt præteritum.ut, Flecto flexi,Plecto plexi,Pecto pexi.

Sunt qui dicant Pecto etiam habere pexui & pectui: ſed nullum afferunt teſtimonium.

Sed Nexi & Nexui à necto reperimus.

Propertius: At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto.

Vergilius: Et paribus palmas amborum innexuit armis.

APPENDIX.

In to,e,breui antecedente,duo inueniuntur:Peto, quod petiui habet in præterito:& Meto meſſui.

APPENDIX.

In to,r,antecedente,duo inueniũtur,Verto,quod, uerti habet in præterito,& Sterto ſtertui.

APPENDIX.

In to,tt,gemino antecedente,ſolũ inuenitur Mitto:quod Miſi habet in præterito.

APPENDIX.

In to,s,antecedẽte,ſolũ inuenitur Siſto:quod cum ſignificationem habet actiuam, Stiti habet in præterito:quum uerò neutralem Steti,ſicut Sto cum compoſitis.ut,Conſiſto conſtiti,Deſiſto deſtiti.

Marcus Cato apud Aulum Gellium: Quid ſi uadimonium capite obuoluto ſtitiſſes.

Vergilius: Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterq;.

Plautus: Quid illic deſtitiſti,obſecro,tandiu?

In xo.

In xo, duo inueniuntur, Texo & Nexo:quæ in

uī,ſyllabas præteritum enuntiāt.ut, Texo texui, Nexo nexui. Sed nexo eſt ſæpius primæ coniugationis.

In cio.

In cio,ſi,a,præcedit,mutant,a,in e,& o,abiiciunt in præterito.ut,Facio feci,Iacio ieci.

APPENDIX.

In cio,i,antecedente,mutant i,in e,& cio,in xi,in præterito.ut, Aſpicio aſpexi,Illicio illexi.

Præter Elicio elicui.

In dio,& gio.

In dio,& gio,ablata o,faciunt præteritum.ut, Fodio fodi,Fugio fugi.

In fio.

Fio præteritum habet,paſsiuæ declinationis, Factus ſum,uel fui.

In pio.

In pio,præteritum in uī,ſyllabas enuntiant.ut,Rapio rapui,Sapio ſapui:& interdum ſapiui.

Næuius: Quando ego plus ſapiui,qui fullonem compreßi quinquatribus.

Sed Capio cepi,& cupio cupiui excipiuntur.

In rio.

In rio,ſolum inuenitur Pario,quod Peperi habet in præterito.

In tio.

In tio,pręteritum in ſſi,enuntiant,geminato ſſ.ut, Concutio concuſsi,Percutio percuſsi.

In uo.

In uo,ſyllabam, l,antecedente,o,in i,conuerſa,faciunt præteritum.ut,Soluo ſolui, Voluo uolui.

Append

APPENDIX.

In uô, ſyllabam, uocali longa antecedente, uo,in xi,conuerſa,faciunt præteritum.ut, Viuo uixi.

APPENDIX.

In uo,ſyllabas,o,in,i,cōuerſa,faciunt præteritum. ut, Acuo acui,Imbuo imbui,Induo indui.

Sed Fluxi,Struxi,& Plui excipiuntur.

De Præteritis Quartæ coniugationis.

OMNIA uerba quartæ coniugationis, præteritum in ui ſyllabam efferūt,aut in ii,excluſa,u,per conciſionem . ut, Audio audiui & audii. Veneo ueniui & uenii.

Salio habet etiam ſalui cum compoſitis.ut, Salio ſaliui ſalii & ſalui, Aſsilio aſsiliui,aſsilii & aſsilui.

Ouidius: *Per flammas ſaluiſſe pecus ſaluiſſe colonos.*

Idem: *Quum ſæpe aſsiluit defenſis mœnibus urbis.*

Sed Hauſi,Sepſi,Senſi,& Veni excipiuntur. Quæ ſunt ab haurio,ſepio,ſentio,& uenio,

APPENDIX.

A pario compoſita,præteritum in,uī,ſyllabas enū tiant.ut, Aperio aperui. Comperio tamen comperi facit:& Reperio reperi.

In cio.

In cio,polyſyllaba,cio,in ſi,conuerſa,faciunt præteritum.ut,Raucio rauci,Farcio farſi,Fulcio fulſi,Sarcio ſarſi. Sed Amicui,Vinxi,Sanxi,& Sanciui excipiuntur.

Horat

Neco & Dimico tam in aui, quàm in ui, ſyllabas præteritum enuntiant.

Suetonius: Hoſtes fame necauit.

Ennius: Hos peſtis necuit, pars occidit illa duellis.

Suet. Ne ancipiti quidē unquā fortuna, præterquā bis dimicauit.

Ouidius: Hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis.

APPENDIX.

Plico cum nomine compoſitum, in aui, præteritum effert. ut, Duplico, duplicaui: Multiplico, multiplicaui.

Cum præpoſitione uerò in ui, ſyllabas, rarò in aui. ut explico, explicui, & explicaui: Applico, applicui, & applicaui.

Pacuuius: Quæ te explicauiſti tam ærumnis obruta.

Cicero: Quod in itinere tam familiariter ſe applicauerit.

APPENDIX.

Notentur Iuui, Laui, Steti, & Dedi, cum tribus cōpoſitis primæ coniugationis. ut Circundo, circundas, circundedi: Venundo, uenundas, uenundedi: Peſſundo, peſſundas, peſſundedi.

APPENDIX.

A ſto, compoſita e, præteriti mutant in i, ut, Conſto, conſtiti: Aſto, aſtiti: Reſto, reſtiti.

De Præteritis ſecundæ Coniugationis.

OMNIA uerba ſecundæ coniugationis quacunq; antecedente conſonante, eo in ui ſyllabas conuerſa faciunt præteritum. ut, Habeo, habui: Arceo, arcui: Langueo langui. Doleo, dolui: Timeo, timui: Teneo, tenui: Te-

peo tepui, Liqueo licui. Pareo parui, Cenſeo cenſui, Pateo patui.

Sed Iuſsi, Mulſi, Hæſi, Luxi, Neui, Torſi, & Manſi excipiuntur: Quæ præterita ſunt à iubeo, mulceo, hæreo, luceo, neo, torqueo, & maneo.

APPENDIX.

Sorbeo ſorbui, & ſorpſi, habet in præterito. *Cicero: Sanguinem ciuilem exhauſit, uel potius exorbuit. Lucanus: Abſorpſit penitus rupes, & tecta ferarum.*

APPENDIX.

A` maneo compoſita, quæ mutant a, in i, præteritum in uĩ, ſyllabas enuntiant. ut, Immineo imminui. Emineo eminui.

In Deo.

In deo, eo in uĩ, ſyllabas conuerſa, faciunt præteritum. ut, Madeo madui, Candeo candui, Studeo ſtudui. Excipiuntur prandeo Prandi, & pranſus ſum.

APPENDIX.

In deo, quædam præteritum geminant. ut, Mordeo momordi, Pendeo pependi, Spondeo ſpopondi, Tondeo totondi.

OBSERVATIO.

Verba præteritum geminantia, cuiuſcunq; coniugationis, in compoſitione non geminantur. ut, Præmordeo præmordi, Impendeo impendi, Reſpondeo reſpondi, Detondeo detondi, Impello impuli, Decido decidi, Contendo contendi, Refello refelli, Contundo contudi.

Excipiuntur, quæ à Do, Sto, Diſco, & Poſco componuntur. ut, Reddo reddidi. Subſto ſubſtiti. Dediſco dedidici. Repoſco repopoſci.

Præcucurri etiam, & Repupugi dixerunt antiquiſsimi.

Plaut. Præcucurri, ut nuntiarē nuntium exoptabilem. Caper apud Priſcianum: Quum ei, qui nos pupugit, talionem, hoc eſt, uicem à nobis redditam oſtendimus, repupugi dicimus.

APPENDIX.

In deo, uocali longa, uel ar, antecedente, deo, in ſi, conuerſa, faciunt præteritum. ut, Rideo riſi, Suadeo ſuaſi, Ardeo arſi.

Excipitur, Strideo ſtridi.

APPENDIX.

In deo, e, uel i, correpta antecedente, eo, in i, conuerſa, faciunt præteritum. ut, Sedeo ſedi, Video uidi.

APPENDIX.

In deo, diphthongo antecedente, præteritum habent paſsiuę declinationis. ut, Audeo auſus ſum, Gaudeo gauiſus ſum.

In geo.

In geo, eo, in ui, ſyllabas conuerſa, faciunt præteritum. ut, Egeo egui, Rigeo rigui.

APPENDIX.

In geo, l, uel r, antecedente: geo, in ſi, conuerſa, faciunt præteritum. ut, Indulgeo indulſi, Vrgeo urſi.

Mulgeo tamen mulxi habet differentiæ cauſa: quia Mulceo mulſi facit.

APPENDIX.

In geo, uocali longa, uel diphthongo antecedente, geo, in xi, mutant in præterito. ut, Frigeo frixi, Lugeo luxi, Augeo auxi.

In

In eo.

In eo,i,antecedente,o in ui, ſyllabam conuerſã,faciunt præteritum.ut,Vieo,uieui.Præter Cieo,ciui.

In leo.

In leo,eo,in ui,ſyllabas conuerſa, faciunt præteritum.ut,Doleo dolui,Palleo pallui,Oleo olui.

PræterDeleo deleui,& Soleo ſolitus ſum.

*Salluſtius tamen in bello Iugurthino dixit:*Neq; *ſubſidijs uti ſoluerat.*Pro *ſolitus fuerat.*

APPENDIX.

Quædam ab oleo compoſita,o,in ui,ſyllabam mutant in præterito.ut,Exoleo, exoleui:Inoleo,inoleui: Aboleo,aboleui:Obſoleo,obſoleui.

Alia ſimplicis regulam ſeruant. ut, Oboleo, obolui: Redoleo, redolui : Suboleo ſubolui. Præter Adoleo,quod adolui,& adoleui facit.

Varro apud Priſcianum: *Poſtquam adoluerit hæc iuuentus.* *Vergilius:*_Mox cum matura adoleuerit ætas.

APPENDIX.

In leo, alia antecedente conſonante,o, in ui, ſyllabam conuerſa,faciunt præteritum.ut,Fleo fleui, Impleo impleui.

In ueo.

In ueo,eo,in i,conuerſa,faciunt præteritũ.ut,Moueo moui,Voueo uoui. Conniueo tamen conniui, & connixi facit.item Ferueo ferui,& ferbui.

*Numius Craſſus:*Nam nõ *conniui oculos ego deinde ſopore. Turpilius: Dum ego connixi ſomno,hic ſibi proſpexit uigilans uirginem.* Terent.*Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam. Gellius: Interea puer uenerat,& olla deferbuerat.*

APPENDIX.

In co,uocali correpta antecedente, ſolum inuenitur Ico,quod ici habet in præterito.

In do.

In do,uocali longá, uel diphthongo antecedente, do in ſi,conuerſa,faciunt præteritum.ut, Euado,euaſi:Ludo,luſi:Rado,raſi:Lędo,læſi:Claudo,clauſi. Sed Cedo,ceſsi,geminat ſs.

Excipiuntur Cudi,Stridi,Pepedi,& Rudi.

Rudo tamen priore tã breui,quã longa reperitur.

Item à Cædo cecidi,producta penultima. Fido præteritum habet paſsiuæ declinationis Fiſus ſum.

APPENDIX.

In do,uocali correpta antecedente, tria inueniuntur:Diuido,quod diuiſi,habet in præterito: item Cado,cecidi,& Edo,edi,figuræ ſimplicis.

APPENDIX.

In do,n, antecedente,o in i,conuerſa, faciunt præteritum.ut,Pando,pandi:Scando,ſcandi.

Excipiuntur Findo,fidi:Fundo,fudi:Sciudo,ſcidi, & interdum ſcicidi.

Statiũs:Alloquio ſcidit ipſa nouo terrore cruenta.

Actius:Non ergo aquila(uti prædicant) ſciciderat pectus.

APPENDIX.

In do, quædam præteritum geminant.ut,Pendo, pependi:Tendo,tetendi:Tundo,tutudi.

OBSERVATIO.

Do cum monoſyllabis compoſitum tranſit in tertiam coniugationem,geminantq; di,in præterito.ut, Condo,condidi:Reddo,reddidi: Prodo,prodidi: Ad-

do,addidi. Præter abſcondo abſcondi.

In go,& in guo.

In go,& in guo, ultimam ſyllabam in xi, mutant in præterito.ut, Rego,rexi. Cingo cinxi. Diſtinguo diſtinxi. Sed degi,legi,fregi,& egi excipiuntur.

Fregi à frango,& Egi ab ago ſunt præterita.

APPENDIX.

Quædam in go præteritum geminant. ut, Tango tetigi. Pago pepigi.

Hoc enim uerbo uſus eſt Cicero in ſecundo rhetorices ad Herennium*, dicens, Rem ubi pagunt, oratione pagunt.* Hoc eſt *paciſcuntur.*

APPENDIX.

Quædam à lego cõpoſita,xi,pro gi,habent in præterito. ut, Diligo dilexi, Intelligo intellexi, Negligo neglexi.

APPENDIX.

In go,r,antecedente,go,in ſi,conuerſa,faciunt preteritum.ut,Mergo merſi,Spargo ſparſi.

Sed Vergo, & à rego compoſita mutant go, in xi. ut,Vergo uerxi,Surgo ſurrexi,Pergo perrexi.

Quæ licet in præſenti ſyncopam patiantur, tamen in præterito eam minime ſeruant.

APPENDIX.

Quædam in go,preteritum in gi,& in xi,efferunt. ut,Pungo pupugi & punxi. Pango pegi & panxi.

Varro apud Priſci. Admota aſpis quem pupugerit, ſi non occidat, ſciat ex Pſillorum ſtirpe eſſe. Pacuuius: Tonſylla pegi læuo in littore. De Punxi & Panxi nullum occurrit teſtimonium, niſi Grammaticorum conſenſus. Sed quia Punctum & Pactum ſupina ex illis potius oriuntur, quàm ex pupugi & pegi, neceſſaria ſunt.

In

In ho.

In ho,mutant o, in xi,in præterito. ut, Traho traxi.Veho uexi.

In lo.

In lo,o in uĩ, ſyllabas conuerſa, faciunt præteritũ. ut, Alo, alui. Conſulo , conſului. Sed Salli, Pſalli, Velli,& Vulſi,Perculi,& Perculſi excipiuntur. *Vergil.Quum canerem reges & prælia,Cynthius aurem Vellit. Lucanus:Illa genæ florem primæuo corpore uulſit. Vergil.Perculit,& fulua moribundum extendit arena. Terent.Perculſit ilico animum. Eſt autem Perculi ſiue Perculſi à percello,quod eſt ferio.*

APPENDIX.

Quædam in lo,præteritum geminant.ut,Fallo fefelli.Pello pepuli.Tollo tetuli: pro quo nunc Suſtuli dicimus.

In mo.

In mo,o in uĩ,ſyllabas cõuerſa,faciunt preteritum. ut,Gemo gemui.Vomo uomui.

Sed Emi,& Preſsi à premo excipiuntur.

APPENDIX.

In mo,uocali longa antecedente,mo in pſi mutant in preterito.ut,Como compſi,Demo dempſi.Promo prompſi,Sumo ſumpſi.

In no.

In no, præteritum in ui, ſyllabam enuntiant . ut, Sino ſiui,Lino liui,uel magis differentiæ cauſa leui. *Terentius:Releui dolia omnia,omnes ferias.*

Notẽtur Diſcerno diſcreui,Sperno ſpreui, & Ster no,ſtraui,quæ tranſponunt,r,in præterito.

Sed Cecini, Genui, Poſui, & Tempſi excipiuntur quę ſunt à Cano, Gigno, Pono, & Temno præterita.

APPENDIX.

A cano compoſita, o, in uï, ſyllabas mutant in præterito. ut, Concino concinui, Occino occinui, Succino ſuccinui.

In po.

In po, mutant po, in pſi, in præterito. ut, Carpo carpſi, Repo repſi, Sculpo ſculpſi, Serpo Serpſi.

Sed Rupi & Strepui excipiuntur.

In quo.

In quo, duo inueniuntur: Coquo, quod coxi habet in præterito: & Linquo liqui.

In ro.

In ro, præteritum in uï ſyllabas enuntiant. ut, Sero ſeui, Tero triui, Quæro quæſiui.

Sed Geſsi, Vſsi, Verri, & Cucurri excipiuntur.

APPENDIX.

A ſero compoſita, præteritũ in uï, ſyllabas efferũt: ſed mutata ſignificatione. ut, Aſsero aſserui, Deſero deſerui, Diſsero diſserui, Exero exerui.

Conſeui tamen & conſerui, item Inſeui & inſerui legimus.

Vergilius: – En quis conſeuimus agros?

Statius: Conſeruitq; manus, nec quem imploraret habebat.

Columella: Materiam, quam inſeueris, ſi ſobolem, uel ſuperiores ramos habebit, omnia præcidito.

Lucanus: Iuuat ignibus atris inſeruiſſe manus.

In ſo.

In ſo, mutant o, in i, & accipiunt ui, ſyllabã in præterito

terito.ut, Laceſſo laceſsiui, Acceſſo accerſiui.

Sed Faceſsi, Capeſsi, Viſi, & Pinſui excipiuntur.

In to.

In to, c, antecedente, to, in xi, cōuerſa, faciunt præteritum.ut, Flecto flexi, Plecto plexi, Pecto pexi.

Sunt qui dicant Pecto etiam habere pexui & pectui: ſed nullum afferunt teſtimonium.

Sed Nexi & Nexui à necto reperimus.

Propertius: At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto.

Vergilius: Et paribus palmas amborum innexuit armis.

APPENDIX.

In to, e, breui antecedente, duo inueniuntur: Peto, quod petiui habet in præterito: & Meto meſſui.

APPENDIX.

In to, r, antecedente, duo inueniūtur, Verto, quod, uerti habet in præterito, & Sterto ſtertui.

APPENDIX.

In to, tt, gemino antecedente, ſolū inuenitur Mitto: quod Miſi habet in præterito.

APPENDIX.

In to, s, antecedēte, ſolū inuenitur Siſto: quod cum ſignificationem habet actiuam, Stiti habet in præterito: quum uerò neutralem Steti, ſicut Sto cum compoſitis.ut, Conſiſto conſtiti, Deſiſto deſtiti.

Marcus Cato apud Aulum Gellium: Quid ſi uadimonium capite obuoluto ſtitiſſes.

Vergilius: Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterq;.

Plautus: Quid illic deſtitiſti, obſecro, tandiu?

In xo.

In xo, duo inueniuntur, Texo & Nexo: quæ in

uī,ſyllabas præteritum enuntiāt.ut,Texo texui,Nexo nexui. Sed nexo eſt ſæpius primæ coniugationis.

In cio.

In cio,ſi,a,præcedit,mutant,a,in e,& o,abiiciunt in præterito.ut,Facio feci,Iacio ieci.

APPENDIX.

In cio,i,antecedente,mutant i,in e,& cio,in xi, in præterito.ut,Aſpicio aſpexi,Illicio illexi.

Præter Elicio elicui.

In dio,& gio.

In dio,& gio,ablata o,faciunt præteritum.ut, Fodio fodi,Fugio fugi.

In fio.

Fio præteritum habet,paſsiuæ declinationis, Factus ſum,uel fui.

In pio.

In pio,præteritum in uī,ſyllabas enuntiant.ut,Rapio rapui,Sapio ſapui:& interdum ſapiui.

Næuius: Quando ego plus ſapiui,qui fullonem compreßi quinquatribus.

Sed Capio cepi,& cupio cupiui excipiuntur.

In rio.

In rio,ſolum inuenitur Pario,quod Peperi habet in præterito.

In tio.

In tio,pręteritum in ſſi,enuntiant,geminato ſſ.ut, Concutio concuſsi,Percutio percuſsi.

In uo.

In uo,ſyllabam, l,antecedente,o,in i,conuerſa,faciunt præteritum.ut,Soluo ſolui,Voluo uolui.

Append

APPENDIX.

In uô, ſyllabam, uocali longa antecedente, uo,in xi,conuerſa,faciunt præteritum.ut, Viuo uixi.

APPENDIX.

In uo,ſyllabas,o,in,i,cõuerſa,faciunt præteritum. ut, Acuo acui,Imbuo imbui,Induo indui.

Sed Fluxi,Struxi,& Plui excipiuntur.

De Præteritis Quartæ coniugationis.

OMNIA uerba quartæ coniugationis, præteritum in ui ſyllabam efferũt,aut in ii,excluſa,u,per conciſionem . ut, Audio audiui & audii. Veneo ueniui & uenii.

Salio habet etiam ſalui cum compoſitis.ut, Salio ſaliui ſalii & ſalui, Aſsilio aſsiliui,aſsilii & aſsilui.

Ouidius: *Per flammas ſaluiſſe pecus ſaluiſſe colonos.*

Idem: *Quum ſæpe aſsiluit defenſis mœnibus urbis.*

Sed Hauſi,Sepſi,Senſi,& Veni excipiuntur. Quæ ſunt ab haurio,ſepio,ſentio,& uenio,

APPENDIX.

A pario compoſita,præteritum in,uĩ,ſyllabas enũtiant.ut, Aperio aperui. Comperio tamen comperi facit:& Reperio reperi.

In cio.

In cio,polyſyllaba,cio,in ſi,conuerſa,faciunt præteritum.ut, Raucio rauci, Farcio farſi, Fulcio fulſi, Sarcio ſarſi. Sed Amicui, Vinxi, Sanxi, & Sanciui excipiuntur.

Horat

Horatius: Tabulas peccare uetantes, Quas his quinq; uiri ſanxerunt. Pomponius ſecundus: Sancierat ius utile ciuitati. Sancierat dixit pro ſanciuerat.

De præteritis Verborum in or.

Verba omnia in or,deſinentia,preterito deficiunt, & his temporibus quæ ab illo deriuantur:ſed aſſumpto participio præteriti temporis,& ſubſtantiuo uerbo,uſum præteriti complent.ut,Amor amatus ſum uel fui,Loquor locutus ſum uel fui, Largior largitus ſum uel fui.

De Supinis uerborum.

Supina Præteritorum in bi.

QVAE in bi,præteritum habent,accepta tum,enuntiant ſupinum . ut, Bibo bibi, bibitum.

In ci,præterita,mutant ci,in ctum.ut, Ico,ici,ictum.Vinco,uici,uictum. Sed Facio feci factum , & Iacio ieci iactum, primæ poſitionis uocalem ſeruant. A Peperci uerò parcitum,ſicut à parſi parſum legimus.

Plinius: Italiæ parcitum eſt,uetere interdicto patrum.
Liuius: Nedum eos Capuæ,parſuros credam.

OBSERVATIO.

A Facio,& Iacio compoſita,ſi, a,.mutant in i,habent e,ante ctum,in ſupino.ut,Inficio,infeci,infectũ. Reiicio,reieci,reiectum.

In di.

In di,præterita,mutant di,in ſum.ut,Video,uidi, uiſum

uiſum.Scando,ſcandi,ſcanſum.

Sed Momordi morſum,Pependi penſum,Spopōdi ſponſum, Totondi,tonſum, Cecidi caſum à cado, & Cęcidi cęſum à cædo,non geminant primam ſupini ſyllabam.

APPENDIX.

Tutudi uerò nō geminat ſupinum:ſed primæ poſitionis,n,retinet.ut,Tundo tutudi,tunſum.

Sed ab eo compoſita eam abiiciūt.ut, Obtudi obtuſum.Retudi retuſum.

APPENDIX.

Sedi autem ſeſſum, geminat ſſ, ſicut Fidi fiſſum, Fodi foſſum,Pandi paſſum,& Scidi ſciſſum.

APPENDIX.

A do,compoſita tertiæ coniugationis,mutant di, in tum.ut Addidi addiium,Condidi conditum,Credidi,creditum. Do tamen datum facit,cum cōpoſitis primę coniugationis,ut,Circundedi circundatū, Peſſundedi peſſundatum,Venundedi uenundatum.

APPENDIX.

Edi, & Tetendi tam in ſum, quàm in tum, habent ſupina.ut, Edi eſum & eſtum, Tetendi tenſum & tentum.

Iuuenalis: Et cito rapturus de nobilitate comeſa.
Cicero: Potius comeſtum,quàm epotum in uenas,atq; omnes partes corporis permanaret.
Lucanus: Vt ſcelus hoc Syllæ,cædesq; oſtenſa placeret. Cato apud Priſcianum: Quo ego ſpero non oſtenturum.

In gi.

In gi, præterita, mutant gi,in ctum.ut, Legi lectum. Præter Fugi fugitum. Notentur Egi

actum

actum, & Fregi fractum: quæ primæ poſitionis uocalem ſeruant.

APPENDIX.

Præterita geminata ſupinum minimè geminant. ut, Tetigi tactum, Pepigi pactum.

In li.

In li, præterita, mutant li, in ſum. ut, Sali ſalſum. Sed præterita geminata ſupinum minimè geminant. ut, Fefelli falſum, Pepuli pulſum.

In mi.

In mi, præterita, mutant i, in ptum. ut Emi emptũ.

In ni.

In ni, præterita duo inueniuntur: Veni, quod uentum habet in ſupino: & Cecini cantum.

In pi.

In pi, pręterita, mutant pi, in ptum. ut Rupi ruptũ, Concepi conceptum. Sed cepi captum primæ poſitionis uocalem ſeruat.

In qui.

In qui, præterita, mutant qui, in ctum. ut, Reliqui relictum, Deliqui delictum.

In ri.

In ri, præterita, mutãt ri, in ſum. ut, Verri uerſum. Sed Cucurri curſum ſupinum minimè geminat.

Excipitur Peperi partum: & ab eo compoſita, Cõperi cõpertum, Reperi repertũ. Legimus & Paritum. *Statius: Atq; hoſti ueniat paritura marito.*

In ſi.

In ſi, præterita, mutant ſi, in ſum. ut, Riſi riſum. Senſi ſenſum, Quaſsi quaſſum.

Quãquam

Quanquam, quaſi præteritum uix reperitur.

Sed Tortum, Indultum, Geſtum, Vſtum, Fartum, Fultum, & Sartum excipiuntur.

A torſi, indulſi, geßi, ußi, farſi, fulſi, & ſarſi.

Miſi uerò miſſum, geminat ſſ.

Hauſi uerò Hauſum, & Hauſtum facit, ſicut Mulſi mulſum & mulctum.

Vergilius: Spero equidem medijs (ſi quid pia numina poſſunt) Supplicia hauſurum ſcopulis.

Ouidius: Hauſtus aquæ mihi nectar erit. Cicero apud Priſcianũ in concione Metelli: Permulſa atq; recreata dixit. Salluſtius: Poſtera die liberalibus uerbis permulcti ſunt.

In pſi.

In pſi, præterita, mutant pſi in ptum. ut, ſcripſi ſcriptum, Contempſi contemptum.

In ti.

In ti, præterita, mutant ti, in tum. ut, Aſtiti aſtitum, Reſtiti reſtitum. Præter Verti uerſum. Sed Steti ſtatum mutat e, in a, in ſupino. Inuenimus tamen Conſtatum à conſtiti.

Lucanus: Conſtatura fides ſuperũm.

In ui, ſyllabam.

In ui, ſyllabam præterita, mutant eam in tum. ut, Amaui amatum, Fleui fletum, Siui ſitum à ſino, Triui tritum à tero, Audiui auditũ, Quæſiui quæſitum.

Habet etiam quæſtum, unde fiunt, Quæſtus, Quæſtio, & Quæſtor, Quanquam

Vergilius dixit, Quæſitor Minos urnam mouet.

Sed Abolitum, Adultum, Cautum, Fautum, Paſtum, Satum, Sepultum, Singultum, Saltũ, Conſitum,

Inſitum

Inſitum,Solutũ,Venum,& Volutum excipiuntur.

Ab aboleui,adoleui,caui,faui,paui ſiui,ſepeliui, ſingultiui, ſalii,conſeui,inſeui,ſolui,ueniui,& uolui.

Legimus & Sertum,à ſero.

Lucanus:Accipiunt ſectas nardo florente coronas.

APPENDIX.

Agnoui agnitum , & Cognoui cognitum,o, in i, mutant in ſupino.

APPENDIX.

Dicimus à laui Lotum uel Lautum, & quandoq; Lauatum:ſicut à potaui Potum & Potatum.

Vt in uulgato prouerbio:Sus lota rediјt ad uolutabrum luti.
Plautus:Lautum credo à balneis iam affuturum.
Terentius:Foras ſimul omnes proruunt,abeunt lauatum.
Vergilius:Huc ipſi potum uenient per prata iuuenci.
Terentius:Nam apud me potaturus eſt.
Sed lauatum & potatum in rariore ſunt uſu.

In uĩ,ſyllabas.

In uĩ, ſyllabas præterita , mutant eas in itum.ut, Domui domitum. Habui habitum.Genui genitum.

Sed Frictum,Nectum,Sectum,Arctum, Cenſum, Doctum,Mœſtum, Miſtum,Tentum,Toſtum, Raptum,Piſtum,Statutum,Indutum,Argutum,Imbutum,Cultum,Excelſum,Occultũ,Conſultum, Acutum,Aſſultum, Meſſum, Nexum, Minutum, Conſutum , Conſertum, Deſertum, Exertum, Inſertum & Amictum excipiuntur.

A,Fricui,necui,ſecui,arcui, cenſui,docui, mœrui,miſcui, tenui, torrui,rapui,pinſui, ſtatui,indui,argui,imbui,colui, excellui, occului,conſului,acui,aſſilui meſſui,nexui,minui,conſui, conſerui, deſerui,exerui,inſerui,& amicui.

Carui

Carui uerò Caritũ & Caſſum facit:ſicut alui Alitũ & Altũ, rui Ruitũ & Rutũ, arcui Arctũ & Arcitũ.

Iuuenalis:–Tollere dulcem
Cogitat hæredem cariturus turture magno.
Vergil.Nunc caſſum lumine lugent. Salluſtius: Et omnem ætatem Arpini alitus. Cicerò apud Priſcianum: Vbi altus eſt? Vergilius: Ruituraq; ſemper Stat mirum moles. Ouid. Diruta ſunt alijs, uni mihi Pergama reſtant. Sunt qui putant Arctum non eſſe in uſu, ſed uſitatum fuiſſe oſtendit arctus arcta arctum nomen ab eo figuratum: quemadmodum & Arcitum in uſu quoq; olim fuiſſe comprobat Exercito frequentatiuum ab exerceo, quod fit ab ex, & arceo.

APPENDIX.

A ſonui Sonatum & Sonitum reperimus.

Horatius: Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atq; os
Magna ſonaturum: des nominis huius honorem.
Vergil. Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur olympi.

APPENDIX.

A Cano & Pario compoſita, in tum, ſupina enunciant: ſed hęc r, illa n, ante tum habẽt. ut, Cõcinui concẽtũ, Accinui accẽtũ, Aperui apertũ, Operui opertũ.

In xi.

In xi, præterita, mutant xi, in ctum. ut, Luxi luctum. Dixi dictum. Vinxi uinctum.

Notentur Fictum, Mictum, Pictum, Rictum, & Strictum: quæ abiiciunt n, in ſupino.

A fingo, mingo, pingo, ringo, & ſtringo.

Sed Fixum, Fluxum, Nexũ, & Pexũ excipiuntur.

A fixi, fluxi, nexi, & pexi.

De ſupinis uerborum Deponentium & Communium.

Verba Deponentia & Communia eadem habent

ſupina,quæ haberent actiua ab illis ficta.

Nam ſicut Amo & amor idem habent ſupinum Amatum: ita Lætor habet Lætatum ſupinum uerbi ficti Læto, quod à præterito lætaui faceret ſupinum lætatum. Sic Vereor ueritum, Iraſcor iratum, Blandior blanditum.

Sed Miſertum, Faſſum, Ratum, Locutum, Secutum, Vſum, Oblitum, Vltum, Commentum, Profectum, Nactũ, Pactum, Experrectũ, Adeptum, Indeptum, Queſtũ, Functum, Orſum, Greſſum, Paſſum, Lapſum, Expertũ, Oppertũ, & Mẽſum excipiuntur.

Quæ ſunt à miſercor, fateor, reor, loquor, ſequor, utor, obliuiſcor, ulciſcor, comminiſcor, proficiſcor, nanciſcor, paciſcor, expergiſcor, adipiſcor, indipiſcor, queror, fungor, ordior, gradior, patior, labor, experior, opperior, & metior.

APPENDIX.

Fruor uerò Fruitum facit & Fructum, ſicut Nitor Niſum & Nixum, Orior Oritũ & Ortum, Morior Moritum & Mortuum. Nam à ſupinis in itum fiunt participia in rus: ab aliis uerò aut participia in tus, uel in ſus, uel in xus. aut earundẽ terminationũ uerbalia.

Cicero: Magna Zeno Stoicorum acutiſſimus contendere uoce ſolebat, eum eſſe beatũ, qui præſentibus uoluptatibus frueretur, conſideraretq́; ſeſe fruiturum. Idem: Amœnitate ſumma fructus eſt.

Huic uerbo addunt etiam nonnulli fretum, unde fit fretus participium, alijs nomen eſſe contendentibus.

Plautus: Huius ego experiar fidem, fretus ingenio eius.

Vergilius: Stat grauis Entellus, niſuq́; immotus eodem.

Idem: -Nec corpora ſegnes

In uenerem ſoluunt, nec fœtus nixibus edunt.

Horatius: Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

Ouidius: Viuere ſpe uidi, qui moriturus erat.

Plautus: Atq; ille opulentiſsimus cenſetur ad Acherōtem mortuus.

APPENDIX.

Tutum à tueor, ſed Tuitum à tuor, & ab utroque in infinitiuo tueri legimus,

Tueor propriè idem, quod uideo, ſignificat. Vergilius:

Talia dicentem iandudum auerſa tuetur. Et quia rem nobis caram aſsiduè uidēdo protegere ſolemus, factum eſt, ut Tueor pro defendo etiam uſurpetur. Ouidius de lauro loquens.

Poſtibus auguſtis eadem fidiſsima cuſtos

Ante fores ſtabis: mediamq; tuebere quercum. Vnde tutum & Tuitum ab eodem certè uerbo dicimus.

Ouidius: Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.

Quintil. Tutus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam.

Exempla de Infinitiuo.

Vergil. Vicit iter durum pietas, datur ora tueri Nate tuā.

Ouidius: Non minor eſt uirtus, quàm quærere parta tueri. Inuenimus tamen Contueor & Contuor, item Intueor & Intuor.

Plautus: Inimico uultu contuetur.

Idem: Quid Periſtratam hic Demiphonis contuor?

Terentius: Quiſnam hic adoleſcens eſt, qui intuetur nos?

Plautus: Profectò nullam equidem illic corniceem intuor. Inuenimus item Contui & Intui in infinitiuo. Pomponius apud Nonium Marcellum: Incepi contui, conſpicio coleatam cuſpidem.

Turpilius apud eundem: Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide intui.

APPENDIX.

Liquor, Medeor, Reminiſcor & Veſcor ſupinis deficiunt.

Quæ uerba Præteritis & Supinis carent.

Præterito perfecto & Supinis deficiunt Nideo, Polleo, Gliſco, Sido, Furo, & Ferio.

Fero, Tuli, & Latum mutuatur à Tulo uerbo antiquo: ſicut Sum, Fui, cum compoſitis, abſq; ſupino, à Fuo uerbo inuſitato. ut, Adſum affui. Deſum defui, Præſum præfui. Sed Potui à Poſſum dicimus.

Furis furit, non ſolum præterito & ſupinis, ſed prima etiam poſitione caret; uerum in regula dictum eſt Furo docendi gratia. Sedulius Furui uſurpauit dicens: Nec minus & Darij furuerunt iuſſa tyranni. Sed eadem licentia qua corripit duas priores ſyllabas in dictione Darij, cum ſint natura longæ.

Ouidius: Vtq; necatorum Darij fraude ſecundi:
Sic tua ſuccedens deuoret oſſa cinis.

Quæ Actiua carent Supinis.

Hæc Actiua ſupinis deficiũt: Vrgeo, Timeo, Lambo, Compeſco, Diſpeſco, Poſco, Refello, Cerno, Linquo, Viſo, Caluo, Metuo, & Reſpuo.

Quæ Neutra Supinis carent.

Hæc Neutra ſupinis deficiunt; Aeſtuo, Mico, Hæreo, Luceo, Polluceo, Frigeo, Fulgeo, Turgeo. Aueo, Conniueo, Ferueo, Flaueo, Liueo, Paueo, Strideo, Scabo, Conquiniſco, Diſco, Rudo, Strido, Ambigo, Dego, Satago, Meio, Pſallo, Volo, Tremo, Scalpo, Obedio, Sterto, Eſurio, & Luo.

APPENDIX.

Neutra omnia ſecundæ cõiugationis, præteritum in uĩ, ſyllabas habentia, ſupinis quoque deficiunt. ut, Candeo candui, Egeo egui, Studeo ſtudui, Promineo prominui.

Sed Libitum, Licitum, Nocitum, Placitum, Calitum, Dolitum, Olitum, Valitum, Paritum, Toſtum, Latitum, Paſſum, Caritum, & Caſſum excipiuntur.

Ne

Ne puer ſequentem uerborum declinationem faſtidias, in ea namq; uidebis quædam non utilia modò, ſed ſcitu quoque neceſſaria, quæ alibi (niſi præter inſtitutum) inſeri non poterant.

Declina Amo, amas.

INDICATIVO *modo tempore præſenti ſingulariter Amo, amas, amat. Plur. Amamus, amatis, amant. Præterito imperfecto Sing. Amabam, amabas, amabat. Plur. Amabamus, amabatis, amabant. Præterito perfecto Sing. Amaui, amauiſti, amauit. Plur. Amauimus, amauiſtis, amauerũt, uel amauere. Præterito pluſquàm perfecto Sing. Amaueram, amaueras, amauerat. Plur. Amaueramus, amaueratis, amauerãt. Futuro Sing. Amabo, amabis, amabit. Plur. Amabimus, amabitis, amabunt.*

IMPERATIVO *modo tẽpore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam Sing. Ama, amet. Plur. Amemus, amate, amẽt. Futuro, Amato tu uel ille. Plur. Amemus, amatote, amanto.*

OPTATIVO *modo tẽpore præſenti & Præterito imperfecto Sing. utinã Amarẽ, amares, amaret. Plur. utinam Amaremus, amaretis, amarent. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto Sing. utinam Amauiſſem, amauiſſes, amauiſſet. Plur. utinam Amauiſſemus, amauiſſetis, amauiſſent. Futuro Sing. utinam Amẽ, ames, amet. Plur. utinam Amemus, ametis, ament.*

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti Sing. quum Amem, ames, amet. Plur. quum Amemus, ametis ament. Præterito imperfecto Sing. quum Amarem, amares, amaret. Plur. quum Amaremus, amaretis, amarent. Præterito perfecto Sing. quum Amauerim, amaueris, amauerit. Plur. quum Amauerimus, amaueritis, amauerint. Præterito pluſquamperfecto Sing. quum Amauiſſem, amauiſſes, amauiſſet. Plur. quũ Amauiſſemus, amauiſſetis, amauiſſent. Futuro Sing. quũ Amauero, amaueris, amauerit. Plur. quum Amauerimus, amaueritis, amauerint.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto, Amare. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto, Amauiſſe. Futuro, Amatum ire, uel Amaturum eſſe.*

GERVNDIA *uel Participialia nomina ſunt hæc, Amandi, Amando, Amandum.*

SVPINA *ſunt hæc, Amatum amatu.*

Duo Participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo, alterum præſentis & præteriti imperfecti temporis in ns, quod eſt Amans. alterum futuri in rus, quod eſt Amaturus.

Quot tempora deriuantur à præterito imperfecto indicatiui? Sex. quæ hoc diſticho comprehenduntur.

Præteritum uerbi ſex de ſe tempora format,

Ram, ſſem, rim, ro, ſſe, formabit cætera præſens.

Vt, Amaui, Amaueram, Amauiſſem, Amauerim, Amauiſſem, Amauero, Amauiſſe. Sic à Iuuo, Lauo, Do, & Sto.

Iuui, iuueram, iuuiſſem, iuuerim, iuuiſſem, iuuero, iuuiſſe.

Laui, laueram, lauiſſem, lauerim, lauiſſem, lauero, lauiſſe.

Dedi, dederam, dediſſem, dederim, dediſſem, dedero, dediſſe.

Steti, ſteteram, ſtetiſſem, ſteterim, ſtetiſſem, ſtetero, ſtetiſſe.

Inflecte Amo per Primas perſonas: hinc per Secundas: inde per Tertias, donec declinaueris totum uerbum.

Amo, amabam, amaui, amaueram, amabo. Vtinam Amarem, amauiſſem, amem. Quũ Amem, amarem, amauerim, amauiſſem, amauero. Amamus, amabamus, amauimus, amaueramus, amabimus. Amemus. Vtinam Amaremus, amauiſſemus, amemus. Quum Amemus, amaremus, amauerimus, amauiſſemus, amauerimus.

Per Secundas.

Amas, amabas, amauiſti, amaueras, amabis. Ama, amato. Vtinam Amares, amauiſſes, ames. Quum Ames, amares, amaueris, amauiſſes, amaueris. Amatis, amabatis, amauiſtis, amaueratis, amabitis. Amate, amatote. Vtinam Amaretis, amauiſſetis, ametis. Quum Ametis, amaretis, amaueritis, amauiſſetis, amaueritis.

Amat,

Per Tertias.

Amat, amabat, amauit, amauerat, amabit. Amet, amato. Vtinam Amaret, amauiſſet, amet. Quum Amet, amaret, amauerit, amauiſſet, amauerit. Amant, amabant, amauerunt, uel amauere, amauerant, amabunt. Ament, amanto. Vtinam Amarent, amauiſſent, ament. Quum Ament, amarent, amauerint, amauiſſent, amauerint.

Declina Amor uerbum paſsiuum.

INDICATIVO *modo tempore præſenti Sing.* Amor, *amaris, uel amare, amatur. Plur.* Amamur, *amamini, amantur.*

Præterito imperfecto Singul. Amabar, *amabaris, uel amabare, amabatur. Plur.* Amabamur, *amabamini, amabãtur. Præterito perfecto,* Amatus *ſum, uel fui, amatus es, uel fuiſti, amatus eſt, uel fuit. Plur.* Amati *ſumus, uel fuimus, amati eſtis, uel fuiſtis, amati ſunt, fuerunt, uel fuere. Præterito pluſquãperfecto* Amatus *erã, uel fueram, amatus eras, uel fueras, amatus erat, uel fuerat. Plur.* Amati *eramus, uel fueramus, amati eratis, uel fueratis, amati erãt, uel fuerant. Futuro,* Amabor, *amaberis, uel amabere, amabitur. Plur.* Amabimur, *amabimini, amabuntur.*

IMPERATIVO *modo tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam Sing.* Amare, *ametur. Plur.* Amemur, *amamini, amentur. Futuro* Amator *tu, uel ille. Plur.* Amemur, *amaminor, amantor.*

OPTATIVO *modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto Sing. Vtinam* Amarer, *amareris, uel amarere, amaretur. Plur. utinam* Amaremur, *amaremini, amarentur. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto Sing. utinã* Amatus *eſſem, uel fuiſſem, amatus eſſes, uel fuiſſes, amatus eſſet, uel fuiſſet. Plural. utinam* Amati *eſſemus, uel fuiſſemus, amati eſſetis, uel fuiſſetis, amati eſſent, uel fuiſſent. Futuro Sing. utinam* Amer, *ameris, uel amere, ametur. Plur. utinam* Amemur, *amemini, amentur.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti, et præterito im perfecto* Amari. *Præterito perfecto & pluſquāperfecto, Amatum eſſe, uel fuiſſe. Futuro, Amatum iri.*

Quid intereſt inter Infinita imperſonaliū & paßiuorū? In Infinitis imperſonaliū pati nihil ſignificamus: ut, Amari à me uolo: hoc eſt, ego uolo amare. In infinitis uerò paßiuorū aliquid pati oſtē dimus: ut, Volo te amari à me. hoc eſt, uolo quod tu ameris à me.

Declina Doceo.

INDICATIVO *modo tēpore præſenti Sing.* Doceo, *doces, docet. Plur.* Docemus, *docetis, docent. Præterito imperfecto Sing.* Docebā, *docebas, docebat. Plur.* Docebamus, *docebatis, docebant. Præterito perfecto Sing.* Docui, *docuiſti, docuit. Plur.* Docuimus, *docuiſtis, docuerūt uel docuere. Præterito pluſquāperfecto Sing.* Docueram, *docueras, docuerat. Plural.* Docueramus, *docueratis, docuerant. Futuro Sing.* Docebo, *docebis, docebit. Plur.* Docebimus, *docebitis, docebunt.*

IMPERATIVO *modo tēpore præſenti ad ſecūdā & tertiā perſonā. Sing.* Doce, *doceat. Plur.* Doceamus, *docete, doceāt. Futuro Sing.* Doceto *tu uel ille. Plur.* Doceamus, *docetote, docento.*

OPTATIVO *modo tēpore præſenti, & Præterito imperfecto Sing. utinā,* Docerē, *doceres, doceret. Plur. utinā,* Doceremus, *doceretis, docerēt. Præterito perfecto & Pluſquāperfecto Sing. utinā* Docuiſſem, *docuiſſes, docuiſſet. Plur. utinam* Docuiſſemus, *docuiſſetis, docuiſſent. Futuro Sing. utinam* Doceam, *doceas, doceat. Plur. utinam* Doceamus, *doceatis, doceant.*

CONIVNCTIVO *modo tēpore præſenti ſing. quū* Doceam, *doceas, doceat. Plur. quum* Doceamus, *Doceatis, doceant. Præterito imperfecto Sing. quū* Docerem, *doceres, doceret. Plur. quum* Doceremus, *doceretis, docerent. Præterito perfecto Sing. quum* Docuerim, *docueris, docuerit. Plur. quum* Docuerimus, *docueritis, docuerit. Præterito pluſquāperfecto Sing. quum* Docuiſſem, *docuiſſes, docuiſſet. Plur. quum* Docuiſſemus, *docuiſſetis,*

docuiſſent. Futuro Singul. quum Docuero, docueris, docuerit. Plur. quum Docuerimus, docueritis, docuerint.

INFINITIVO modo tēpore præſenti, & Præterito imperfecto, Docere. Præterito perfecto, & Pluſquamperfecto, Docuiſſe. Futuro, Doctum ire, uel Docturum eſſe.

GERVNDIA uel Participialia nomina ſunt hæc. Docēdi, Docendo, Docendum.

SVPINA ſunt hæc. Doctum, Doctu.

Duo Participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo, alterū præſentis & præteriti imperfecti temporis in ns, quod eſt Docens: alterum futuri in rus, quod eſt Docturus.

Declina, Doceor.

INDICATIVO modo tēpore præſenti Sing. Doceor, doceris, uel docere, docetur. Plur. Docemur, docemini, docētur. Præterito imperfecto Sing. Docebar, docebaris uel docebare, docebatur. Plur. Docebamur, docebamini, docebantur. Præterito perfecto Sing. Doctus ſum, uel fui, doctus es, uel fuiſti, doctus eſt uel fuit. Plur. Docti ſumus, uel fuimus, docti eſtis, uel fuiſtis, docti ſunt fuerunt, uel fuere. Præterito pluſquāperfecto Sing. Doctus eram uel fueram, doctus eras, uel fueras, doctus erat, uel fuerat. Plur. Docti eramus, uel fueramus, docti eratis, uel fueratis, docti erant, uel fuerant. Futuro Sing. Docebor, doceberis, uel docebere, docebitur. Plur. Docebimur, docebimini, docebuntur.

IMPERATIVO modo tempore præſenti ad ſecundā & tertiam perſonam Sing. Docere, doceatur. Plur. Doceamur, docemini, doceantur. Futuro Sing. Docetor tu, uel ille. Plur. Doceamur, doceminor, docentor.

OPTATIVO modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto Sing. utinam Docerer, docereris, uel docerere, doceretur. Plur. utinam Doceremur, doceremini, docerentur. Præterito perfecto & pluſquamperfecto Sing. utinam Doctus eſſem, uel fuiſſem, doctus eſſes, uel fuiſſes, doctus eſſet, uel fuiſſet. Plur. utinā

Docti

Docti eſſemus uel fuiſſemus, docti eſſetis, uel fuiſſetis, docti eſſent, uel fuiſſent. Futuro Sing. utinam Docear, docearis, uel doceare, doceatur. Plur. utinam Doceamur, doceamini, doceantur.

CONIVNCTIVO *modo, tempore præſenti Sing. quum Docear, docearis uel doceare, doceatur. Plur. quum Doceamur doceamini, doceantur. Præterito imperfecto Singul. quum Docerer, docereris, uel docerere, doceretur. Plural. quum Doceremur, doceremini, docerentur. Præterito perfecto Sing. quum Doctus ſim, uel fuerim, doctus ſis, uel fueris, doctus ſit, uel fuerit. Plur. quum Docti ſimus, uel fuerimus, docti ſitis, uel fueritis, docti ſint uel fuerint. Præterito pluſquamperfecto Sing. quum Doctus eſſem, uel fuiſſem, doctus eſſes, uel fuiſſes, doctus eſſet, uel fuiſſet. Plur. quum Docti eſſemus, uel fuiſſemus, docti eſſetis, uel fuiſſetis, docti eſſent, uel fuiſſent. Futuro Sing. quum Doctus ero, uel fuero, doctus eris, uel fueris, doctus erit, uel fuerit. Plur. quum Docti erimus, uel fuerimus, docti eritis, uel fueritis, docti erunt, uel fuerint.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti, & præterito imperfecto, Doceri. Præterito perfecto, & Pluſquamperfecto, Doctum eſſe, uel fuiſſe. Futuro, Doctum iri.*

Duo Participia trahuntur ab hoc uerbo paßiuo, alterum præteriti perfecti & pluſquamperfecti temporis in ctus, quod eſt Doctus, alterum futuri in dus, quod eſt Docendus.

Declina, Docetur imperſonale.

INDICATIVO *modo tempore præſenti Docetur. Preterito imperfecto, Docebatur. Præterito perfecto, Doctũ eſt, uel fuit. Præterito pluſquamperfecto, Doctum erat, uel fuerat. Futuro, Docebitur.*

IMPERATIVO *modo tempore præſenti, Doceatur. Futuro, Docetor.*

OPTATIVO *modo tẽpore præſenti, & præterito imperfecto, utinã Doceretur. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto*

utinam

utinam Doctum *eſſet uel fuiſſet.Futuro,utinam* Doceatur.

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti,quum* Doceatur. *Præterito imperfecto,quum* Doceretur. *Præterito perfecto,quũ* Doctum *ſit,uel fuerit. Præterito pluſquãperfecto,quum* Doctum *eſſet,uel fuiſſet. Futuro,quum* Doctum *erit uel fuerit.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti & præterito imperfecto,*Doceri. *Præterito perfecto & Pluſquamperfecto,*Doctum *eſſe uel fuiſſe. Futuro,*Doctum *iri.*

Declina Lego.

INDICATIVO *modo tẽpore præſenti Sing.* Lego,*legis legit. Plur.*Legimus,*legitis,legunt. Præterito imperfecto Sing.* Legebam,*legebas,legebat. Plur.*Legebamus,*legebatis,legebant.*

*Præterito perfecto Sing.*Legi,*legiſti,legit. Plur.*Legimus,*legiſtis,legerunt,uel legere. Præterito pluſquãperfecto Sing.*Legeram,*legeras,legerat. Plur.*Legeramus,*legeratis,legerãt. Futuro Sing.* Legam,*leges,leget. Plur.*Legemus,*legetis,legent.*

IMPERATIVO *modo tempore præſenti ad ſecundã & tertiã perſonam Sing.*Lege,*legat. Plur.*Legamus,*legite,legant.*

*Futuro Sing.*Legito *tu,uel ille. Plur.*Legamus,*legitote,legũto.*

OPTATIVO *modo tempore præſenti,& præterito imperfecto Sing.utinã* Legerẽ,*legeres,legeret. Plur.utinã* Legeremus, *legeretis,legerent. Præterito perfecto & Pluſquãperfecto Sing. utinam* Legiſſem,*legiſſes,legiſſet. Plur.utinam* Legiſſemus *legiſſetis,legiſſent. Futuro Sing. utinam* Legam,*legas,legat. Plur. utinam* Legamus,*legatis,legant.*

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti,quum* Legam,*legas,legat.Plur.quum* Legamus,*legatis,*Legant. *Præterito imperfecto Sing.quũ* Legerem,*legeres,legeret.Plur.quum* Legeremus,*legeretis,legerent. Præterito perfecto Sing.quum* Legerim, *legeris,legerit. Plur.quum* Legerimus,*legeritis, legerint. Præterito pluſquamperfecto Singul.quũ* Legiſſem,*legiſſes, legiſſet.Plur.quũ legiſſemus,legiſſetis,legiſſent. Futuro Sing.quũ*

Lege

Legero,legeris,legerit.Plur.quum Legerimus,legeritis,legerint.

INFINITIVO *modo tempore præſenti, & præterito imperfecto Legere. Præterito perfecto & pluſquãperfecto,Legiſſe. Futuro Lectum ire,uel lecturum eſſe.*

GERVNDIA *uel Participialia nomina ſunt hæc,Legendi,legendo,legendum.*

SVPINA *ſunt hæc.Lectum,lectu.*

Duo participia trahũtur ab hoc uerbo actiuo,alterũ præſentis tẽporis in ns,quod eſt Legẽs:alterũ futuri in rus,quod eſt Lecturus.

Declina Legor.

INDICATIVO *modo tẽpore præſenti Sing. Legor,légeris,uel legere,legitur. Plur.Legimur,legimini,legũtur. Præterito imperfecto Sing. Legebar,legebaris,uel legebare,legebatur. Plur.Legebamur,legebamini,legebãtur. Præterito perfecto Sing.Lectus ſum,uel fui,lectus es,uel fuiſti,lectus eſt,uel fuit. Plur.Lecti ſumus,uel fuimus,lecti eſtis,uel fuiſtis,lecti ſunt,fuerunt,uel fuere. Præterito pluſquãperfecto Sing.Lectus eram,uel fueram,lectus eras uel fueras,lectus erat uel fuerat. Plur. Lecti eramus,uel fueramus, lecti eratis,uel fueratis, lecti erant,uel fuerant.. Futuro Sing.Legar,legêris,uel legere,legetur. Plur. Legemur,legemini,legentur.*

IMPERATIVO *modo tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam Sing. Legere,legatur. Plur.Legamur,legimini,legantur. Futuro Sing.Legitor tu uel ille. Plur. Legamur,legiminor,leguntor.*

OPTATIVO *modo tempore præſenti,& præterito imperfecto Sing.utinã Legerer,legereris,uel legerere,legeretur.Plur. utinã Legerêmur,legeremini,legerẽtur. Præterito perfecto & pluſquãperfecto Sing.utinam Lectus eſſem, uel fuiſſem,lectus eſſes,uel fuiſſes,lectus eſſet uel fuiſſet. Plur.utinã Lecti eſſemus,uel fuiſſemus,lecti eſſetis,uel fuiſſetis,lecti eſſent,uel fuiſſent. Futuro Sing.utinam Legar,legaris,uel legare,legatur. Plur.utinam*

nam Legamur,legamini legantur.

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti Sing.quum Legar,legaris,uel legare,legatur. Plur.quũ Legamur,legamini,legãtur. Præterito imperfecto Sing.quũ Legerer,legereris, uel legerere,legeretur. Plur.quum Legeremur,legeremini,legerentur. Præterito perfecto Sing.quũ Lectus ſim uel fuerim,lectus ſis uel fueris,lectus ſit uel fuerit. Plur.quum Lecti ſimus, uel fuerimus,lecti ſitis uel fueritis,lecti ſint uel fuerint. Præterito plusquamperfecto Sing.quum Lectus eſſem,uel fuiſſem,lectus eſſes uel fuiſſes,lectus eſſet,uel fuiſſet. Plur.quũ Lecti eſſemus,uel fuiſſemus,lecti eſſetis,uel fuiſſetis,lecti eſſent,uel fuiſſent. Futuro Sing.quum Lectus ero,uel fuero,lectus eris,uel fueris,lectus erit uel fuerit. Plur.quum Lecti erimus,uel fuerimus,lecti eritis,uel fueritis,lecti erunt,uel fuerint.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti,& Præterito imperfecto,Legi. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto,Lectum eſſe uel fuiſſe. Futuro Lectum iri.*

Duo Participia trahuntur ab hoc uerbo paſſiuo:alterum præteriti perfecti & pluſquãperfecti temporis in ctus,quod eſt Lectus:alterum futuri in dus,quod eſt Legendus.

Declina,Legitur imperſonale.

INDICATIVO *modo tẽpore præſenti,Legitur. Præterito imperfecto Legebatur. Præterito perfecto Lectũ eſt,uel fuit. Præterito pluſquãperfecto,Lectũ erat,uel fuerat.Futuro,legetur.*

IMPERATIVO *modo tempore præſenti,Legatur. Futuro Legitor.*

OPTATIVO *modo tẽpore præſenti,& Præterito imperfecto,utinã Legeretur. Præterito perfecto,& Pluſquãperfecto, utinam Lectũ eſſet uel fuiſſet. Futuro,utinam Legatur.*

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti,quum Legatur. Præterito imperfecto,quum Legeretur. Præterito perfecto,quum Lectum ſit,uel fuerit. Præterito pluſquamperfecto,*

quum

quum Lectum *eſſet, uel fuiſſet.* Futuro, *quum* Lectum *erit, uel fuerit.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti,&* Præterito *imperfecto,*Legi. *Præterito perfecto &* Pluſquamperfecto,Le*ctum eſſe,uel fuiſſe.* Futuro,*Lectum iri.*

Declina, Audio.

INDICATIVO *modo tempore præſenti Sing.Audio,audis,audit.* Plur.*audimus,auditis,audiunt.* Præterito imperfecto Sing.*Audiebã,audiebas,audiebat.* Plur.*Audiebamus, audiebatis, audiebãt.* Præterito perfecto Sing.*Audiui,audiuiſti,audiuit.* Plur. *Audiuimus,audiuiſtis,audiuerunt,uel audiuere.* Præterito pluſquamperfecto Sing.*Audiueram,audiueras,audiuerat.* Plur.*Audiueramus,audiueratis,audiuerant.* Futuro Sing.*Audiam,audies audiet.* Plur.*Audiemus,audietis,audient.*

IMPERATIVO *modo tempore præſenti ad ſecundã & tertiã perſonã* Sing.*Audi,audiat.* Plur.*Audiamus,audite,audiãt.* Futuro Sing.*Audito tu uel ille.* Plu.*Audiamus,auditote,audiũto.*

OPTATIVO *modo tẽpore præſenti,&* Præterito imperfecto Sing.*utinã Audirẽ,audires,audires,audiret.* Plur.*utinã Audiremus,audiretis,audirẽt.* Præterito perfecto & pluſquãperfecto Sing.*utinã Audiuiſſem,audiuiſſes,audiuiſſet.* Plur.*utinã Audiuiſſemus,audiuiſſetis,audiuiſſent.* Futuro Sing.*utinam Audiam, audias,audiat..* Plur.*utinam audiamus,Audiatis,audiant.*

CONIVNCTIVO *modo tẽpore præſenti* Sing.*quũ Audiam,audias,audiat,* Plur.*quũ Audiamus,audiatis,audiant.* Præterito imperfecto Sing.*quũ Audirem,audires,audiret.* Plur.*quũ Audiremus,audiretis,audirent.* Præterito perfecto Sing.*quũ Audiuerim,audiueris,audiuerit.* Plur.*quũ Audiuerimus,audiueritis, audiuerint.* Præterito pluſquãperfecto Sing.*quũ Audiuiſſem,audiuiſſes,audiuiſſet.* Plur.*quum Audiuiſſemus, audiuiſſetis,audiuiſſent.* Futuro Sing.*quum Audiuero,audiueris,audiuerit.* Plur. *quum Audiuerimus,audiueritis,audiuerint.*

INFIN

INFINITIVO *modo tẽpore præſenti & Præterito imperfecto, Audire. Præterito perfecto & Pluſquãperfecto, Audiuiſſe. Futuro, Auditum ire, uel auditurum eſſe.*

GERVNDIA *uel Participalia nomina ſunt hæc. Audiendi, Audiendo, Audiendum.*

SVPINA *ſunt hæc, Auditum, Auditu.*

Duo Participia trahũtur ab hoc uerbo actiuo, alterum præſentis & præteriti imperfecti temporis in ns, quod eſt Audiens: alterum futuri in rus, quod eſt Auditurus.

Declina, Audior.

INDICATIVO *modo tẽpore præſenti Sing. Audior, audiris, uel audire, auditur. Plur. Audimur, audimini, audiũtur. Præterito imperfecto Sing. Audiebar, audiebaris, uel audiebare, audiebatur. Plur. Audiebamur, audiebamini, audiebãtur. Præterito perfecto Sing. Auditus ſum, uel fui, auditus es, uel fuiſti, auditus eſt uel fuit. Plur. Auditi ſumus, uel fuimus, auditi eſtis, uel fuiſtis, auditi ſunt, fuerũt, uel fuere. Præterito pluſquãperfecto Sing. Auditus eram, uel fueram, auditus eras, uel fueras, auditus erat, uel fuerat.*

Plur. Auditi eramus, uel fueramus, auditi eratis, uel fueratis, auditi erant uel fuerãt. Futuro Sing. Audiar, audieris, uel audiere, audietur. Plur. Audiemur, audiemini, audientur.

IMPERATIVO *modo tempore preſenti ad ſecundam & tertiam perſonam Sing. Audire, audiatur. Plur. Audiamur, audiamini, audiantur. Futuro Sing. Auditor tu, uel ille. Plur. Audiamur, audiminor, audiuntor.*

OPTATIVO *modo tẽpore præſenti, & Præterito imperfecto Sing. utinã Audirer, audireris, uel audirere, audiretur. Pluraliter, utinam Audiremur, audiremini, audirentur. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto Sing. utinam Auditus eſſem, uel fuiſſem, auditus eſſes, uel fuiſſes, auditus eſſet, uel fuiſſet. Plur. utinam Auditi eſſemus, uel fuiſſemus, auditi eſſetis, uel fuiſſetis, auditi eſſent, uel fuiſſent. Futuro Sing. utinã Audiar, audiaris, uel audiare, audiatur. Plur. utinam Audiamur, audiamini audiantur.*

CONI

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti Sing.quum Audiar,audiaris,uel audiare,audiatur. Plur.quum Audiamur, audiamini,audiantur. Præterito imperfecto Sing.quũ Audirer, audireris,uel audirere, audiretur. Plur.quum Audiremur, audiremini,audirentur. Præterito perfecto Sing.quũ Auditus ſim, uel fuerim,auditus ſis,uel fueris,auditus ſit, uel fuerit. Plur.quũ Auditi ſimus,uel fuerimus,auditi ſitis, uel fueritis, auditi ſint, uel fuerint. Præterito pluſquamperfecto Sing.quum Auditus eſſem, uel fuiſſem,auditus eſſes,uel fuiſſes,auditus eſſet,uel fuiſſet. Plur. quũ Auditi eſſemus, uel fuiſſemus,auditi eſſetis,uel fuiſſetis, auditi eſſent,uel fuiſſent. Futuro Sing.quum Auditus ero,uel fuero,auditus eris,uel fueris,auditus erit,uel fuerit. Plur.quũ Auditi erimus,uel fuerimus,auditi eritis,uel fueritis,auditi erunt,uel fuerint.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto, Audiri. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto, Auditum eſſe,uel fuiſſe. Futuro,Auditum iri.*

Duo Participia trahuntur ab hoc uerbo paſſiuo, alterum præteriti perfecti & pluſquamperfecti temporis in tus,quod eſt Auditus:alterum futuri in dus,quod eſt Audiendus.

Declina Auditur imperſonale.

INDICATIVO *modo tẽpore præſenti,Auditur. Præterito imperfecto, Audiebatur. Præterito perfecto,Auditũ eſt, uel fuit. Præterito pluſquamperfecto, Auditum erat,uel fuerat. Futuro,Audietur.*

IMPERATIVO *modo tẽpore præſenti, Audiatur.Futuro Auditor.*

OPTATIVO *modo tẽpore præſenti & Præterito imperfecto,utinam Audiretur. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto,utinã Auditum eſſet,uel fuiſſet. Futuro,utinam Audiatur.*

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti,quum Audiatur. Præterito imperfecto,quũ Audiretur. Præterito perfecto,quũ Auditũ ſit,uel fuerit. Præterito pluſquãperfecto, quũ*

Auditum eſſet uel fuiſſet. Futuro, quum Auditum erit, uel fuerit.
INFINITIVO *modo tẽpore præſenti, & Præterito imperfecto, Audiri. Præterito perfecto, & Pluſquamperfecto, Auditum eſſe, uel fuiſſe. Futuro Auditum iri.*

LIBER QVINTVS.

De uerbis Anomalis.

ANOMALA uerba ſunt, quæ aliorum declinationẽ minimè ſequuntur. ut, Sum, es, eſt. Volo, uis, uult. Edo, es, eſt. Fero, fers, fert. Fio, fis, fit. & ab eis compoſita.

Volo uis.

Hæc ſunt in Volo anomala, Vis, Vult, Volumus, & Vultis in præſenti indicatiui: item Vellem, in pręſenti optatiui, & præterito imperfecto coniunctiui: item Velim in futuro optatiui, & præſenti coniunctiui: item Velle in præſenti infinitiui: cætera regulariter declinantur.

Volo anomalum eſt, ubicunq; diſsimile eſt uerbo Colo: unde uis, uult, uolumus, uultis, uellem, uelim, uelis, & uelle dicimus, pro uolis, uolit, uolimus, uolitis, uolerem, uolam, uolas, & uolere: quod perſpicuum, u, in c, conuerſa fuerit.

Edo, es.

Hæc ſunt in Edo anomala: Es, eſt, in præſenti indicatiui: item Es, eſte, in pręſenti imperatiui: item Eſto, Eſtote, in futuro eiuſdẽ: item Eſſem in præſenti optatiui, & præterito imperfecto coniunctiui: item Eſſe, in præſenti infinitiui: cætera regulariter declinãtur.

Latini

Latini ante Ciceronis ætatem hoc uerbum regulariter,teſtibus Diomede,& Seruio,inflectebant. Edo,edis,edit,&c. Sed procedente tempore,gratior eius cœpit eſſe anomalia.
Vergilius:Quid delubra iuuant? eſt mollis flamma medullas.
Idem:-Vt mala culmos Eſſet rubigo.
Plinius:Comeſſe fœtus ſuibus non eſt prodigium.
Ouidius:Eſtur & occulta uitiata putredine nauis.

Fero.

Hæc ſunt in Fero anomala. Fers, Fert,& Fertis, in præſenti indicatiui:item Fer,Ferte,in præſenti imperatiui:item Ferto,Fertote,in futuro eiuſdem:itē Ferrem, in præſenti optatiui, & præterito imperfecto coniunctiui : item Ferre,in præſenti infinitiui.cætera regulariter declinantur.

Vt Volo à colo,ſic Fero à tero in declinatione diſcrepat, præterquam in futuro optatiui, & in præſenti coniunctiui:ubi dicimus Feram,Feras,Ferat. ſicut teram,teras,terat.Cæterum Volo caret ſupinis:Fero Latum habet in ſupino:ut ſupra dictum eſt.

Fio.

Hæc ſunt in Fio anomala: Fierē, in præſenti optatiui, & præterito imperfecto coniunctiui : item Fieri in pręſenti infinitiui.In cæteris quartam coniugationem ſequitur, præterquam in præterito petfecto indicatiui, & his quæ ab illo deriuantur, in quibus inſtar paſsiuorum declinatur.Cæterùm Gerundiis Participiisq; in ns,& in dus,deficit:Supina uerò Factum, Factu, mutuatur à facio Fierem pro firē,& Fieri pro fire,in uerbi,huius inflexu tantummodo dicimus.

Eo.

Eo pręteritum imperfectum indicatiui in bam,&

futurum eiuſdem in bo,enuntiat:atq; in omnibus e, uocalem primæ poſitionis mutat in i,præterquam in his:eunt,eam eas,eunto,& eundi.

Eunt præſentis eſt indicatiui.Eat,Eamus,eant,præſentis imperatiui.Eunto,futuri eiuſdem.Eam,eas,eat,futuri optatiui,& præſentis coniunctiui.Eundi,eundo,eundum,nota ſunt gerundia.

Quæ in imperatiuo patiuntur apocopen.

Hæc in imperatiuo per apocopen proferuntur: Dic, Duc,Fac,& Fer.pro dice, duce,face,& fere. A facio tamen compoſita,ſi a,mutant in i,apocopen minimè patiuntur.ut,Infice:Refice.

Inuenimus etiam Face,Edice,& Circunduce.
Terentius:Orandi iam finem face.
Vergilius:Tu Voluſe armari Volſcorum edice maniplis.
Plautus:Circunduce huc has ædes.

Quæ perfecta ſunt à diuerſis inſtantibus.

Hæc ſunt à diuerſis præſentibus præterita Acui, ab aceo & acuo. Creui, à cerno & creſco. Frixi, à frigeo & frigo.Luxi,à luceo & lugeo.Paui, à paueo & paſco.Pependi,à pendeo & pendo.Paſſus ſum, à pandor & patior.Verſus ſum,à uerror & uertor.

Quæ Præteritum habent utriuſq; declinationis.

Hæc in eodem ſenſu præteritum habent tam actiuæ,quàm paſsiuæ declinationis. Cœno, cœnaui,& cœnatus ſum. Iuro, iuraui, & iuratus ſum. Poto, potaui,& potus ſum. Titubo, titubaui, & titubatus ſum. Aſſueſco,aſſueui,& aſſuetus ſum. Placeo,

ceò, placui, & placitus ſum. Prandeo, prandi, & pranſus ſum. Nubo, nupſi, & nupta ſum. & ſi qua ſunt ſimilia.

Sed horum quædam aliquoties paßiuè capiuntur.

*Lucanus:*_*Si fœdera uobis*
Priſca manent, mihi per Latium iurata Tonantem.

*Iuuenalis:*_*Epotaq; flumina Medo Prandente.*

Quæ duplicem ſequuntur Coniugationem.

Morior, Orior, & Potior tam tertiæ quàm quartæ coniugationis inueniuntur: ſed in infinitiuo Mori tantum dicimus ſecundum tertiam: item Oriri & Potiri ſecundum quartam.

Coniugationum diuerſitatem in his procliuius eſt dignoſcere in carmine, quàm proſa oratione: nam ſecũdum tertiam hæc ipſa uerba penultimam ſecundæ perſonæ præſentis indicatiui corripiunt, ſecundum quartam producunt.

Lucanus: *Non gratis moritur, iugulo qui prouocat hoſtem.*

Ennius: *Nunc eſt ille dies, quum gloria maxima ſeſe*
Nobis oſtendat: ſeu uiuimus, ſiue morimur.

Vergilius: *Hic primùm ex alto delubri culmine telis*
Obruimur noſtrorum: oriturq; miſerrima cædes.

Lucilius: *Conturbare animam potis eſt, quicunq; adoritur.*

Vergilius: *Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro*
Vi potitur: quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Lucilius: *Deficit alma Ceres: nec plebes pane potitur.*

Cæterum Ouidius Moriri uſurpauit dicens:
At ſtrepitum mortemq; timens, cupiduſq; moriri.

Quæ in eodem ſignificato dubiam habent terminationem.

Hæc in eadem ſignificatione ancipitem habent

terminationem. Aſſentio & Aſſentior, Labo & Labor, Mereo & Mereor, Modero & Moderor, Populo & Populor, Reuerto & Reuertor, Auguro & Auguror, Comito & Comitor, & id genus pauca.

Sed antiquiſsimis non niſi neceſſariò, parceq́; abutendũ eſt. Cicero: Nam aduertebatur Pompeij familiares aſſentire Volcatio. Idem: Huic aſſentiuntur reliqui conſulares, præter Seruilium.
Vergil.–Labat ariete crebro Ianua.
Ouidius: Tempora labuntur, tacitisq́; ſeneſcimus annis.
Vergilius: Si bene quid de te merui.
Plautus: De mendico malè meretur.
Salluſtius: Vbi hoc exemplo per ſenatus decretum Cõſul gladium adduxerit, quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit?
Terẽt. Ex ſua libidine moderantur, quæ nunc eſt, nõ quæ olim fuit.
Vergil.–Populatq́; ingentem farris aceruum.
Idem: Quiſq́; ſuum populatus iter.
Cicero: Conſcendens iam nauem Epheſo Laodiceam iam reuertit.
Idem: Ad Chryſippi laqueos reuertamur.
Vergilius: Et reor, & ſiquid ueri mens augurat, opto.
Ouidius: Iamq́; dies aderit, quem non procul auguror eſſe.
Idem: Noſtraq́; adulantes comitant ueſtigia: donec
Excipiunt famulæ. Suetonius: Herilem filium dum comitatur in ſcholas, literas didicit.

De uerbis Defectiuis.

VERBA defectiua ſunt, quæ deficiunt modis, temporibus, numeris, & perſonis: non tamen omnibus.

Volo.

Volo, Nolo, & Malo imperatiuo & ſupinis deficiunt, Malo etiam futuro indicatiui: ſed Nolo habet Nolito & Nolitote in futuro imperatiui.

Odi,

Odi, Noui, Cœpi, Memini.

Odi, Noui, Cœpi, & Memini præteritum perfectum indicatiui tantummodo habent, & ea quæ ab ipſo deriuantur. Sed Memini habet etiam in futuro imperatiui Memento & Mementote: Odi uerò ſupinum Oſum, & Cœpi Cœptũ: unde fiunt Oſus, Oſurus, & Cœptus participia.

Hæc uerba geminum ſenſum habent.ut Noui,*hoc eſt,cognoſco, uel cognoui.Noueram,hoc eſt,cognoſcebam uel cognoueram.Nouiſſem,hoc eſt,cognoſcerem,uel cognouiſſem.ſi* Nouerim,*hoc eſt ſi cognoſcam,uel cognouerim. ſi* Nouero, *hoc eſt, ſi cognoſcam, uel cognouero.*Nouiſſe,*hoc eſt,cognoſcere, uel cognouiſſe. cõſimiliter & alia ſunt exponenda. Differunt ergo* Noui *à noſco,&* Noui *defectiuum,quia illud ſolum præteritum perfectum deſignat, hoc præſens & præteritum perfectum. Terentius:* Noui *æque omnia tecum,*Hoc *eſt ſcio. Cæterum quamuis Oſus & Oſurus parum uſitata uideri queant,* Plautus *tamen dixit,Inimicos ſemper omnia ſum obtuerier.*Et Cicero:*Negabat ullam uocem inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri,quàm eius qui dixiſſet,ita amare oportere, ut aliquando eſſet oſurus.*
Vergilius: Accipe iuſſis Carmina cœpta tuis.
Horatius: Dimidium facti qui cœpit habet.

Furis, Daris, Faris.

Furis, Daris, & Faris, prima duntaxat poſitione deficiunt.

Forem.

Forem, fores, foret. Plur.forent,dicimus: pro Eſſem,eſſes,eſſet, eſſent,in præſenti optatiui & in præterito imperfecto coniunctiui: & Fore, pro futurum eſſe,in futuro infinitiui.Cæteris caret.

Infit.

Infit (pro dicere incipit) ſolummodo legimus.

Vergil. Tum ſic affatur regem, atq; ita turbidus infit. Plautus infit, pro incipit, ſolum uſurpauit dicens: Infit lenoni ſuadere, ut ſecum eat.

Quæſo.

Quæſo, & Quæſumus, item Quæſit, ſed rariſsimè dicimus. cæteris caret.

Silius: Non *ardua regnis Quæſumus, aut inhonora tuis.*

Lucretius: Ni *Diuûm pacem uotis adit, aut prece quæſit.*

Quæſo uſitatius eſt, quàm ut probatione indigeat.

Inquio.

Inquio, inquis, inquit. Pluraliter, Inquiunt. Præterito perfecto, Inquiſti. Imperatiuo Inque, inquiat. Futuro Inquito: cæteris caret.

Cicero: Aucupari uerba oportebit, inquio: ut ea quæ ſunt frigidiora uitemus. Idem: Vbi ſunt Pamphile (inquiunt) ſcyphi? Idē: Tu uerò (inquiſti) moleſtus non eris. Plautus: Ius bonum erat Pſeudolus: dabo, inque. Cicero: Quid enim tibi uis? aliquis inquiat. Plautus: Ita Dij faxint, inquito.

Inquam.

Inquam, licet ſit temporis futuri, pro inquiam ſecundum analogiam, ſignificat tamen dixi.

Plautus: Saluete, inquam, quo imus una inquam, ad prandium? atque illi tacenti.

Auſim.

Auſim, auſis, auſit. Pluràliter, Auſint, reperimus. cæteris caret.

Faxo.

Faxo, uel Faxim, faxis, faxit. Pluraliter, Faxint, dicimus. cæteris caret.

Terentius: Imò uerò indignum Chreme iam facinus faxo ex me audies.

Plaut

Plautus: Faxim lenonum & ſcortorum minus, & minus damnoſorum hominum.

Aio.

Aio, ais, ait. Plur. Aiunt. item Aiebam, per totum imperfectũ. Imperatiuo, Ai. Futuro Optatiui, Aiat. Plural. Aiatis, aiant. cæteris caret.

Vetuſtiſſimi, teſte Priſciano, Aio, ij, gemino ſcribebant, Vnde Aio biſſyllabũ proferendũ eſt, quia in eo uerbo unicum, i, uim retinet duplicis cõſonantis: & ſic in tribus perſonis ſingularibus pariſyllabum eſt, quum omnia in, io, deſinentia, primam perſonã reliquis duabus habeant una ſyllaba maiorem: ut, Facio, facis, facit: Fodio, fodis, fodit: Fugio, fugis fugit: Audio, audis, audit: Dormio, dormis, dormit: Venio, uenis, uenit.

Terentius: Aiebas patrem hic aſtare.

Ennius: An nata eſt ſponſa prægnans, uel ai, uel nega.

Aul. Gell. Siue aias, ſiue neges, hærebis in captione.

Cicero: Quaſi ego curem, quid ille aiat, aut neget.

Aue, Salue.

Aue & Salue nõ habent niſi ſecũdas perſonas tam præſentis, quàm futuri imperatiui, cũ præſenti infinitiui. Legimus etiam Saluebis, ſed rariſsime.

Martialis: Iam ſatis eſt, non uis Apher auere: Vale.

Horatius: Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus,
Ruris amatores. Cicero ad Atticũ: Valebis igitur, & ualere Pyliam & Ceciliã noſtrã iubebis literis, & ſaluebis à meo Cicerone.

Cedo.

Cedo, pro dic, ſeu exhibe, ſecundam tantum perſonam habet præſentis imperatiui.

Terentius: At poſtquam id euenit, cedo, nunquid circunſpexti?

Idem: Poſtremo aut deſine, aut cedo quẽuis arbitrum, te plura in hac re peccare oſtendam.

Apage.

Apage,pro fuge hinc:& Apageſis,pro fuge hinc ſi uis:& Apagete,tantummodo legimus.

Apage Græca dictio eſt,qua nunc ut aduerbio,nũc ut uerbo utimur,ſignificantes rei alicuius faſtidium.

Plautus: Apage iſtiuſmodi ſalutem cum cruciatu,quæ aduenit.

Idem: Apage te à dorſo meo amator.

Terentius: Apageſis,ego formidoloſus?

Apuleius: Apagete(inquit)fœtorem extremæ latrinæ.

Sodes,Leuaſſo,&c.

Sodes, Leuaſſo, Prohibeſsit, Seruaſsint, Exceſsis, Taxis,& Videſis,non niſi apud uetuſtiſsimos inueniuntur.

Dicebant autem Sodes,pro ſi audes: Leuaſſo,pro leuo,aut leuabo:Prohibeßit,pro prohibet:Seruaßint,pro ſeruẽt:Exceßis,pro excedas:Taxis,pro tangas:Videſis,pro uide ſi uis.

Terentius:Heus puer,dic ſodes,quis heri Chryſidem habuit?

Ennius:O Tite,ſi quid ego adiuto,curam'ue leuaſſo.

Quæ nunc te coquit.

Plaut. Id Iuppiter prohibeſsit. Idem: Dij ſeruaßint.

Terentius: Caue,quoquam ex iſthoc exceßis loco.

Varro: Caue ne meum taxis librum.

Perſius: Videſis ne maiorum tibi forte Limina frigeſcant.

Siquis curioſius antiquitatem perſcrutabitur,longe plura inueniet:cuius generis ſunt: Sultis,pro ſi uultis: Caueſis, Capeſis,pro caue ſi uis,cape ſi uis:Irritaßis,pro irrites:Locaßim,pro locẽ: Danunt,pro dant: Perduint,pro perdãt:Duis,duit,pro des,det:Creduis,pro credas: Supplicaßis,Negaßis,pro ſupplices,neges.

Declina,Sum.

INDICATIVO *modo tẽpore præſenti Sing.Sum,es,eſt. Plur.Sumus eſtis ſunt. Præterito imperfecto Sing.Eram,eras, erat. Plur.Eramus,eratis,erant. Præterito perfecto Sing.Fui,*

ſti

ſti,fuit. Plur. Fuimus,fuiſtis,fuerunt,uel fuere. Præterito pluſquamperfecto Sing.Fueră,fueras,fuerat. Plur.Fueramus fueratis,fuerant. Futuro Sing.Ero,eris,erit. Plur.Erimus,eritis,erũt.

IMPERATIVO *modo tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam Sing.Sis,uel es,ſit. Plur.ſimus,ſitis,uel eſte, ſint. Futuro Sing.Eſto tu,uel ille. Plur.Simus,eſtote,ſunto.*

OPTATIVO *modo tẽpore præſenti,& præterito imperfecto Sing.utinã Eſſem,eſſes,eſſet. Plur.utinam Eſſemus,eſſetis, eſſent. Præterito perfecto & Pluſquãperfecto Sing.utinã fuiſſem,fuiſſes,fuiſſet. Plur.utinã Fuiſſemus,fuiſſetis,fuiſſent. Futuro Sing.utinam Sim,ſis,ſit. Plur.utinam Simus,ſitis,ſint.*

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti Sing.quum Sim,ſis,ſit. Plur.quũ ſimus,ſitis,ſint. Præterito imperfecto Sing. quũ Eſſem,eſſes,eſſet. Plur.quũ Eſſemus,eſſetis,eſſent. Præterito perfecto Sing.quũ Fuerim,fueris,fuerit. Plur.quũ Fuerimus. fueritis,fuerint. Præterito pluſquamperfecto Sing.quũ Fuiſſem, fuiſſes,fuiſſet. Plur.quũ Fuiſſemus,fuiſſetis,fuiſſent. Futuro Sing. quũ Fuero,fueris,fuerit. Plur.quũ Fuerimus,fueritis,fuerint.*

INFINITIVO *modo tẽpore præſenti & Præterito imperfecto,Eſſe. Præterito perfecto & pluſquamperfecto, Fuiſſe. Futuro caret.*

Gerundijs,Supinis,& Participijs caret.

Quæcunq; à Sum componuntur, ſeruant ſimplicis declinationem,præter Poſſum,quia Potui habet in præterito.

Declina,Poſſum.

INDICATIVO *modo tẽpore præſenti Sing.Poſſum,potes,poteſt. Plur.Poſſumus, poteſtis, poſſunt. Ptõ imperfecto Sin.Poteram,poteras,poterat.. Plur.Poteramus,poteratis,poterant. Præterito perfecto Sing.Potui,potuiſti, potuit. Plur. Potuimus,potuiſtis,potuerũt,uel potuere. Præterito pluſquãperfecto Sing.Potuerã,potueras,potuerat. Plur.Potueramus,potueratis,potuerãt. Futuro Sing.Potero,poteris,poterit. Plur.Poterimus*

rimus,poteritis,poterunt.

IMPERATIVO *modo tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam Sing.* Poßis,poßit. *Plur.*Poßimus,poteſte, poßint. *Futuro Sing.* Poteſto tu,uel ille. *Plur.*Poßimus,poteſtate,poſſunto.

OPTATIVO *modo tempore præſenti,& Præterito imperfecto Sing.utinã* Poſſem,poſſes poſſet. *Plur.utinã* Poſſemus, poſſetis,poſſent. *Præterito perfecto & Pluſquamperfecto Sing. utinam* Potuiſſem,potuiſſes,potuiſſet. *Plur.utinam* Potuiſſemus, potuiſſetis,potuiſſent. *Futuro Sing.utinam* Poßim,poßis poßit. *Plur.utinam* Poßimus,poßitis,poßint.

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti Sing.quũ* Poßim,poßis,poßit. *Plur.quũ* poßimus, poßitis, poßint. *Præterito imperfecto Sing.quum* Poſſem,poſſes,poſſet, *Plur.quum* Poſſemus,poſſetis,poſſent. *Præterito perfecto Sing. quum* Potuerim,potueris,potuerit. *Plur.quũ* Potuerimus,potueritis,potuerint. *Præterito pluſquamperfecto Sing.quum* Potuiſſem,potuiſſes,potuiſſet. *Plur.quum* Potuiſſemus,potuiſſetis,potuiſſent. *Futuro Sing.quum* Potuero,potueris, potuerit. *Plur.quum* Potuerimus,potueritis,potuerint.

INFINITIVO *modo tempore præſenti,& Præterito imperfecto,*Poſſe. *Præterito perfecto & Pluſquamperfecto,* Potuiſſe. *Futuro caret.*

GERVNDIIS *& Supinis caret:habet unum participium,*Potens.*ſic ut* Abſum Abſens,*&* Præſum Præſens:*quãquam* Potens *plurimorum cõſenſu potius nomen eſt,quàm participium. ſed* Adſum,Deſum,Inſum,Interſum, Obſum, Proſum,Subſum *&* Superſum *participia non habent.*

Declina Volo.

INDICATIVO *modo tempore præſenti Sing.*Volo,uis, uult. *Plur.*Volumus,uultis,uolunt. *Præterito imperfecto Singul.* Volebam,uolebas,uolebat. *Plur.* Volebamus,uolebatis,uolebant.

lebant. Præterito perfecto Sing. Volui,uoluiſti,uoluit. Plur. Voluimus,uoluiſtis,uoluerunt,uel uoluere. Præterito pluſquãperfecto Sing. Voluerã,uolueras,uoluerat. Plur. Volueramus, uolueratis, uoluerant.Futuro Singul. Volam,uoles,uolet. Plur. Volemus,uoletis,uolent. Imperatiuo caret.

OPTATIVO *modo tempore præſenti,& præterito imperfecto Sing.utinam Vellem,uelles,uellet. Plur.utinam Vellemus,uelletis,uellent. Præterito imperfecto & Pluſquamperfecto Sing.utinam Voluiſſem,ſes,ſet. Plur.utinam,Voluiſſemus,ſetis,ſent. Futuro Sing.Vtinam Velim,lis,lit. Plur.utinam Velimus,litis,lint.*

CONIVNCTIVO *modo tẽpore præſenti Sing.quũ Velim,uelis,uelit. Plur.quũ Velimus,litis,lint. Præterito imperfecto Sing.quũ Vellẽ,les,let.Plur.quũ Vellemus,letis,lent. Præterito perfecto Sing.quũ Voluerim,lueris,luerit. Plur.quũ Voluerimus,ritis,rint. Præterito pluſquãperfecto ſing.quũ Voluiſſem,ſes,ſet. Plur.quũ Voluiſſemus.ſetis,ſent. Futuro Sing.quum Voluero,luris,luerit. Plur.quũ Voluerimus,uolueritis.uoluerint.*

INFINITIVO *modo tẽpore præſenti,& Præterito imperfecto, Velle. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto, Voluiſſe.Futuro caret.*

Gerundijs & Supinis caret.habet Participium Volens.

Sic declinantur Malo & Nolo:ſed Malo futuro indicatiui caret.ut dictum eſt:item Participijs:Nolo habet(ut dictum eſt etiã) Noli,Nolite,Nolito,Nolitote.

Declina Fero.

INDICATIVO *modo tẽpore præſenti Sing.Fero,fers, fert. Plur.Ferimus,fertis ferunt. Præterito imperfecto Sing. Ferebã,ferebas,ferebat. Plur.Ferebamus,ferebatis,ferebãt. Præterito perfecto Sing.Tuli,tuliſti,tulit. Plur.Tulimus,tuliſtis,tulerunt,uel tulere. Præterito pluſquãperfecto Sing.Tulerã,tule-*

ras

ras,tulerat. Plur.Tuleramus,tuleratis,tulerant. Futuro Sing. Feram,feres,feret. Plur.Feremus,feretis,ferent.

IMPERATIVO *modo tempore præſenti ad ſecundā & tertiam perſonā Fer,ferat. Plur.Feramus, ferte,ferant. Futuro,Ferto tu,uel ille. Plur.Feramus,fertote,ferunto.*

OPTATIVO *modo tempore præſenti,& præterito imperfecto Sing.utinam Ferrem,ferres,ferret. Plur.utinam Ferremus,ferretis,ferrent. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto Sing.utinā Tuliſſem,tuliſſes,tuliſſet. Plur.utinā Tuliſſemus,tuliſſetis,tuliſſent. Futuro Sing.utinam Feram,feras,ferat. Plur.utinam Feramus,feratis,ferant.*

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti,Sing.quum Feram,feras,ferat.Plur.quum Feramus,feratis,ferant. Præterito imperfecto Sing.quum Ferrem,ferres,ferret. Plur.quū Ferremus,ferretis,ferrent. Præterito perfecto Sing.quum Tulerim, tuleris,tulerit. Plur.quum Tulerimus,tuleritis,tulerint. Præterito Pluſquamperfecto Sing.quum Tuliſſem,tuliſſes,tuliſſet. Plur. quum Tuliſſemus,tuliſſetis,tuliſſent. Futuro Sing.quum Tulero,tuleris,tulerit. Plu.quum Tulerimus,tuleritis,tulerint.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto,Ferre. Præteritoperfecto & Pluſquamperfecto,Tuliſſe. Futuro,Latum ire,uel laturum eſſe.*

GERVNDIA *uel Participialia nomina ſunt hæc Ferendi,ferendo,ferendum.*

SVPINA *ſunt hæc,Latum latu.*

Duo participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo,alterū præſentis & præteriti imperfecti temporis in ns,quod eſt ferens:alterū futuri in rus,quod eſt Laturus.

Declina,Feror.

INDICATIVO *modo tēpore præſenti Sing.Feror,ferris,uel ferre fertur. Plur.Ferimur,ferimini,feruntur. Præterito imperfecto Sing.Ferebar,ferebaris,uel ferebare,ferebatur. Plur. Ferebamur,ferebamini,ferebātur. Ptō perfecto Sing.Latus ſum,* uel

uel fui,latus es, uel fuiſti,latus eſt,uel fuit. Plur. *Lati ſumus,uel fuimus,lati eſtis,uel fuiſtis,lati ſunt,fuerunt,uel fuere.* Præterito Pluſquãperfecto Sing. *Latus eram uel fuerã,latus eras,uel fueras, latus erat,uel fuerat.* Plur. *Lati eramus,uel fueramus,lati eratis, uel fueratis,lati erant,uel fuerant,* Futuro Sing. *Ferar,fereris, uel ferere,feretur.* Plur. *Feremur,feremini,ferentur.*

IMPERATIVO *modo tempore peræſenti ad ſecundam & tertiam perſonam Sing. Ferre, feratur.* Plur. *Feramur, ferimini, ferantur.* Futuro Sing. *Fertor tu,uel ille.* Plur. *Feramur, feriminor,feruntor.*

OPTATIVO *modo tempore præſenti,& Præterito imperfecto Sing. utinam Ferrer,ferreris,uel ferrere,ferretur.* Plur. *utinã Ferremur,ferremini.ferrẽtur.* Præterito perfecto & Pluſquãperfecto Sing. *utinã Latus eſſem,uel fuiſſem,latus eſſes,uel fuiſſes,latus eſſet,uel fuiſſet.* Plur. *utinã Lati eſſemus,uel fuiſſemus,lati eſſetis,uel fuiſſetis,lati eſſent,uel fuiſſent.* Futuro Sing. *utinã Ferar feraris,uel ferare,feratur.* Plur. *utinã Feramur,feramini,ferãtur.*

CONIVNCTIVO *modo tẽpore præſenti Sing. quũ Ferar,feraris,uel ferare,feratur.* Plur. *quũ Feramur,feramini,ferantur.* Præterito imperfecto Sing. *quũ Ferrer, ferreris, uel ferrere,ferretur.* Plur. *quũ Ferremur,ferremini,ferrentur.* Præterito perfecto Sing. *quũ Latus ſim,uel fuerim,latus ſis,uel fueris,latus ſit,uel fuerit.* Plu. *quũ Lati ſimus,uel fuerimus,lati ſitis,uel fueritis,lati ſint,uel fuerint.* Præterito pluſquãperfecto Sing. *quum latus eſſem,uel fuiſſem,latus eſſes,uel fuiſſes,latus eſſet,uel fuiſſet.* Plur. *quũ Lati eſſemus,uel fuiſſemus,lati eſſetis,uel fuiſſetis,lati eſſent,uel fuiſſent.* Futuro Sing. *quum Latus ero,uel fuero,latus eris,uel fueris,latus erit,uel fuerit.* Plur. *quum Lati erimus, uel fuerimus,lati eritis,uel fueritis,latt erunt,uel fuerint.*

INFINITIVO *modo tẽpore præſenti,& Præterito imperfecto,Ferri.* Præterito perfecto & Pluſquamperfecto, *Latum eſſe,uel fuiſſe.* Futuro, *Latum iri.*

Duo Participia trahuntur ab hoc uerao paſsiuo,alterum præteriti perfecti & pluſquamperfecti temporis in tus,quod eſt Latus:*alterum futuri in dus,quod eſt* Ferendus.

Declina Fertur imperſonale.

INDICATIVO *modo tēpore præſenti,*Fertur.*Præterito imperfecto,*Ferebatur.*Præterito perfecto,*Latū *eſt uel fuit.* Præterito *pluſquāperfecto,*Latum *erat,uel fuerat.*Futuro,Feratur.

IMPERATIVO *modo tempore præſenti,*Feratur. *Futuro,*Fertor.

OPTATIVO *modo tēpore præſenti,&* Præterito *imperfecto utinā* Ferretur. *Præterito perfecto &* Pluſquamperfecto, *utinam* Latum *eſſet,uel fuiſſet.* Futuro,*utinam* Feratur.

CONIVNCTIVO *modo tēpore præſenti,quū* Feratur. *Præterito imperfecto,quū* Ferretur. *Præterito perfecto,quū* Latum *ſit uel fuerit.* Præterito *pluſquamperfecto,quum* Latum *eſſet,uel fuiſſet.* Futuro,*quum* Latum *erit,uel fuerit.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti,&* Præterito *imperfecto,*Ferri. *Præterito perfecto,&* Pluſquamperfecto,Latum *eſſe,uel fuiſſe.* Futuro,Latum *iri.*

Declina Edo anomalum.

INDICATIVO *modo tēpore præſenti* Sing.Edo,*es,eſt.* Plur.*Edimus,editis,edunt.* Præterito *imperfecto* Sing. *Edebā, edebas,edebat.* Plur. *Edebamus, edebatis, edebant.* Præterito *perfecto* Sng.*Edi,ediſti,edit.* Plur. *Edimus, ediſtis,ederunt,uel edere.* Præterito *pluſquamperfecto* Sing.*Ederā,ederas,ederat.* Plur.*Ederamus,ederatis, ederant.* Futuro Sing.*Edam,edes, edet.* Plur.*Edemus,edetis,edent.*

IMPERATIVO *modo tempore præſenti ad ſecundā & tertiam perſonam* Sing.*Es,edat.* Plur.*Edamus,eſte,edant.* Futuro Sing.*Eſto,tu,uel ile.* Plur.*Edamus,eſtote,edunto.*

OPTATIVO *modo tempore præſenti,&* Præterito *imperfecto* Sing.*utinam* Eſſem,*eſſes,eſſet.* Plur.*utinam* Eſſemus, *eſſetis,eſſent.* Præterito *perfecto &* Pluſquamperfecto Singul.

utinam

utinam Ediſſem, ediſſes, ediſſet. Plur. utinam Ediſſemus, ediſſetis, ediſſent. Futuro Sing. utinam Edam, edas, edat. Plur. utinam Edamus, edatis, edant.

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti Sing. quum Edam, edas, edat. Plur. quum Edamus, edatis, edant. Præterito imperfecto, Sing. quum Eſſem, eſſes, eſſet. Plur. quum Eſſemus, eſſetis, eſſent. Præterito perfecto Sing. quũ Ederim, ederis, ederit. Plur. quum Ederimus, ederitis, ederint. Præterito pluſquamperfecto Singul. quum Ediſſem, ediſſes, ediſſet. Plur. quum Ediſſemus, ediſſetis, ediſſent. Futuro Sing. quum Edero, ederis, ederit. Plur. quum Ederimus, ederitis, ederint.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti & Præterito imperfecto, Eſſe. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto, Ediſſe. Futuro, Eſum ire, uel eſurum eſſe.*

GERVNDIA *uel participialia nomina ſunt hæc. Edendi, Edendo, Edendum.*

SVPINA *ſunt hæc, Eſum, eſu.*

Duo Participia trahuntur ab hoc uerbo actiuo, alterum præſentis & præteriti imperfecti temporis in ns, quod eſt Edens: alterum futuri in rus, quod eſt Eſurus.

Quòd autem Edo, Es, poßimus dicere, teſtis eſt Vergil. dicens: Eſt mollis flamma medullas. Item quod à doctis dicitur, Eſſe decet uiuas, uiuere non ut edas.

Declina Edo rectè, & antiquè.

Indicatiuo modo tempore præſenti Sing. Edo, edis, edit. Plur. Edimus editis edunt. Præterito imperfecto, Edebam. Perfecto Edi. Pluſquamperfecto, Ederam. Futuro, Edam.

Imperatiuo Ede, edat. Plur. Edamus, edite, edant. Futuro, Edito tu, uel ille. Plur. Edamus, editote, edunto.

Optatiuo modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto, utinam Ederem. Perfecto & pluſquamperfecto, utinam Ediſſem. Futuro, utinam Edam.

Coniunctiuo modo tempore præſenti, quum Edam. *Præterito imperfecto, quum* Ederem. *Perfecto, quum* Ederim. *Pluſquamperfecto, quum* Ediſſem. *Futuro, quum* Edero.

Infinitiuo modo tempore præſenti, & præterito imperfecto, Edere. *Perfecto & pluſquāperfecto* Ediſſe. *Futuro* Eſum ire, *uel* eſurum eſſe.

Gerundia, Edendi, Edendo, Edendum. *Supina,* Eſum, Eſu. *Participia,* Edens, & Eſurus.

Edo habet'ne paßiuum? Maximè: nam Deuoro, Edo, & *Mando mandis, faciunt tranſitionem ad accuſatiuum perſonæ.*

Ouidius: Deuorer *ante precor ſubito telluris hiatu.*

Vergilius: Nec *te tantus edat tacitam dolor.*

Ennius: Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem: Heu quā crudeli condebat membra ſepulchro. Quanquam Edo *apud recentiores uix reperitur paßiuum, niſi in tertijs perſonis.*

Declina Eſtur, uel Editur impersonale.

Indicatiuo modo tempore præſenti, Eſtur, *uel* Editur. *Præterito imperfecto,* Edebatur. *Perfecto,* Eſum eſt, *uel* fuit. *Pluſquamperfecto,* Eſum erat, *uel* fuerat. *Futuro,* Edetur.

Imperatiuo modo tempore præſenti Edatur. *Futuro,* Editor.

Optatiuo modo tēpore præſenti, & Præterito imperfecto, utinam Ederetur. *Præterito perfecto & Pluſquamperfecto, utinam* Eſum eſſet, *uel* fuiſſet. *Futuro, utinam* Edatur.

Coniunctiuo modo tempore præſenti, quum Edatur. *Præterito imperfecto, quum* Ederetur. *Perfecto, quum* Eſum ſit, *uel* fuerit. *Pluſquam perfecto, quum* Eſum eſſet, *uel* fuiſſet. *Futuro, quum* Eſum erit, *uel* fuerit.

Infinitiuo modo tēpore præſenti, & Præterito imperfecto, Edi. *Præterito perfecto, & Pluſquamperfecto,* Eſum eſſe, *uel* fuiſſe. *Futuro,* Eſum iri.

Decl

Declina Eo.

INDICATIVO *modo tempore præſenti Sing.* Eo,is,it. *Plur.* Imus,itis,eunt. *Præterito imperfecto Singul.* Ibam,ibas, ibat. *Plur.* Ibamus, ibatis, ibant. *Præterito perfecto Sing.* Iui, iuiſti, iuit. *Plur.* Iuimus,iuiſtis,iuerunt,*uel* iuere.*uel per ſyncopam,Sing.* ij ijſti ijt.*Plural.* ijmus ijſtis ierunt *uel* iere. *Præterito plusquamperfecto Sing.* Iueram, iueras, iuerat. *Plur.* Iueramus, iueratis,iuerãt.*Vel per ſyncopã,Sing.* Ierã,ieras,ierat. *Plur.* Ieramus,ieratis,ierãt. *Futuro Sing.* Ibo,ibis,ibit.*Plu.* Ibimus,ibitis,ibũt.

IMPERATIVO *modo tempore præſenti, ad ſecundam & tertiam perſonam Sing.* I,eat. *Plur.* Eamus,ite,eant. *Futuro Sing.* Ito tu,*uel* ille. *Plur.* Eamus,itote,eunto.

OPTATIVO *modo tempore præſenti,& Præterito imperfecto Sing.utinam* Irem,ires,iret. *Plur.utinam* Iremus,iretis, irent. *Præterito perfecto & Pluſquamperfecto Sing.utinã* Iuiſſem,iuiſſes,iuiſſet. *Plur.utinam* Iuiſſemus, iuiſſetis, iuiſſent. *Vel per ſyncopam* Iiſſem, *&c. Futuro Singul.utinam* Eam,eas,eat. *Plur.utinam* Eamus,eatis,eant.

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti Sing.quum* Eam,eas,eat.*Plur.quum* Eamus,eatis,eant. *Præterito imperfecto Sing.quum* Irem,ires,iret. *Plur.quum* Iremus, iretis, irent. *Præterito perfecto Sing.quum* Iuerim,iueris,iuerit. *Plur.quũ* Iuerimus,iueritis,iuerint. *Vel per ſyncopam* Ierim,*&c. Præterito pluſquamperfecto Sing.quum* Iuiſſem, iuiſſes,iuiſſet. *Plur. quum* Iuiſſemus, iuiſſetis,iuiſſent. *Vel per ſyncopam* Iiſſem, *&c. Futuro Sing.quum* Iuero,iueris,iuerit. *Plur.quum* Iuerimus, iueritis,iuerint.*Vel per ſyncopam* Iero *&c.*

INFINITIVO *modo tẽpore præſenti,& Præterito imperfecto,* Ire. *Præterito perfecto & Pluſquamperfecto,* Iuiſſe. *Vel per ſyncopam* Iiſſe.*Futuro,*Itum ire,*uel* iturum eſſe.

GERVNDIA *uel Participialia nomina ſunt hæc,* Eundi, Eundo,Eundum.

SVPINA *ſunt hæc, Itum, Itu.*

Duo Participia trahuntur ab hoc uerbo neutro, alterum præſentis & præteriti imperfecti temporis in ns, quod eſt Iens, *euntis. alterum futuri in rus, quod eſt* Iturus.

Sic declinatur Queo & Nequeo.

Declina Itur imperſonale.

Indicatiuo modo tempore præſenti, Itur. *Præterito imperfecto,* Ibatur. *Perfecto* Itum *eſt, uel fuit.* *Pluſquamperfecto,* Itum *erat, uel fuerat.* *Futuro,* Ibitur.

Imperatiuo modo tempore præſenti, Eatur. *Futuro,* Itor.

Optatiuo modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto, utinam Iretur. *Præterito perfecto & Pluſquamperfecto, utinam* Itum *eſſet uel fuiſſet. Futuro utinam* Eatur.

Coniunctiuo modo tempore præſenti, quum Eatur. *Præterito imperfecto, quum* Iretur. *Perfecto, quum* Itum *ſit, uel fuerit.* *Pluſquamperfecto, quum* Itum *eſſet, uel fuiſſet.* *Futuro, quum* Itum *erit, uel fuerit.*

Infinitiuo modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto, Iri. *Præterito perfecto & Pluſquamperfecto,* Itum *eſſe, uel fuiſſe.* *Futuro,* Itum iri.

Declina Veneo.

INDICATIVO *modo tempore præſenti Sing.* Veneo, *uenis, uenit.* *Plur.* Venimus, *uenitis, ueneunt.* *Præterito imperfecto Sing.* Venibam, *uenibas, uenibat.* *Plur.* Venibamus, *uenibatis, uenibant.* *Præterito perfecto Sing.* Veniui, *ueniuiſti, ueniuit.* *Plur.* Veniuimus, *ueniuiſtis, ueniuerunt, uel ueniuère. Vel per ſyncopam* Venij, &c. *Præterito pluſquamperfecto Sing.* Veniueram, *ueniueras, ueniuerat.* *Plur.* Veniueramus, *ueniueratis, ueniuerant. Vel per ſyncopam* Venieram, &c. *Futuro Sing.* Venibo, *uenibis, uenibit.* *Plur.* Venibimus, *uenibitis, uenibunt.*

IMPERATIVO *modo tẽpore præſenti ad ſecundã & tertiã perſonã Sing.* Veni, *ueneat.* *Plur.* Veneamus, *uenite, uneãt.*

Futuro Sing.Venito tu,uel ille.Plur.Veneamus,uenitote,ueneūto.

OPTATIVO *modo tempore præſenti,& Præterito imperfecto Sing.utinam Venirem,uenires,ueniret. Plur.utinā Veniremus,ueniretis,uenirent. Præterito perfecto & Pluſquāperfecto Sing.utinam Veniuiſſem,ueniuiſſes,ueniuiſſet. Plur.utinam Veniuiſſemus,ueniuiſſetis,ueniuiſſent. Vel per ſyncopam Veniſſem &c. Futuro Sing.utinam Veneam,ueneas,ueneat. Plur.utinam Veneamus,ueneatis,ueneant.*

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti Sing.quum Veneam,ueneas,ueneat. Plur.quū Veneamus,ueneatis,ueneant. Præterito inperfecto Singul.quum Venirem, uenires,ueniret. Plur.quum Veniremus, ueniretis, uenirent. Præterito perfectō Sing.quum Veniuerim,ueniueris,ueniuerit. Plur.quū Veniuerimus,ueniueritis,ueniuerint.Vel per ſyncopam Venierim,&c. Præterito pluſquamperfecto Sing.quum Veniuiſſem,ueniuiſſes, ueniuiſſet. Plur.quum Veniuiſſemus,ueniuiſſetis,ueniuiſſent.Vel per ſyncopam Veniſſem &c. Futuro Sing.quum Veniuero,ueniueris,ueniuerit. Plur.quum Veniuerimus,ueniueritis, ueniuerint.Vel per ſyncopam Veniero &c.*

INFINITIVO *modo tēpore præſenti,& Præterito imperfecto,Venire. Præterito perfecto,& Pluſquamperfecto,Veniuiſſe.Vel per ſyncopam,Venīſſe. Futuro,Venium ire.*

GERVNDIA *uel Participialia nomina ſunt hæc:Veneundi,Veneundo,Veneundum.*

SVPINA *ſunt hæc,Venum,Venu.*

Participium ab hoc uerbo eſſet Veniens,ueneuntis, per analogiam: ſed uix reperitur.

Oſtende in quibus differunt Veneo,& Venio. A Veneo dicimus Veneunt,Venibam,Veniui,Veniueram,Venibo,Veneat,Veneamus, Veneunto,Veniuiſſem, Veneam, Veniuerim, Veniuero, Veniuiſſe, Venum ire, Veneundi, & Venum Venu. Sed à Venio Veniunt,Veniebam,Veni,Veneram, Veniam,Veniat, Veniamus,Veniunto,Veniſſem,Veniā,Venerim,Venero,Veniſſe, Ven-

tum ire,uel Venturum eſſe, Veniendi, & Ventum Ventu.in reliquis omnibus ſunt ſimilia.

Declina Fio.

INDICATIVO *modo tēpore præſenti Sing.Fio,fis,fit. Plur.Fimus,fitis,fiunt. Præterito imperfecto.Sing.Fiebā,fiebas,fiebat. Plur.Fiebamus,fiebatis,fiebant. Præterito perfecto Sing.Factus ſum,uel fui,factus es,uel fuiſti,factus eſt,uel fuit.Plur. Facti ſumus,uel fuimus,facti eſtis,uel fuiſtis,facti ſunt, fuerūt, uel fuere. Præterito pluſquamperfecto Sing.Factus eram, uel fueram,factus eras,uel fueras,factus erat,uel fuerat. Plur.Facti eramus,uel fueramus,facti eratis,uel fueratis,facti erant,uel fuerant. Futuro Sing.Fiam,fies,fiet.Pluraliter Fiemus, fietis, fient.*

IMPERATIVO *modo tempore præſenti ad ſecundam, & tertiam perſonam.Sing.Fi,fiat. Plur.Fiamus,fite,fiant. Futuro Sing.Fito tu,uel ille. Plur.Fiamus,fitote,fiunto.*

OPTATIVO *modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto Sing.utinam Fierem,fieres,fieret. Plur.utinam Fieremus, fieretis, fierent. Præterito perfecto & Pluſquamperfecto Sing.utinam Factus eſſem,uel fuiſſem, factus eſſes, uel fuiſſes, factus eſſet uel fuiſſet. Plur.utinam Facti eſſemus,uel fuiſſemus,facti eſſetis,uel fuiſſetis,facti eſſent, uel fuiſſent. Futuro Sing.utinam Fiam,fias,fiat. Plur.utinam Fiamus,fiatis,fiant.*

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti Sing.quum Fiam,fias,fiat. Plur.quum Fiamus, fiatis,fiant. Præterito imperfecto Sing.quum Fierē, fieres,fieret. Plur.quum Fieremus, fieretis,fierent. Præterito perfecto Sing.quum Factus ſim, uel fuerim,factus ſis,uel fueris,factus ſit,uel fuerit. Plur.quum Facti ſimus,uel fuerimus,facti ſitis,uel fueritis,facti ſint,uel fuerint. Præterito pluſquamperfecto Sing.quum Factus eſſem, uel fuiſſem, factus eſſes,uel fuiſſes,factus eſſet,uel fuiſſet. Plur.quum Facti eſſemus,uel fuiſſemus,facti eſſetis,uel fuiſſetis,facti eſſent,uel fuiſſent. Futuro Sing.quum Factus ero,uel fuero,factus eris, uel fueris*

factus

factus erit uel fuerit. Plur.quum Facti erimus, uel fuerimus, facti eritis, uel fueritis, facti erunt, uel fuerint.

INFINITIVO *modo tẽpore præſenti, & Præterito imperfecto: Fieri. Præterito perfecto, & Pluſquamperfecto, Factum eſſe, uel fuiſſe. Futuro, Factum iri.*

Gerundijs caret. Supina Factum, Factu, mutuatur à facio. Vnde Factus participium, item Faciendus, à faciens.

Declina Memini.

INDICATIVO *modo tempore præſenti & Præterito perfecto Sing. Memini, meminiſti, meminit. Plur. Meminimus, meminiſtis, meminerunt, uel meminere. Præterito imperfecto & pluſquamperfecto Sing. Memineram, memineras, meminerat. Plur. Memineramus, memineratis, meminerant.*

IMPERATIVO *modo tempore præſenti & futuro ad ſecundas tantum perſonas Singul. Memento tu. Plural. Mementote uos.*

OPTATIVO *modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto, Perfecto & Pluſquamperfecto Singul. utinam Meminiſſem, meminiſſes, meminiſſet. Plur. utinam Meminiſſemus, meminiſſetis, meminiſſent.*

CONIVNCTIVO *modo tempore præſenti, & Præterito perfecto, Singul. quum Meminerim, memineris, meminerit. Plur. quum Meminerimus, memineritis, meminerinrint. Præterito imperfecto, & Pluſquamperfecto Sing. quum Meminiſſem, meminiſſes, meminiſſet. Plur. quum Meminiſſemus, meminiſſetis, meminiſſent. Futuro Sing. quum Meminero, memineris, meminerit. Plur. quum Meminerimus, memineritis, meminerint.*

INFINITIVO *modo tempore præſenti, & Præterito imperfecto, Perfecto & Pluſquamperfecto Meminiſſe: cæteris caret. Sic declinantur Odi, Noui, & Cœpi per œ, diphthongum: niſi quòd imperatiuo deficiunt, ut dictum eſt ſupra: Cepi uerò ſine diphthongo præteritum eſt à Capio capis.*

Declina Oportet.

Indicatiuo modo tempore præſenti, Oportet. *Præterito imperfecto*, Oportebat. *Perfecto*, Oportuit. *Pluſquamperfecto*, Oportuerat. *Futuro*, Oportebit.

Imperatiuo modo tempore præſenti, Oporteat, *tantùm*.

Optatiuo modo tempore præſenti & Præterito imperfecto, utinam Oporteret. *Præterito perfecto & Pluſquamperfecto, utinam* Oportuiſſet. *Futuro, utinam* Oporteat.

Coniunctiuo modo tempore præſenti, quum Oporteat. *Præterito imperfecto, quum* Oporteret. *Perfecto, quum* Oportuerit. *Pluſquamperfecto, quũ* Oportuiſſet. *Futuro, quũ* Oportuerit.

Infinitiuo modo tempore præſenti & Præterito imperfecto, Oportere. *Præterito perfecto, & Pluſquamperfecto*, Oportuiſſe, *cæteris caret.*

Declina Tædet.

Indicatiuo, Tædet, Tædebat, Tæduit, & Pertæſum eſt, uel fuit, Tæduerat, & Pertæſum erat, uel fuerat, Tædebit.

Imperatiuo, Tædeat tantùm.

Optatiuo, utinam Tæderet, Tæduiſſet, & Pertæſum eſſet, uel fuiſſet, Tædeat.

Coniunctiuo, quum Tædeat, Tæderet, Tæduerit, & Pertæſum ſit, uel fuerit, Tæduiſſet, & Pertæſum eſſet, uel fuiſſet. Tæduerit, & Pertæſum erit, uel fuerit.

Infinitiuo Tædere, Tæduiſſe, & Pertæſum eſſe, uel fuiſſe. Participium habet Pertæſus.

Declina Contingit.

Indicatiuo Cõtingit, Cõtingebat, Cõtigit, Contigerat, Cõtinget.

Imperatiuo, Contingat, *tantùm*.

Optatiuo, utinam Contingeret, Contigiſſet, Contingat.

Coniunctiuo, quum, Contingat, Contingeret, Contigerit, Contigiſſet, Contigerit.

Infinitiuo Contingere, Contigiſſe, *cæteris caret.*

DE PARTICIPIO.

PARTICIPIVM eſt pars orationis partem capiens nominis, partemq; uerbi: recipit enim à nomine, genera, & caſus: à uerbo autẽ, tẽpora, & ſignificationes: ab utroq; numerũ & figuram. Dictum eſt Participiũ à parte & capio, quaſi particapiũ: participat nãq; uim partium duarum, quæ ſunt eximiæ in toto ſermone.

Inuentum eſt Participiũ, ut ſermo breuior eſſet, & dilucidior, omiſsis Relatiuis, Aduerbijs, & *Coniunctionibus. ut,* Homo *pauca loquens inter ſapientes connumeratur: pro eo quod eſt,* Homo *qui pauca loquitur inter eos, qui ſapiunt, connumeratur.* Item *Cœnatus eo cubitum: hoc eſt, poſtquam cœnaui.* Et *legens diſce, pro, lege & diſce.* Et *Mulieres ornant ſeſe, ne uiſæ derideantur: hoc eſt, ne ſi uideantur, derideantur.*

Participio accidunt ſex. Genus, Caſus, Tempus, Significatio, Numerus & Figura.

GENERA participiorum ſunt quatuor. Maſculinum, ut lectus. Fœmininum, ut lecta. Neutrũ, ut lectum. Omne, ut hic & hæc & hoc legens.

CASVS participiorum ſunt ſex. Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus.

TEMPORA participiorum ſunt quinq;. Præſens & Præteritum imperfectum ſimul: ut, Legens, qui legit uel legebat. Præteritum perfectum & pluſquamperfectum ſimul: ut, Lectus, qui lectus fuit, uel fuerat. Futurum per ſe: ut, Lecturus, uel legẽdus, qui leget, uel legetur.

SIGNIFICATIONES participiorũ ſunt

quinq;, Actiua, Paſsiua, Neutralis, Deponẽs, & Cõis.

Ratio ſignificationum in participijs ſumitur à uerborũ generibus: quæ (ut dictum eſt) nihil aliud ſunt, quã ſignificationes: nam generibus nominum reſpondent participiorum genera.

Ab Actiuo uerbo participia duo ueniunt: alterũ Præſentis & præteriti imperfecti temporis, ut Legẽs: alterum futuri in rus, ut Lecturus.

A Paſsiuo, duo: alterum Prçteriti perfecti & pluſquamperfecti temporis, ut Lectus: alterum Futuri in dus, ut Legendus.

A Neutro, duo: alterum Præſentis & præteriti imperfecti temporis, ut ſtans: alterum Futuri in rus, ut Staturus,

A Deponenti, tria: unum Præſentis: alterum Præteriti, tertium Futuri in rus. ut Loquens, Locutus, Locuturus.

A communi, quatuor: duo in ſignificatione actiua, ut Criminans & Criminaturus: duo item in ſignificatione paſsiua, ut Criminatus, Criminandus.

OBSERVATIO.

Sciendum inueniri aliquoties à uerbis neutris præteriti temporis participia, ut Vigilatus, Laboratus, Properatus, Diſceſſus, Occaſus, Tranſcurſus, & id genus plurima.

Ouidius: Semiuſtamq; facem uigilata nocte ferebat.
Vergilius: Arte laboratæ ueſtes, oſtroq; ſuperbo.
Ouidius: Vſqueadeo eſt properatus amor.
Cecilius: Cuſtodibus diſceßis multi interficerentur.
Lucilius: Quæ horis ſublata duabus
Omnia ſunt ſole occaſo, ductoq;.
Ouidius: — Decurſa nouißima meta eſt.

Appen

APPENDIX.

A neutropaſsiuis fieri præteriti temporis participia certiſsimum eſt.ut, Auſus, Confiſus, Gauiſus,& Solitus:ab audeo,confido,gaudeo & ſoleo.

Quæ ideo neutropaßiua appellantur,quia præteritum habent paßiuæ declinationis,quod fit per participium præteriti temporis,& uerbum Sum:ut ſupra quoq; dictum eſt.

APPENDIX.

Quæ præterita utriuſq; habent declinationis, habent & præteriti temporis participia.ut Iuratus, Titubatus,& Paſſus:à iuro,titubo,& pando.

Cicero: Malo ei iurato ſuã,quã iniurato aliorũ tabellas cõmittere.
Vergilius: Veſtigia preſſo haud tenuit titubata ſolo.
Idem:Ecce trahebatur paßis Priameia uirgo Crinibus.

APPENDIX.

A quibuſdam neutris reperiuntur etiam in dus participia.ut,Dubitandus, Vigilandus, Carendus,& Dolendus:à dubito,uigilo,careo,& doleo.

Verg. Et hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer.
Tibullus. Cum fletu nox uigilanda uenit.
Ouidius: Virq; mihi dempto fine carendus abeſt.
Idem: Quæ uenit indignè pœna,dolenda uenit.

APPENDIX.

A deponentibus,quæ communia olim fuerunt,ſignificantq; modo actionem, legimus etiã in dus,participia,ut utendus,ſequendus,adulandus.

Ouidius: Multa rogant utenda dari.
Idem: Non tibi ſic(dices)Phylli ſequendus eram.
Val. Maximus:Etiam tribunus militum adulandus erat.

Neq; id mirũ uideri debet,inuenîmus enim aliquãdo participia
præter

præteriti temporis à deponentibus uerbis actionem ſignificantibus, paßiuam habere ſignificationem.

Vergilius: Ipſe uno graditur comitatus Achate.

Idem: Nunc oblita mihi tot carmina.

Terentius: Meditata ſunt mihi omnia incommoda.

Participiorum formæ.

Participiorum terminationes ſunt ſeptem: ns, ut Amans, legẽs. Rus, ut Amaturus. Sus, Tus, Xus, uũs, & Dus. ut, uiſus, amatus, pexus, mortuus, & amãdus.

In ns, participia formãtur à prima perſona præteriti imperfecti indicatiui, mutãdo bam aut bar in ns, ut, Amabam amãs, Legebã legens, Luctabar luctans, Loquebar loquens. Sed eo, & queo, cum compoſitis mutant bam, in ens, ut Ibam iens, Redibã rediens, Quibam quiens, Nequibam nequiens.

In rus, participia formantur à poſteriore ſupino, aſſumendo rus. ut, Viſu uiſurus, Amatu amaturus, Pexu pexurus.

In Sus, Tus, & Xus, participia formantur à poſteriore ſupino, aſſumẽdo s. ut, Viſu uiſus, Amatu amatus, Pexu pexus.

Sed à Pario ſit partus, nõ paritus: item Pariturus, non parturus. Sic ab eruo Erutus & eruiturus: à careo Caſſus & Cariturus: à morior Mortuus & Moriturus: ab orior Ortus & Oriturus.

Horum omnium teſtimonia uiſa ſunt in ſupinis. Cæterum Caſſus magis uidetur nomen eſſe, quàm Participium.

In dus, participia formantur à genitiuo participii præſentis temporis mutando Tis, in Dus. ut, Amans huius amantis, amandus, Venerans, huius uenerantis, uenerandus.

Quæ participiis carent.

Verba omnia ſupinis carentia, participiis quoque in Tus, & in Rus, deficiunt. Vnde Timeor, Metuor, & conſimilia ſolnm habent Timendus, & Metuendus participia.

APPENDIX.

Quocunque tempore uerba deficiunt, & participiis careant neceſſe eſt. Legimus tamen Meminẽs, Cœptus, & Oſus à Memini, Cœpi, & Odi.

Liuius Andronicus: Meminens Varro corde uolutat.
Verg. Iuppiter omnipotens ſi nondũ exoſus ad unũ Troianos.
Ouidius: Ille peroſus opes, ſyluas & rura colebat.
Cœptus, ſatis probatum eſt in Supinis.

APPENDIX.

A Sum & Fio, neq; Ens, neq; Fiens, neque Fiendus Latinè dicitur.

Ens uerò etſi analogiæ non repugnat, ut ait Priſcianus, nõ tamẽ reperitur apud Latinè loquentes: nam quoties (inquit) cõſtructio nominatiui cũ genitiuo per eclypſim, uel uerbi neutri ſubſtantiui, uel eius participij profertur, ut filius Pelei Achilles, ſubauditur participiũ ens, quod in uſu nobis nõ eſt. Hæc Priſcianus: qui participium hoc nũcupauit potius quã uſurpauit. Porrò Futurus à Fuo uerbo antiquo deſcendit. Cæterùm quũ Fio ſolam paßionẽ ſignificet, & omne participiũ præſentis temporis ſolam ſignificet actionem, Fiens dici Latinè nõ poteſt: nam omne participiũ ſignificationem uerbi ſui ſequitur. Et quoniã Faciendus in ſignificatione paßiua uſitatißimum eſt, Fiendus eſt barbaris relinquendum.

APPENDIX.

Ab imperſonalibus nulla fiũt participia, niſi à Decet Decens, à Libet Libens, à Piget Pigendus, à Pœnitet Pœnitens, & Penitendus, à Licet Licitus, à Pudet Pudens, Pudendus & Puditum eſt.

Hæc tamen nonnullis magis cenſentur nomina,ſicut Pertæſus à Tædet: quia uerborum ſuorum conſtructionem non ſequuntur penitus.

Quæ Participia ſunt originis incertæ.

Prægnãs,hoc eſt grauida effecta:& Delibutus,hoc eſt perunctus, participia eſſe uidentur: ſed nondum conſtat unde habeant originem.

Dicitur enim prægnans,quæ iam occupata eſt in generando, quod cõceperit. Delibutus uerò quaſi ualde oleo imbutus.

Nomina participiis ſimilia,

Nomina quædam formam habent participiorũ: ſed quia nec ex uerbis naſcuntur,nec tempus ſignificant,nomina eſſe cenſentur denominatiua.ut Galeatus,Scutatus, Loricatus,Pileatus, Tunicatus, Togatus,Geminatns,Criſtatus,Stellatus,Literatus,Perſonatus,& id genus penè infinita,quæ à ſubſtantiuis nominibus oriuntur.

Participia paſsiuæ ſignificationis in uoce actiua.

Participia quædam paſsiuę ſunt ſignificationis in uoce actiua,ut Voluens,Volutans,Pręcipitans,& huiuſmodi pauca.

Vergilius: Tardaq; Eleuſinæ matris uoluentia plauſtra.
Idem: Genibus uolutans Hærebat.
Idem: Præcipitans traxi mecum. Voluentia,hoc eſt quæ uoluũtur.& Volutans,hoc eſt uolutatus:& Præcipitans,hoc eſt præcipitatus. Item Euidens negotiũ dicitur,nõ quod uidet,ſed quod uidetur,& perſpicuũ eſt.& indulgens puer,non qui indulget,ſed cui indulgetur,hoc eſt delicatè aliquid conceditur.

Participia ſignificationis actiuæ in uoce paſſiua.

Quædã participia in paſsiua uoce actionem quandam ſignificant.ut, Ignotus, Profuſus, Tacitus, Defectus, & pauca id genus.

Quintil. Nequis tamen erret ignotus. *Salluſtius de Catilina loquens: Alieni appetens, ſui profuſus.*

Vergil. Quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat?

Martialis: Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Ignotus, hoc eſt ignorans: Profuſus ſui, hoc eſt profundens ſuũ, & Catonem tacitum, hoc eſt tacentem ſiue taciturnum. & lingua defecta, hoc eſt deficiente. Sic Circunſpectus, nõ qui circunſpicitur, ſed qui prudenter omni circũſpicit. Conſideratus, qui agẽda conſiderat. Diſertus, qui probe diſſerit. Cautus, qui ſcit ſibi cauere. Argutus, qui acute arguit, ueſtigatq́;. Cõtentus, qui continet quod animo ſatisfacit. Diſcretus, qui perſonarum qualitates, & momenta rerum diſcernit.

APPENDIX.

Falſus, & Tutus, tam actionem, quàm paſsionem ſignificare uidentur.

Vergil. Solem quis dicere falſum Audeat? Hoc eſt fallacem. Salluſt. Nec ea res me falſum habuit. Hoc eſt, deceptũ. Sic Tutus portus, tuta urbs dicitur: nõ quod ab alijs defendatur, ſed quod alios tueatur, ac defendat. Itẽ tutus quis dicitur, ab hoſtibus, hoc eſt munitus & ſine periculo.

APPENDIX.

Fluxus, Inueteratus, & ſcitus, nec actionem planè, nec paſsionem ſignificant: ideoq́; nomina potius eſſe uidentur, quàm participia.

Fluxus enim fragilis eſt, & caducus. Inueteratus eſt, qui in malis conſenuit. Scitus eſt uafer, & aſtutus. Terent. Scitũ hercle

cle hominem, hic prorſus ex ſtultis inſanos facit. Aliquoties tamē paßiuè uſurpari uidetur apud eūdem: Scitus puer natus eſt Pamphilo. Quaſi pulchrè & doctè natus.

De Paticipiis in ſubſtantiua tranſeuntibus.

Participia pręſentis temporis fiunt nunc in genenere maſculino, nunc in fœminino, nunc etiam in neutro ſubſtantiua.

In maſculino, ut hic Oriens, Occidens, pro orientali occidentali'ue mundi parte. Item Profluens, pro flumine. & Confluens, quo duo flumina conueniunt.

In fœminino, ut hæc Conſonans, pro litera non uocali. Item Cōtinens, pro terra, quæ nō eſt inſula. Plinius: A proxima continente abeſt CLVII. *paſſus. Reperitur & hoc Cōtinens apud oratores, pro rationis firmamento. Item Animans. Cicero: Requirat atq; appetat ad quas ſe applicet ſui generis animantes. Quanquam in plurali hoc nomen ſæpißimè neutrum inuenitur.*

In neutro, ut hoc accidens, Contingens, Antecedens, Conſequens, & huiuſmodi pauca.

NVMERI participiorum ſunt duo: Singularis, ut Legens. Pluralis, ut Legentes.

FIGVRAE participiorum ſunt duę. Simplex, ut Legens. Decompoſita, ut Negligens.

Declinatio aliquot Participiorum.

Singulariter Nominatiuo hic & hæc & hoc Legens. Genitiuo huius Legētis. Datiuo huic Legenti. Accuſatiuo hunc & hanc legentem, & hoc Legens. Vocatiuo ô Legens. Ablatiuo ab hoc, & ab hac, & ab hoc Legente uel Legenti. Pluraliter Nominatiuo hi & hæ Legentes, & hæc Legētia. Genitiuo horum & harum, & horum Legentum, uel Legentium. Datiuo his Legētibus. Accuſatiuo hos & has Legentes, & hæc Legentia. Vocatiuo ô Legentes, & ô Legentia. Ablatiuo ab his Legentibus.

Sing

Singulariter Nominatiuo Lectus,lecta, lectum. Genitiuo Lecti,lectæ,lecti. Datiuo Lecto, lectæ,lecto. Accuſatiuo Lectum,lectum,lectum. Vocatiuo ô Lecte, lecta,lectum. Ablatiuo à Lecto, lecta,lecto. Pluraliter nomiatiuo Lecti, lectæ, lecta. Genitiuo Lectorum,lectarum,lectorũ.Datiuo Lectis. Accuſatiuo Lectos, lectas,lecta.Vocatiuo ô Lecti,lectæ,lecta.Ablatiuo à Lectis.

Singulariter Nominatiuo Lecturus, lectura,lecturum. Genitiuo Lecturi,lecturæ,lecturi.Datiuo Lecturo,lecturæ,lecturo. Accuſatiuo Lecturum,lecturam,lecturum.Vocatiuo ô Lecture,lectura,lecturũ.Ablatiuo à Lecturo,lectura,lecturo. Pluraliter Nominatiuo Lecturi, lecturæ,lectura.Genitiuo, Lecturorum, lecturarũ,lecturorũ. Datiuo Lecturis. Accuſatiuo Lecturos, lecturas, lectura.Vocatiuo ô Lecturi,lecturæ,lectura.Ablatiuo à Lecturis.

Singulariter Nominatiuo Legendus,legenda,legendum.Genitiuo Legendi,legendæ,legendi.Datiuo Legendo,legendæ, legendo. Accuſatiuo Legendũ,legendam,legendũ. Vocatiuo ô Legẽde, Legenda,legendum.Ablatuo à Legendo,legẽda,legendo. Pluraliter Nominatiuo Legendi,legendæ,legenda. Genitiuo Legendorum,legendarum,legendorum. Datiuo, Legendis. Accuſatiuo Legendos,legendas,legenda. Vocatiuo ô Legendi,legendæ,legenda.Ablatiuo à Legendis.

DE ADVERBIO.

ADVERBIVM eſt pars orationis,quæ adiecta uerbo ſignificationem eius explanat,atq; implet. Dictum eſt aduerbium ex ad , quod eſt iuxta,& uerbum , quod ſemper proximè antecedit aut ſequitur.

Hoc enim perficit adiunctum uerbo, quod adiectiuum ſubſtantiuo.ut,Prudens homo prudenter agit.

Aduerbio accidunt tria. Significatio, Species, & Figura.

Significationes aduerbiorum ſunt multæ. Locales,Temporales,Numerales,&c.

Da aduerbia Loci,ut,Hic,Iſtic,Illic, Huc,Iſtuc,Illuc,Hac,Iſtac,Illac,Hinc,Iſtinc,illinc,Ibi,Vbi,Vnde, Intus,Foris,Intro,Foras.

Da Temporis,ut,Hodie,Nunc,Nuper,Heri,Cras, Perendie,Pridie,Poſtridie,Nudiuſtertius, Aliquando,Olim,Tunc, Quum, Dum,Iam,Semper, Quondam,Mane,Modo,Veſperi,Diu,Noctu.

Da Numeri, ut, Semel, Bis, Ter, Quater, Quinquies, Sexies, Decies, Vicies, Tricies, Quadragies, Quinquagies,Centies,Milies,Toties,Quoties.

Da Negandi,ut,Non,Nec,Haud,Neque, Nequaquam,Minime.

Da Affirmandi, ut, Quippe, Nempe, Quidni, Etiam,Certe,Profecto.

Da,Demonſtrandi,ut,En,Ecce.

Da Optandi,ut Vtinam,O ſi.

Da Hortandi,ut,Eia,Age,Agite,Agedum.

Da Ordinis,ut,Deinde,Deinceps,Poſtea,Dehinc, Cæterum,Adhæc,Præterea,Denique,Poſtremo.

Da Interrogãdi,ut,Cur,Quid,Quare,Quin,Nunquid,Nonne,Num,Quamobrem.

Da Similitudinis, ut, Quaſi, Ceu,Tanquam, Ita, Velut,Veluti,Vt,Vti,Sic,Sicut,Sicuti.

Da Qualitatis ut,Doctè,Pulchrè, Fortiter, Bene, Male,Suauiter.

Da Quantitatis, ut, Multum,Parum, Modicum, Minimum,Tantum,Quantum.

Da

Da Dubitandi, ut, Forſan, Forſitan, Fortaſsis uel Fortaſſe.

Da Perſonalia,ut,Meatim, Tuatim,Suatim, Noſtratim,Veſtratim. Da Vocandi,ut,Heus,O.

Da Reſpondendi,ut Heu.

Da Separandi,ut,Seorſum,Secreto,Separatim, Sigillatim, Biſariam, Triſariam, Multiſariam, Pluriſariam.

Da Iurandi,ut,Aedepol,Ecaſtor,Hercle, Mediuſfidius.

Da Eligendi,ut,Potius,Imò.

Da Congregandi,ut,Simul,Vnà,Pariter.

Da Prohibendi,ut,Ne.

Da Euentus,ut,Forte,Fortuito.

Da Comparandi,ut,Magis, Minus,Tam, Quam, Maximè,Plus.

Da Remittendi,ut Vix,Ferè,Penè,Paulatim,Senſim,Pedetentim.

Da Abũndandi,ut,Sat,Satis.

Da Iterandi, ut, Rurſum, Rurſus, Item, Itidem, Iterum,Denuo.

Da Viciſsitudinis,ut,Sæpe, Interdum, Plerumq;, Identidem,Subinde.

Da Intendendi,ut, Nimium,Valde, Prorſus, Penitus,Magnopere,Omnino.

Da Diminuendi,ut,Belle,Clanculum.

Da Deprecandi,ut,Sodes,Amabo.

Da Concedendi,ut Eſto.

SPECIES aduerbiorum ſunt duæ. Primitiua, ut clam.Deriuatiua,ut clanculum.

FIGVRAE aduerbiorũ ſunt tres: Simplex, ut, diu: Compoſita, ut quãdiu: Decompoſita, ut mirificè.

DE CONIVNCTIONE.

CONIVNCTIO eſt pars orationis, annectens, ordinanſq́; ſententiam. Dicta eſt Coniunctio, quod reliquas partes rectè in oratione coniungat. ut,

Nox & amor, uinumq́; nihil moderabile ſuadent. Item: Et tædet, & amore ardeo: & prudens, ſciens, uiuus, uidensq́; pereo.

Coniunctioni accidunt tria. Poteſtas, Figura, & Ordo.

POTESTAS coniunctionũ ſpecies habet tredecim: Copulatiuas, Continuatiuas, &c.

Da Copulatiuas, ut Ac, Et, Que, Atque.

Dictæ ſunt Copulatiuæ, quia tam uerba, quàm ſenſum copulant. Vergil. Atq; deos, atq; aſtra uocat crudelia mater. Idem: Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante uideri.

Da Continuatiuas, ut, Si, Sin.

Dictæ ſunt Continuatiuæ, quia rerum continuationem ſub conditione ſignificant. Vnde à nonnullis Conditionales appellantur. Terent. Si uis mihi uxorem dare, quam deſpondiſti, ducam: ſin eſt ut uelis manere illam apud te, dos hic maneat Demipho.

Da Subcontinuatiuas, ut, Quoniam, Quandoquidem, Quatenus.

Dictæ ſunt Subcontinuatiuæ, quia cauſam continuationis oſtendunt ex rerum ſubſiſtentia conſequentem. Terent. Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Plin. Et quatenus negatur nobis diu uiuere, relinquamus aliquid, quo nos uixiſſe teſtemur.

Da Diſiunctiuas, ut, Aut, Ve. Vel, Seu, Siue.

Dictæ ſunt Diſiunctiuæ, quia licet uerba coniungãt, diuerſos tamen ſenſus diſiungunt. Publius mimographus: Aut amat, aut odit mulier:

mulier:nihil eſt tertium. *Sciendum, Vel, nonnunquam uſurpari pro etiam.* *Vergil. Carmina uel cœlo poſſunt deducere lunam.*

Da Cauſales, ut, Nam, Nanq;, Enim, Quia, Quapropter.

Dictæ ſunt Cauſales, quia rem ex cauſa antecedente euenientem ſignificant. *Vergilius:*

De grege non auſim quicquam deponere tecum:
Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca:
Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hædos.

Da, Aduerſatiuas, ut Etſi, Tametſi, Licet, At, Aſt, Quanquam, Quamuis, Sed, Vero, Autem, Tamen.

Dictæ ſunt Aduerſatiuæ, quia ſententiam ſuperiori aduerſam connectunt. *Ouidius:*

Si modò non cenſus, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniumq; facit. *Prior ſentẽtia eſt, nobilitatem nõ in cenſu, aut maiorum imaginibus eſſe poſitam: ſubijcitur aduerſa, ſed in probitate morum, & uirtute ſitam eſſe nobilitatem.*

Da Diminutiuas, ut Saltem.

Dictæ ſunt Diminutiuæ, quia id quod minus eſt cõcedi dignum indicant. Cicero: Neq; hoc tẽpore quærendum uideretur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria.

Da Electiuas, ut Quàm.

Dictæ ſunt Electiuæ, quia de duobus propoſitis unum eligere, & alterum reijcere oſtendunt. Valerius Maximus: Malo uirum pecunia, quàm pecuniam uiro indigentem.

Da Dubitatiuas, ut An, Ne, Necne.

Dictæ ſunt Dubitatiuæ, quia dubitationem ſignificant. Terent. Vide utrum uis argentum accipere, an cauſam meditari tuam.

Da Abnegatiuas, ut, Ni, Niſi.

Dictæ ſunt Abnegatiuæ, quia oſtẽdunt rem fieri poſſe, ſed pro-

pter cauſam aliquam ne fiat, impediri. Terentius: Profecto niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali. Significat etiam præter. Idem: Hanc niſi mors, mihi adimet nemo.

Da Collectiuas, ut Ergo, Ideo, Igitur, Itaq;, Iccirco.

Dictæ ſunt Collectiuæ, quia ratione colligunt, hoc eſt confirmant, quæ dicta ſunt ſupra. Cicero: Itaq; uideas rebus iniuſtis iuſtos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Ergo hoc proprium eſt animi benè conſtituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs.

Da Expletiuas, ut Enimuero, Quoq;, Autem.

Dictæ ſunt Expletiuæ, quia in ſermone Latino non niſi ornatus, uel metri cauſa ponuntur: nam additæ uel detractæ nihilo plus, aut minus efficiunt. Terent. Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ.

FIGVRAE coniunctionũ ſunt duæ. Simplex, t, Nam. Compoſita, ut, Nanque.

ORDINES coniunctionum ſunt tres, Præpoſitiuus, Subiunctiuus, & Communis.

Da coniunctiones Præpoſitiui ordinis. ut, At, Ac, Aſt, Atque Si, Seu, Sed, Niſi.

Da Subiũctiui, ut, Que, Ve, Ne, Autẽ, Vero, Quoq;.

Da Cõmunis, ut, Ergo, Tamẽ, Igitur, Quanquam.

DE PRAEPOSITIONE.

PRAEPOSITIO eſt pars orationis, quæ præpoſita aliis partibus, ſignificationẽ earũ aut cõplet, aut mutat, aut minuit. *Complet, ut, utilis, perutilis: facio, perficio. Mutat, ut Aequus, iniquus: Hortor, dehortor. Minuit, ut, triſtis, ſubtriſtis: rideo, ſubrideo.*

Dicta eſt Præpoſitio, quia tam nomini quàm uerbo uel appoſitione uel compoſitione præponitur.

Appoſit

Appoſitione,ut,Pluuia labitur per tectum. Compoſitione,ut, Pluuia perlabitur tectum. Quædam tamen inueniuntur poſtpoſitæ,quod eſt contra earum naturam:cuiuſmodi ſunt Tenus, Verſus,& Vſq;ut,Pube tenus,Italiam uerſus,Ad orientem uſque. Sed de his in Syntaxi fuſius agemus. Cum, quoq; ſemper his poſtponitur ablatiuis me,te,ſe,nobis,& uobis.ut Mecum Tecum Secũ &c. Præponitur uerò & poſtponitur indifferẽter ablatiuis quo, & quibus.Cicero.Quid dulcius, quàm habere quo cum omnia audeas loqui,ut tecum? Idẽ:In primisq; ut habeas,quibus cũ poßis familiares cõferre ſermones. Cætera exempla facile occurrunt.

Præpoſitioni accidit, ſeruire Accuſatiuo tantùm, uel Ablatiuo.

Antiquißimi tamen iungebant etiam Tenus genitiuo plurali: quos imitatus Vergilius, dixit: Et crurum tenus à mento palearia pendent. Sunt qui putant, accidere præpoſitioni figuram, quia præpoſitiones quædam ſunt ſimplices, ut abs. quædam compoſitæ,ut abſque.

Da Præpoſitiones caſus Accuſatiui,ut,Ad,Apud, Ante, Aduerſum, uel Aduerſus, Cis,Citra,Circum, Circa, Contra, Erga,Extra,Inter,Intra,Infra, Iuxta, Ob,Ponè,Per,Ptope,Propter, Secundũ,Poſt,Trans, Vltra,Præter,Supra,Circiter,Vſque,Secus,Penes.

Da Præpoſitiones caſus Ablatiui, ut,A, Ab,Abs, Cum, Coram, Clam,De,E,Ex,Pro, Præ,Palam, Sine, Abſque,Tenus.

Da utriuſque caſus Præpoſitiones,ut,In,Sub, Super,& Subter.

Accuſatiuo caſui ſeruiunt: quando ad locum ire ſignificant:ut,Itur in antiquam ſyluam.

Ablatiuo caſui ſeruiunt. quando in loco eſſe ſignificant.ut,Recubo ſub tegmine fagi.

Di,Dis,Re,Se,An, Con,præpoſitiones ſunt, quæ non niſi in cōpoſitione inueniuntur.ut, Diduco, Diſtraho,Recipio,Secubo,Amplector,Congredior.

DE CONIVNCTIONE.

INTERIECTIO eſt pars orationis, ſignificans mentis affectum uoce incognita. Dicta eſt Interiectio, quia cæteris partibus orationis interiicitur, ad exprimendos animi affectus.

Interiectioni accidit Significatio tantùm.

SIGNIFICATIONES interiectionū ſunt ſex:Gaudentis,Ridentis,Admirantis, Dolentis, Expaueſcentis,& Iraſcentis.

Da interiectiones Gaudentis,ut,Euge,Euohe.

Da Ridentis,ut,Ha ha he.

Da Admirantis,ut,Papæ,Hem.

Da Dolentis,ut,Heu,Hei,Væh.

Da Expaueſcentis,ut Atat.

Da Iraſcentis,ut,O,Proh,Pronefas,Propudor.

Plures interiectionum ſignificationes ſuppeditare poterit uaria authorum lectio, quando interiectio propemodum non eſt dictio, ſed uox rudis, & pro animi motu inconditè magis effuſa, quàm articulatè pronuntiata. Atque hoc ipſum eſt, quod in finitione dicitur,uoce incognita,hoc eſt, non planè expreſſa.Verumtamen nulla ferè ſunt perturbationum genera, quæ ad has ſignificationes reduci non poßint.

LIBER SE-XTVS.

De Conſtructione partium orationis.

Ex libris et Er

SYNTAXIS eſt pars grammaticæ, ordinatam docens cõſtructionem partium orationis. Dicta eſt Syntaxis à ſyn præpoſitione, quæ con, Latinæ interpretatur, & taſſo, ordino, quaſi dictionum ordinatio.

Conſtructio eſt debita partium orationis inter ſe compoſitio.

Conſtructionum quædam eſt cõgrua ſenſu & uoce. ut, Aquila uenatur muſcas. Quædam ſenſu, & non uoce. ut, Pars pedibus plaudunt. Quædam uoce, & non ſenſu. ut, Venetiæ diuitiis abundant.

Nominatiuus ante Verbum.

Omne uerbum antecedit nominatiuus agẽtis ſeu patientis, eiuſdem numeri & perſonæ.

Ouidius: Summa petit liuor, perflant altiſsima uenti.
Idem: Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur.

APPENDIX.

Prima & ſecũda perſona ferme non explicantur, niſi diſcretionis, aut emphaſis cauſa.

Vergilius: Veniam quocunque uocaris.
Idem: Moriamur, & in media arma ruamus.
Idem: Rebus quæ ſit fortuna, uidetis.

Eſt autem Diſcretio, quum aliquorum ſtudia contraria ſunt.
Emphaſis uerò, quũ latẽs aliquid ſignificatur. Iuno Vergiliana.

Aſt ego,quæ diuũm incedo regina. Meliboeus Vergilianus: Nos patriam fugimus.
Terentius: Tu ſi hic ſis,aliter ſentias.

APPENDIX.

In uerbis,quorũ ſignificatio ad homines tantùm pertinet,tertia pluralis perſona ſæpe ſubauditur.
Ouid. Vnus erat toto naturæ uultus in orbe, Quẽ dixere chaos. Idem: Teq; ferunt iræ pœnituiſſe tuæ. Liuius: Quinetiam, ſi Dijs placet,nefas aiunt cõſulem plebeiũ fieri. Plautus: Pulmo enim (quod perhibent) prius ueniſſet,quàm tu aduenisti mihi.

APPENDIX.

Aliquoties orationis pars nominatiui uice ponitur:quemadmodum & uerbum infinitum.
Oratio propriè eſt integra ſententiæ explicatio,cuius partẽ dicimus Clauſulã imperfectã,quæ ſententiam non abſoluit. Cicero: Augebat etiam moleſtiam,quod magna ſapientum,ciuiumq; bonorum penuria iam in ciuitate eſſet. Ibi uerbum Augebat,poſteriori parti tanquam nominatiuo reſpondet. Terentius: Non eſt mentiri meum. Hoc eſt,mendaciũ non eſt meum. Vnde Perſius appoſuit infinitiuo adiectiuum,dicens:
Scire tuum nihil eſt,niſi te ſcire hoc ſciat alter.
Item: Velle ſuum cuiq; eſt,nec uoto uiuitur uno.

EXCEPTIO I.

Excipiuntur imperſonalia,quæ nullum ante ſe caſum habent.
Quintilianus: Pœnitet reſpicere plura teſtimonia.
Terentius: Et tædet,& amore ardeo.
Vergil. Itur in antiquam ſyluam. Ouidius. Viuitur ex rapto.

APPENDIX.

Sed imperſonalibus paſsiuæ uocis uidetur interdũ præponi ablatiuus,cum præpoſitione a,uel ab.

Cicero

Cicero: Occurritur autẽ nobis,& quidem à doctis & eruditis.

APPENDIX.

Verba quædam aliquoties faciem habent imperſonalium,quæ tamen ſunt perſonalia. Qualia ſunt, Ferè fit:item, Fieri poteſt,Fieri ſolet ut fallar: Cuius orationis illa pars,ut fallar, tanquam nominatiuus, ſubſeruit uerbo Poteſt.

Quale eſt illud Terentianũ:Si poterit fieri,ut ne pater per me ſtetiſſe credat. Quominus hæ fierent nuptiæ:uolo. Quintilian. Quæri ſolet,an eodem tempore tradi omnia,& percipi poßint.

Sed in,Bene habet,ſubauditur Res.

Plautus: Bene hoc habet,age nunc iam,ex me exquire,rogita ſi quid lubet. Cicero: Ea res ſic ſe habet. Idem: Bene habet,iacta ſunt fundamenta defenſionis.

EXCEPTIO II.

Verba quoq; tanquam imperſonalia,ſine caſu anteriori ferè uſurpantur,ut,Luceſcit,ueſperaſcit,Hyemat,Serenat,Rorat,Ningit,Tonat,Fulminat,& conſimilia:quæ exponuntur per uerbum Fit,& Eſt.

Terentius: Luceſcit,hoc iam ceſſo pultare oſtium uicini.

Idem: Veſperaſcit,& non nouerunt uiam.

Plinius: Quum in cacuminibus montium nubes conſident, hyemabit: Si cacumina pura fient,diſſerenabit.

Triuiales putant Deum uel naturã nominatiuũ ſolũ his uerbis eſſe ſubaudiendũ:ſed alijs quoq; nominatiuis apud probatos authores cohærent. Tibullus: Multus ut in terris depluerítq; lapis. Plin. Effigies,quæ pluerat,ſpongiæ ferè ſimilis fuit.

Quamuis uerba hæc ſenſum abſq; caſu uel præcedente,uel ſequente perficiant, pauca tamen ex ipſis cum accuſatiuo leguntur.

Plinius: Mirumq; dictu,periculum eo die eſt,ſi rorauerit aliquantulum imbrem.

Cæter

Cęterum Pluit ablatiuo etiam apponi reperimus. *Plinius: Relatum eſt in monumenta, lacte & ſanguine pluiſſe.*

EXCEPTIO III.

Verba infinitiui modi pro nominatiuo accuſatiuum habent.

Accuſatiuus præcedens uerbum infinitum ſoluitur in nominatiuum, adiectis particulis, Quòd, Vt, & Ne. Terentius: Meum gnatum rumor eſt amare. Hoc eſt, quòd meus gnatus amat. Idem: Audierat non datum iri filio uxorē ſuo. Hoc eſt, quòd uxor nō eſſet danda. Idem: Lectulos iube ſterni nobis, & parari cætera. Hoc eſt, ut lectuli ſternātur. Plaut. Quoties te uetui Argyrippum filium Demeneti compellare. Hoc eſt, ne tu compellares.

Vocatiuus ante uerbum.

Vocatiuus imperatiuo tantum Verbo pręponitur. *Vergil. Tityre dum redeo (breuis eſt uia) paſce capellas. Idem: Ponite corde metum Teucri, ſecludite curas.*

Nonnūquam etiam ſine uerbo inſeritur orationi. *Terent. Enimuero Daue, nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ. Horatius: O ciues, ciues, quærenda pecunia primum eſt: Virtus poſt nummos.*

Vtrinq; nominatiuus.

Quædam utrinq; nominandi caſum aſciſcunt. *Salluſtius: Virtus clara æternaq; habetur. Horatius: Mors eſt ultima linea rerum. Terentius: Redeo inde iratus, atq; ægre ferens. Ouidius: Et modo cantabam ueteres reſupinus amores.*

Infinitum uarians.

Infinitum quoq; utrinq; nominatiuum habet accedentibus uerbis optandi. *Iuuenalis: Flagrantior æquo Non debet dolor eſſe uiri. Martialis: Vis fieri diues Pontice, nil cupias.*

At quoties accuſatiuus anteceſsit,& ſequatur neceſſe eſt.

Terentius: Saluum te aduenire gaudeo. Cicero: Gratũ ſe uideri ſtudet. Quintil. Natura perfectum oratorẽ eſſe non prohibet.

APPENDIX.

Variat infinitiui eſſe ſyntaxis cum uerbis,quæ datiuo gaudent.

Martialis: Nobis non licet eſſe tam diſertis
Qui muſas colimus ſeueriores.
Terentius: Non expedit bonas eſſe uobis.

Deſyderatur aliquoties caſus præcedens.

Cicero: In Italia autem nos ſedẽtes quid erimus? nam medios eſſe, iam non licebit. Idem: Ne ut par quidem ſit,poſtulat,inferiorem eſſe patitur. Licenter dixit Lucan. Tutũq; putauit Iam bonus eſſe ſocer. Alius dixiſſet,Iam bonum eſſe ſocerum.

De duplici genitiuorum ſignificatione,obſeruatio.

Genitiuus omnis aut actiuè accipitur,hoc eſt poſſeſsiuè:aut paſsiuè,hoc eſt priuatiuè.

Actiuè.ut,Prouidẽtia bonitaſq; Dei:nempe qua Deus prouidet, benigneq; agit. Paſsiuè.ut,Timor cultuſq; Dei:nempe quo Deus timetur,coliturq;. Atq; in huiuſmodi orationibus intellectus apertus atq; unus eſt. In illis uerò Amor Dei,Charitas patris,& cõſimilibus,ambiguus eſt:dubiũ eſt enim de utro loquaris,an de amore,quem Deus in nos habet:an de eo,quem nos in eum:de charitate patris in filios,an filiorum in patrem.

Sed Mei,Tui,Sui,Noſtri,& Veſtri, genitiui primitiuorum pronominũ, nõ niſi paſsiuè uſurpantur.

Amore mei uicit etiam matrem ſuam: Nempe quo ego amor. Cicero: Paulo facilius putaui poſſe me ferre deſiderium tui:Nempe quo tu deſideraris. APPENDIX.

Sui,ſibi,& Suus ſua ſuum non niſi reciprocè ponuntur

nuntur, hoc eſt, ut reflectantur ad id, quod præceſsit in eadem orationis parte, aut annexa per copulam.

Tranſitus à perſona quapiam in ſeipſam, Reciprocatio à Grãmaticis dicitur: fitq; per ſola pronomina, Ego, Tu, Sui, & Suus, ſua ſuum.

Primum, à prima perſona in ſeipſam. Terentius: Ego me tur piter hodie hic dabo. Deinde à ſecunda in ſeipſam. Plautus: Quin tu te exornas moribus lepidis? Poſtremo à tertia in ſeipſam. Quintilianus: Neceſſe eſt nimium ſibi tribuat, qui ſe nemini comparat.

Vergilius: Ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

Sed quum lapſus in reciprocationibus eiuſmodi ſit facilis, ſciendũ his pronominibus Sui, & Suus, locũ in uſu non eſſe, niſi cum uerbis tertiæ perſonæ.

Vnde, Ego dicam ſibi, pro ei: & Tu fuiſti ſecũ, pro cũ illo: ſolœciſmi ſunt nõ ferendi. Cuiuſmodi & illud, Non eſt ſibi curæ reſpublica. Pro illi: quia, Sibi, tunc reflecteretur ad nominatiuũ, Reſpublica, ſenſu penitus abſurdo.

Cæterum in parte orationis annexa per copulam, fieri debet reciprocatio ad principale ſuppoſitum.

Terent. Orare iuſsit, ſi ſe ames, hera, iam ut ad ſeſe uenias.

Idem: Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, ut memor eſſes ſui.

Plautus: Me à portu præmiſit domum, ut hæc nunciem uxori ſuæ.

Inepta eſt itaq; huiuſmodi reciprocatio: Cepi columbã & pullos ſuos. Pro eius.

APPENDIX.

Quoties actio ſignificatur, pronominibus utimur poſſeſsiuis, Meus, Tuus, Suus, Noſter, & Veſter.

Cicero: Mihi fuit laudis noſtræ gratulatio tua iocunda. Hoc eſt, quã tu gratularis de laude, quam nos habemus.

Aliquoties utrumque coniungitur.

Cicero: Vehementer tua ſui memoria delectatur. Hoc eſt, quam tu de illo habes.

APPENDIX.

Dimidium,Pars, Aliquid,Imago,& ſiqua ſunt alia cum genitiuis paſsiuè acceptis & poſſeſsiuis pronominibus,ancipitem habent ſignificationem.

Vt,Dimidium tui maius eſt,quàm dimidium mei:de corpore intelligendū eſt. Dimidium tuum maius eſt,quàm dimidium meū: de præda ſiue cibo,aut ſucceſsione,alijsq́; ſimilibus. Hæc eſt pars mei:hoc eſt,caput,manus. Hæc eſt pars mea:hoc eſt,domus,fundus. Aliquid tui uirgo perdes,ſi adoleſcentibus patientes accōmodaueris aures:hoc eſt,uirginitatem. Aliquid tuū perdes:hoc eſt,monile,zonam,aut tale quidpiam. Imago tui:eſt,quæ te repræſentat. Imago tua:eſt,quàm tu poßides.

APPENDIX.

Pronominibus poſſeſsiuis adduntur hi genitiui, Solius,Omnium,Ipſius.& genitiui tam numeraliū, quàm participiorum.

Cicero: Solius enim meū peccatū corrigi nō poteſt. Idē: Volūtati ueſtræ omniū parui. Idē: Ex tuo ipſius animo cōiecturā feceris. Idē: Dico mea unius opera rempublicā eſſe liberatā. Liuius: Noſter duorum euentus oſtendat : utra gens bello ſit melior.
Ouidius: Et fleſti,& noſtros uidiſti flentis ocellos.
Idem: Sæpè rogabis, Vt mea defunctæ molliter oſſa cubent.

Genitiuus poſt uerbum.

SVM genitiuum poſtulat,quoties ſignificat poſſeſsionē,aut ad aliquid pertinere.
Cicero: Sed doctorum iſta eſt conſuetudo.
Martialis: Si iuris fuerint otia noſtra ſui.
Cicero: Eſt igitur adoleſcentis,maiores natu uereri.
Quintil. Quatuor autem iudicia(ut moris eſt)congeruntur.

Sed pro genitiuis addūtur aliquoties nominatiui poſſeſsiuorum pronominum,in genere neutro.

Cicero

Cicero: Neq; *enim eſt meum,contra autoritatem ſenatus dicere.*
Idem: Tuum *eſt conſulere temporibus,& incolumitati,& uitæ, & fortunis.*
Plautus: Eia,*haud ueſtrum eſt iracundos eſſe.*

APPENDIX.

Genitiuũ quoq; poſtulant hæc duo imperſonalia, Intereſt,& Refert,ad aliquid pertinere ſignificantia.
Cicero: Intereſt *omnium,rectè agere.* Salluſtius. *Faciendũ aliquid,quod illorum magis,quã ſua retuliſſe uideretur.*

Hos tamen ablatiuos deſyderant. Mea, Tua, Sua, Noſtra,Veſtra,& Cuia.
Cicero: Si quid mea minus intereſt,id te fortè magis delectat.
Terent. Tua *quod nihil refert,percunctari deſine.*
Cicero:Aut noſtra,aut ipſorum intereſt. Idem: *Ea cædes potiſſimum crimini datur ei,cuia interfuit.*

APPENDIX.

Intereſt,& Refert:diſtare,ſiue utile eſſe deſignãtia, hos genitiuos exigunt, Magni,Parui,Tanti,& Quãti,cum compoſitis:aut hæc aduerbia,Multùm,Parũ, Valde,Magnopere,& conſimilia.
Cicero:Permagni intereſt,quo tẽpore hæc epiſtola tibi reddita ſit.
Terent. Parui *retulit non ſuſcepiſſe:inuenta eſt,quæ dotem petat.*
Cicero: Quantopere *interſit opprimi noxios intelligitis.*
Columella de canibus loquens: Non *multũ refert an uillatici corporibus graues,& parum ueloces ſint.*
Iuuenal. Plurimũ *enim intererit quibus artibus,& quibus hũc tu Moribus inſtituas.*

Aeſtimandi.

Verba æſtimandi genitiuis gaudent.
*Catullus:*Omnes *unius æſtimemus aſſis.*
Ouidius: Pluris *opes nunc ſunt,quem priſci temporis annis.*
Terent. Quid *de me fiat,parui curas.* *Cicero:Quantã diligentiam*

tiam in ualitudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo.

Solet hic genitiuus in ablatiuum conuerti accedente præpoſitione pro.

Cicero: Omnis uoluptas præterita pro nihilo eſt habenda.

Sed Aeſtimo admittit etiam ablatiuum.

Valer. Max. Magno ubiq; pretio uirtus æſtimatur.

Cicero: Glorioſa ſapientia non magno æſtimanda eſt.

Singulare eſt illud, Aequi boni conſulo: item, Aequi boni facio.

Hoc eſt, In bonam accipio partem. nam, Boni conſulo ueteres dicebant, pro bonum iudico.

Ouidius: Tu tamen hæc (quæſo) conſule miſſa boni.

Terentius: Equidem iſtuc Chreme æqui boniq; facio.

Accuſandi.

Verba Accuſandi, Damnãdi, Abſoluendi, & conſimilia, genitiuum aſciſcunt, qui crimen ſignificet.

Plautus: Qui alterum incuſat probri, ſe intueri oportet.

Idem: Eccum uideo, qui me miſeram arguat ſtupri.

Terent. Hic ſe alligat furti. Idem: Si herum inſimulabis auaritiæ, malè audies. Suetonius: Conſularem, & triumphalem uirũ repetundarum poſtulauit. Aul. Gell. Siquis eques Romanus haberet gracilentum, aut parum nitidum, impolitiæ notabatur.

Ouidius: Parce tuum uatem ſceleris damnare Cupido.

Cicero: Etiam ſceleris condemnat generum ſuum. Idem: Cæcilius iudex abſoluit iniuriarũ illum, qui Lucium Accium poëtam in ſcena nominatim læſerat. Plinius: Inuenimus Egnatij uxorem, quũ uinum bibiſſet è dolio, interfectam fuiſſe à marito, eumq; cædis à Romulo abſolutum.

Ouidius: Ocia delectent, admoneantq; mei. Quintili. Grammaticos officij ſui commonemus.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in ablatiuum,

præpoſitione nunc adiecta, nunc omiſſa.
Cicero: Non committam poſthac, ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poßis. Idem: Putaui ea de re te eſſe admonendum.
Idem: Lex uetat eum, qui de pecunijs repetundis damnatus ſit, in concione orationem habere. Idem: Ne quem unquam innocentem iudicio capitis arceſſas.
Ouid.—Vtinam temeraria dicar
Criminibus falſis inſimulaſſe uirum.
Plaut. Magno atq; ſolido multat infortunio. Cicero: Quare ſi in me iniquus es iudex, condemnabo ego te eodem crimine. Liuius: Latæ deinde leges, quæ conſulem regni ſuſpicione abſoluerent.

Miſeret, &c.

Miſeret, Miſereſcit, Pœnitet, Piget, Pudet, & Tædet genitiuum habent cum accuſatiuo.
Plaut. Miſeret te aliorum, tui nec te miſeret, nec pudet.
Terent. Inopis te nunc miſereſcat mei. Idem: Nō pœnitet me famæ. Idem: Fratris me quidem pudet, pigetq;. Plaut. Abeo intrò, tædet ſermonis tui. Vbi ſubauditur, Me, accuſatiuus.

Sciendum quibuſdam ex his præteritum paſsiuæ uocis etiam accommodari.
Cornelius Nepos: Nuſquam ſuſcepti operis eum pertæſum eſt. Vergilius omiſit accuſatiuū, quum inquit: Si non pertæſum thalami, thedæq; fuiſſet. Sic & Terent. Sic me dij amabunt, ut tuarū miſertum eſt fortunarum. Licenter puditum eſt cum ablatiuo dixit Plaut. Neque me, neq; te tuis intus puditum eſt factis.

Sed quædam ex his nonnunquàm perſonalia leguntur.
Plaut. Neminis miſereri certum eſt, quia mei miſeret nemo.
Lucanus: Semper metuit quæ ſæua pudebunt Supplicia.

Satago, &c.

Satago, Miſereſco, & Miſeror, genitiuum admittunt.

Terent. Etſi is ſuarum rerum ſatagit.
Statius: Et generis miſereſci tui.
Vergil. Oro miſerere laborum
Tantorum: miſerere animi non digna ferentis.

Recordandi.

Verba recordandi, & his diuerſa nunc genitiuo, nunc accuſatiuo cohærent.

Cicero: Minus uidebor meminiſſe conſtantiæ tuæ.
Vergil. Numeros memini, ſi uerba tenerem.
Terent. Ita prorſus oblitus ſum mei.
Vergil. Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.

Dicimus etiam, Memini huius rei, & de hac re, pro mentionem feci.

Quintil. Neq; omnino huius rei meminit poëta.
Cicero: De ui, de manu, de armis, de copijs memineritis.

Potior.

Potior nunc genitiuo gaudet, nunc ablatiuo.

Potiri cum genitiuo, uincere cum ablatiuo aſſequi ſonat.
Salluſt. Rhomani ſignorum, & armorum potiti ſunt.
Vergil. Egreſſi optata Troës potiuntur arena.

Significantia aliquid fieri in loco.

Omne uerbum admittit genitiuum proprii nominis, ſignificantis locum in quo fit actio.

Iuuenal. Quid Romæ faciam? mentiri neſcio.
Terent. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

EXCEPTIO I.

Si tamen fuerit pluralis duntaxat numeri, aut tertiæ declinationis, in datiuo ponitur, aut poëticè in ablatiuo.

Iuuenal. Viuat fidenis, & agello cedo paterno.

Cicero: Sextum nuntiauit cum una ſola legione fuiſſe Carthagini.
Horatius: Romæ *Tybur amem, uentoſus Tybure* Romam.

APPENDIX.

Inueniuntur etiam huiuſmodi nomina in ablatiuo apud oratores.

Cicero: Quum tu Narbone menſas hoſpitum conuomeres.
Idem: Sepultus eſſe Lacedæmone dicitur.

EXCEPTIO II.

Sed appellatiuis, & maiorum locorum uocabulis ferè præpoſitio additur.

Vergil.- Incenſa Danai dominantur in urbe.
Cicero: In Gallia ſperamus eſſe otium.

APPENDIX.

Militiæ uerò, Belli, Domi, & humi, ut propria locorum conſtruuntur.

Terentius: Vnà ſemper militiæ, & domi fuimus.
Cicero: Præterea quibuſcunque rebus uel belli, uel domi poterunt, rempublicam augeant.
Horatius: Serpit humi tutus nimium, timidusq; procellæ.

Sed Domi, alia nõ admittit adiectiua, quàm Meæ, Tuæ, Suæ, Noſtræ Veſtræ, & Alienæ.

Cice. Non'ne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ? Non ergo dices, Victito domi paternæ: ſed in domo paterna.
Ouidius: Suſtinet in uidua triſtia ſigna domo.

APPENDIX.

Ruri in datiuo, ſiue Rure, in ablatiuo, uerbis actionem in loco ſignificantibus adiungitur.

Terentius: Ruri ferè ſe continebat.
Horatius: Rure meo poſſum quiduis perferre, patiq;.

Dati

Datiuus poſt uerbum.

QVODVIS uerbum acquiſitiuè poſitum exigit datiuum.

Cicero: Atq; hoc carmen hic tribunus plebis nõ uobis, ſed ſibi intus canit. Hoc eſt priuatum curat commodum. *Plautus:* Eandem nunc repoſcis, patiar, tibi habe. *Idem: Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur.* Hoc eſt, nihil id negotij mihi prodeſt. *Quintilianus:* Non fabricetur militi gladius. *Vergil.* Fronde ſuper uiridi, ſunt nobis mitia poma.

Acquiſitiua Commodum, Incommodum'ue ſignificantia.

Quæ Cõmodum, aut Incommodum ſignificant, datiuo gaudent.

Cicero: Quicquid ei cõmodaueris, erit mihi gratum. Idẽ: Tantis enim tuis officijs non uideor mihi reſpondere poſſe. Hoc eſt ſatisfacere. *Plautus: Benè, quæſo, inter uos dicatis, & mihi abſenti tamen. Terent.* Nec rationem capio, niſi quod tibi bene ex animo uolo. *Cicero: Videndum eſt igitur, ut ea libertate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. Plautus: Meritò maledicas mihi, ſi non ita id factum eſt.*

Sed quædam ex his datiuũ mutant in accuſatiuũ.

Ouidius: Cui ſtudeat, Deus omnis habet.

Cicero: Vnum ſentitis, unum omnes ſtudetis.

Terentius: Gnato ut medicarer tuo, imperaſti.

Vergilius: Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum Eualuit.

APPENDIX.

Quædã etiam aliquoties pro datiuo accuſatiuum habent, accedente præpoſitione.

Columella: Id minimè conducit agricolæ. Plautus: Si alia memorem, quæ ad uentris uictum conducunt, mora eſt.

Nam Conducere alias ducere, alias locare ſignificat: & tunc ac-

pter cauſam aliquam ne fiat, impediri. Terentius: Profectò niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali. Significat etiam præter. Idem: Hanc niſi mors, mihi adimet nemo.

Da Collectiuas, ut Ergo, Ideo, Igitur, Itaq;, Iccirco.

Dictæ ſunt Collectiuæ, quia ratione colligunt, hoc eſt confirmant, quæ dicta ſunt ſupra. Cicero: Itaq; uideas rebus iniuſtis iuſtos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Ergo hoc proprium eſt animi benè conſtituti, & lætari bonis rebus, & dolere contrarijs.

Da Expletiuas, ut Enimuero, Quoq;, Autem.

Dictæ ſunt Expletiuæ, quia in ſermone Latino non niſi ornatus, uel metri cauſa ponuntur: nam additæ uel detractæ nihilo plus, aut minus efficiunt. Terent. Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ.

FIGVRAE coniunctionũ ſunt duæ. Simplex, t, N a m. Compoſita, ut, Nanque.

ORDINES coniunctionum ſunt tres, Præpoſitiuus, Subiunctiuus, & Communis.

Da coniunctiones Præpoſitiui ordinis. ut, At, Ac, Aſt, Atque Si, Seu, Sed, Niſi.

Da Subiũctiui, ut, Que, Ve, Ne, Autẽ, Vero, Quoq;.

Da Cõmunis, ut, Ergo, Tamẽ, Igitur, Quanquam.

DE PRAEPOSITIONE.

PRAEPOSITIO eſt pars orationis, quæ præpoſita aliis partibus, ſignificationẽ earũ aut cõplet, aut mutat, aut minuit.

Complet, ut, utilis, perutilis: facio, perficio. Mutat, ut Aequus, iniquus: Hortor, dehortor. Minuit, ut, triſtis, ſubtriſtis: rideo, ſubrideo.

Dicta eſt Præpoſitio, quia tam nomini quàm uerbo uel appoſitione uel compoſitione præponitur.

Appoſit

Appoſitione,ut,Pluuia labitur per tectum. Compoſitione,ut, Pluuia perlabitur tectum. Quædam tamen inueniuntur poſtpoſitæ,quod eſt contra earum naturam:cuiuſmodi ſunt Tenus, Verſus,& Vſq;,ut,Pube tenus,Italiam uerſus,Ad orientem uſque. Sed de his in Syntaxi fuſius agemus. Cum, quoq; ſemper his poſtponitur ablatiuis me,te,ſe,nobis,& uobis.ut Mecum Tecum Secũ &c. Præponitur uerò & poſtponitur indifferẽter ablatiuis quo, & quibus.Cicero.Quid dulcius, quàm habere quo cum omnia au deas loqui,ut tecum? Idẽ:In primiſq; ut habeas,quibus cũ poßis familiares cõferre ſermones. Cætera exempla facile occurrunt.

Præpoſitioni accidit, ſeruire Accuſatiuo tantùm, uel Ablatiuo.

Antiquißimi tamen iungebant etiam Tenus genitiuo plurali: quos imitatus Vergilius, dixit: Et crurum tenus à mento palearia pendent. Sunt qui putant, accidere præpoſitioni figuram, quia præpoſitiones quædam ſunt ſimplices, ut abs. quædam compoſitæ,ut abſque.

Da Præpoſitiones caſus Accuſatiui,ut,Ad,Apud, Ante, Aduerſum, uel Aduerſus, Cis,Citra,Circum, Circa, Contra, Erga,Extra,Inter,Intra,Infra, Iuxta, Ob,Ponè,Per,Ptope,Propter, Secundũ,Poſt,Trans, Vltra,Præter,Supra,Circiter,Vſque,Secus,Penes.

Da Præpoſitiones caſus Ablatiui, ut,A, Ab,Abs, Cum, Coram, Clam,De,E,Ex,Pro, Præ,Palam, Sine, Abſque,Tenus.

Da utriuſque caſus Præpoſitiones,ut,In,Sub, Super,& Subter.

Accuſatiuo caſui ſeruiunt: quando ad locum ire ſignificant:ut,Itur in antiquam ſyluam.

Ablatiuo caſui ſeruiunt. quando in loco eſſe ſigni ficant.ut,Recubo ſub tegmine fagi.

Di, Dis, Re, Se, An, Con, præpoſitiones ſunt, quæ non niſi in cōpoſitione inueuiuntur. ut, Diduco, Diſtraho, Recipio, Secubo, Amplector, Congredior.

DE CONIVNCTIONE.

INTERIECTIO eſt pars orationis, ſignificans mentis affectum uoce incognita. Dicta eſt Interiectio, quia cæteris partibus orationis interiicitur, ad exprimendos animi affectus.

Interiectioni accidit Significatio tantùm.

SIGNIFICATIONES interiectionū ſunt ſex: Gaudentis, Ridentis, Admirantis, Dolentis, Expaueſcentis, & Iraſcentis.

Da interiectiones Gaudentis, ut, Euge, Euohe.

Da Ridentis, ut, Ha ha he.

Da Admirantis, ut, Papæ, Hem.

Da Dolentis, ut, Heu, Hei, Væh.

Da Expaueſcentis, ut Atat.

Da Iraſcentis, ut, O, Proh, Pronefas, Propudor.

Plures interiectionum ſignificationes ſuppeditare poterit uaria authorum lectio, quando interiectio propemodum non eſt dictio, ſed uox rudis, & pro animi motu inconditè magis effuſa, quàm articulatè pronuntiata. Atque hoc ipſum eſt, quod in finitione dicitur, uoce incognita, hoc eſt, non planè expreſſa. Verumtamen nulla ferè ſunt perturbationum genera, quæ ad has ſignificationes reduci non poßint.

LIBER SEXTVS.

De Conſtructione partium orationis.

Ex Lilio; et Era

SYNTAXIS eſt pars grammaticæ, ordinatam docens cõſtructionem partium orationis. Dicta eſt Syntaxis à ſyn præpoſitione, quæ con, Latinæ interpretatur, & taſſo, ordino, quaſi dictionum ordinatio.

Conſtructio eſt debita partium orationis inter ſe compoſitio.

Conſtructionum quædam eſt cõgrua ſenſu & uoce. ut, Aquila uenatur muſcas. Quædam ſenſu, & non uoce. ut, Pars pedibus plaudunt. Quædam uoce, & non ſenſu. ut, Venetiæ diuitiis abundant.

Nominatiuus ante Verbum.

Omne uerbum antecedit nominatiuus agẽtis ſeu patientis, eiuſdem numeri & perſonæ.

Ouidius: Summa petit liuor, perflant altiſſima uenti.
Idem: Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur.

APPENDIX.

Prima & ſecũda perſona ferme non explicantur, niſi diſcretionis, aut emphaſis cauſa.

Vergilius: Veniam quocunque uocaris.
Idem: Moriamur, & in media arma ruamus.
Idem: Rebus quæ ſit fortuna, uidetis.

Eſt autem Diſcretio, quum aliquorum ſtudia contraria ſunt. Emphaſis uerò, quũ latẽs aliquid ſignificatur. Iuno Vergiliana.

Cicero: Occurritur autẽ nobis, & quidem à doctis & eruditis.

APPENDIX.

Verba quædam aliquoties faciem habent imperſonalium, quæ tamen ſunt perſonalia. Qualia ſunt, Ferè fit: item, Fieri poteſt, Fieri ſolet ut fallar: Cuius orationis illa pars, ut fallar, tanquam nominatiuus, ſubſeruit uerbo Poteſt.

Quale eſt illud Terentianũ: Si poterit fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe credat. Quominus hæ fierent nuptiæ: uolo. Quintilian. Quæri ſolet, an eodem tempore tradi omnia, & percipi poßint.

Sed in, Bene habet, ſubauditur Res.

Plautus: Bene hoc habet, age nunc iam, ex me exquire, rogita ſi quid lubet. Cicero: Ea res ſic ſe habet. Idem: Bene habet, iacta ſunt fundamenta defenſionis.

EXCEPTIO II.

Verba quoq; tanquam imperſonalia, ſine caſu anteriori ferè uſurpantur, ut, Luceſcit, ueſperaſcit, Hyemat, Serenat, Rorat, Ningit, Tonat, Fulminat, & conſimilia: quæ exponuntur per uerbum Fit, & Eſt.

Terentius: Luceſcit, hoc iam ceſſo pultare oſtium uicini.

Idem: Veſperaſcit, & non nouerunt uiam.

Plinius: Quum in cacuminibus montium nubes conſident, hyemabit: Si cacumina pura fient, diſſerenabit.

Triuiales putant Deum uel naturã nominatiuũ ſolũ his uerbis eſſe ſubaudiendũ: ſed alijs quoq; nominatiuis apud probatos authores cohærent. Tibullus: Multus ut in terris depluerit́q; lapis. Plin. Effigies, quæ pluerat, ſpongiæ ferè ſimilis fuit.

Quamuis uerba hæc ſenſum abſq; caſu uel præcedente, uel ſequente perficiant, pauca tamen ex ipſis cum accuſatiuo leguntur.

Plinius: Mirumq; dictu, periculum eo die eſt, ſi roraucrit aliquantulum imbrem.

Cæterum Pluit ablatiuo etiam apponi reperimus. *Plinius: Relatum eſt in monumenta, lacte & ſanguine pluiſſe.*

EXCEPTIO III.

Verba infinitiui modi pro nominatiuo accuſatiuuum habent.

Accuſatiuus præcedens uerbum infinitum ſoluitur in nominatiuum, adiectis particulis, Quòd, Vt, & Ne. Terentius: Meum gnatum rumor eſt amare. Hoc eſt, quòd meus gnatus amat. Idem: Audierat non datum iri filio uxorē ſuo. Hoc eſt, quòd uxor nō eſſet danda. Idem: Lectulos iube ſterni nobis, & parari cætera. Hoc eſt, ut lectuli ſternātur. Plaut. Quoties te uetui Argyrippum filium Demeneti compellare. Hoc eſt, ne tu compellares.

Vocatiuus ante uerbum.

Vocatiuus imperatiuo tantum Verbo præponitur. *Vergil. Tityre dum redeo (breuis eſt uia) paſce capellas. Idem: Ponite corde metum Teucri, ſecludite curas.*

Nonnūquam etiam ſine uerbo inſeritur orationi. *Terent. Enimuero Daue, nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ. Horatius: O ciues, ciues, quærenda pecunia primum eſt: Virtus poſt nummos.*

Vtrinq; nominatiuus.

Quædam utrinq; nominandi caſum aſciſcunt. *Salluſtius: Virtus clara æternáq; habetur. Horatius: Mors eſt ultima linea rerum. Terentius: Redeo inde iratus, atq; ægre ferens. Ouidius: Et modo cantabam ueteres reſupinus amores.*

Infinitum uarians.

Infinitum quoq; utrinq; nominatiuum habet accedentibus uerbis optandi. *Iuuenalis: Flagrantior æquo Non debet dolor eſſe uiri. Martialis: Vis fieri diues Pontice, nil cupias.*

At

At quoties accuſatiuus anteceſsit,& ſequatur neceſſe eſt.

Terentius: Saluum te aduenire gaudeo. Cicero: Gratū ſe uideri ſtudet. Quintil. Natura perfectum oratorē eſſe non prohibet.

APPENDIX.

Variat infinitiui eſſe ſyntaxis cum uerbis,quæ datiuo gaudent.

Martialis: Nobis non licet eſſe tam diſertis
Qui muſas colimus ſeueriores.
Terentius: Non expedit bonas eſſe uobis.

Deſyderatur aliquoties caſus præcedens.

Cicero: In Italia autem nos ſedētes quid erimus?nam medios eſſe, iam non licebit. Idem: Ne ut par quidem ſit,poſtulat,inferiorem eſſe patitur. Licenter dixit Lucan.Tutūq; putauit Iam bonus eſſe ſocer. Alius dixiſſet,Iam bonum eſſe ſocerum.

De duplici genitiuorum ſignificatione,obſeruatio.

Genitiuus omnis aut actiuè accipitur,hoc eſt poſſeſsiuè:aut paſsiuè,hoc eſt priuatiuè.

Actiuè.ut,Prouidētia bonitaſq; Dei:nempe qua Deus prouidet, benigneq́; agit. Paßiuè.ut,Timor cultuſq; Dei:nempe quo Deus timetur,coliturq́;. Atq; in huiuſmodi orationibus intellectus apertus atq; unus eſt. In illis uerò Amor Dei,Charitas patris,& cōſimilibus,ambiguus eſt:dubiū eſt enim de utro loquaris,an de amore,quem Deus in nos habet:an de eo,quem nos in eum:de charitate patris in filios,an filiorum in patrem.

Sed Mei,Tui,Sui,Noſtri,& Veſtri, genitiui primitiuorum pronominū, nō niſi paſsiuè uſurpantur.

Amore mei uicit etiam matrem ſuam: Nempe quo ego amor. Cicero: Paulo facilius putaui poſſe me ferre deſiderium tui:Nempe quo tu deſideraris.

APPENDIX.

Sui,ſibi,& Suus ſua ſuum non niſi reciprocè ponuntur

APPENDIX.

Dimidium,Pars, Aliquid,Imago,& ſiqua ſunt alia cum genitiuis paſsiuè acceptis & poſſeſsiuis pronominibus,ancipitem habent ſignificationem.

Vt,Dimidium tui maius eſt,quàm dimidium mei:de corpore intelligendũ eſt. Dimidium tuum maius eſt,quàm dimidium meũ: de præda ſiue cibo,aut ſucceßione,alijsq́; ſimilibus. Hæc eſt pars mei:hoc eſt,caput,manus. Hæc eſt pars mea:hoc eſt,domus,fundus. Aliquid tui uirgo perdes,ſi adoleſcentibus patientes accõmodaueris aures:hoc eſt,uirginitatem. Aliquid tuũ perdes:hoc eſt,monile,zonam,aut tale quidpiam. Imago tui:eſt,quæ te repræſentat. Imago tua:eſt,quàm tu poßides.

APPENDIX.

Pronominibus poſſeſsiuis adduntur hi genitiui, Solius,Omnium,Ipſius.& genitiui tam numeraliũ, quàm participiorum.

Cicero: Solius enim meũ peccatũ corrigi nõ poteſt. Idẽ: Volũtati ueſtræ omniũ parui. Idẽ: Ex tuo ipſius animo cõiecturã feceris. Idẽ: Dico mea unius opera rempublicã eſſe liberatã. Liuius: Noſter duorum euentus oſtendat: utra gens bello ſit melior. Ouidius: Et flesti,& noſtros uidiſti flentis ocellos. Idem: Sæpè rogabis, Vt mea defunctæ molliter oſſa cubent.

Genitiuus poſt uerbum.

SVM genitiuum poſtulat,quoties ſignificat poſſeſsionẽ,aut ad aliquid pertinere.

Cicero: Sed doctorum iſta eſt conſuetudo.

Martialis: Si iuris fuerint otia noſtra ſui.

Cicero: Eſt igitur adoleſcentis,maiores natu uereri.

Quintil. Quatuor autem iudicia(ut moris eſt)congeruntur.

Sed pro genitiuis addũtur aliquoties nominatiui poſſeſsiuorum pronominum,in genere neutro.

Cicero

Cicero: Neq; enim eſt meum, contra autoritatem ſenatus dicere. Idem: Tuum eſt conſulere temporibus, & incolumitati, & uitæ, & fortunis.

Plautus: Eia, haud ueſtrum eſt iracundos eſſe.

APPENDIX.

Genitiuũ quoq; poſtulant hæc duo imperſonalia, Intereſt, & Refert, ad aliquid pertinere ſignificantia.

Cicero: Intereſt omnium, recte agere. Salluſtius. Faciendũ aliquid, quod illorum magis, quã ſua retuliſſe uideretur.

Hos tamen ablatiuos deſyderant Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra, & Cuia.

Cicero: Si quid mea minus intereſt, id te fortè magis delectat.

Terent. Tua quod nihil refert, percunctari deſine.

Cicero: Aut noſtra, aut ipſorum intereſt. Idem: Ea cædes potiſsimum crimini datur ei, cuia interfuit.

APPENDIX.

Intereſt, & Refert: diſtare, ſiue utile eſſe deſignãtia, hos genitiuos exigunt, Magni, Parui, Tanti, & Quãti, cum compoſitis: aut hæc aduerbia, Multùm, Parũ, Valde, Magnopere, & conſimilia.

Cicero: Permagni intereſt, quo tẽpore hæc epiſtola tibi reddita ſit.

Terent. Parui retulit non ſuſcepiſſe: inuenta eſt, quæ dotem petat.

Cicero: Quantopere interſit opprimi noxios intelligitis.

Columella de canibus loquens: Non multũ refert an uillatici corporibus graues, & parum ueloces ſint.

Iuuenal. Plurimũ enim intererit quibus artibus, & quibus hũc tu Moribus inſtituas.

Aeſtimandi.

Verba æſtimandi genitiuis gaudent.

Catullus: Omnes unius æſtimemus aſſis.

Ouidius: Pluris opes nunc ſunt, quem priſci temporis annis.

Terent. Quid de me fiat, parui curas. Cicero: Quantã diligen-

tiam

tiam in ualitudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo.

Solet hic genitiuus in ablatiuum conuerti accedente præpoſitione pro.

Cicero: Omnis uoluptas præterita pro nihilo eſt habenda.

Sed Aeſtimo admittit etiam ablatiuum.

Valer. Max. Magno ubiq; pretio uirtus æſtimatur.

Cicero: Glorioſa ſapientia non magno æſtimanda eſt.

Singulare eſt illud, Aequi boni conſulo: item, Aequi boni facio.

Hoc eſt, In bonam accipio partem. nam, Boni conſulo ueteres dicebant, pro bonum iudico.

Ouidius: Tu tamen hæc (quæſo) conſule miſſa boni.

Terentius: Equidem iſtuc Chreme æqui boniq; facio.

Accuſandi.

Verba Accuſandi, Damnãdi, Abſoluendi, & conſimilia, genitiuum aſciſcunt, qui crimen ſignificet.

Plautus: Qui alterum incuſat probri, ſe intueri oportet.

Idem: Eccum uideo, qui me miſeram arguat ſtupri.

Terent. Hic ſe alligat furti. Idem: Si herum inſimulabis auaritiæ, malè audies. Suetonius: Conſularem, & triumphalem uirũ repetundarum poſtulauit. Aul. Gell. Siquis eques Romanus haberet gracilentum, aut parum nitidum, impolitiæ notabatur.

Ouidius: Parce tuum uatem ſceleris damnare Cupido.

Cicero: Etiam ſceleris condemnat generum ſuum. Idem: Cæcilius iudex abſoluit iniuriarũ illum, qui Lucium Accium poëtam in ſcena nominatim læſerat. Plinius: Inuenimus Egnatij uxorem, quũ uinum bibiſſet è dolio, interfectam fuiſſe à marito, eumq; cædis à Romulo abſolutum.

Ouidius: Ocia delectent, admoneantq; mei. Quintili. Grammaticos officij ſui commonemus.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in ablatiuum,

præpoſitione nunc adiecta, nunc omiſſa.

Cicero: Non committam poſthac, ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poßis. Idem: Putaui ea de re te eſſe admonendum. Idem: Lex uetat eum, qui de pecunijs repetundis damnatus ſit, in concione orationem habere. Idem: Ne quem unquam innocentem iudicio capitis arceſſas.

Ouid. Vtinam temeraria dicar
Criminibus falſis inſimulaſſe uirum.

Plaut. Magno atq; ſolido multat infortunio. Cicero: Quare ſi in me iniquus es iudex, condemnabo ego te eodem crimine. Liuius: Latæ deinde leges, quæ conſulem regni ſuſpicione abſoluerent.

Miſeret, &c.

Miſeret, Miſereſcit, Pœnitet, Piget, Pudet, & Tædet genitiuum habent cum accuſatiuo.

Plaut. Miſeret te aliorum, tui nec te miſeret, nec pudet. Terent. Inopis te nunc miſereſcat mei. Idem: Nõ pœnitet me famæ. Idem: Fratris me quidem pudet, pigetq;. Plaut. Abeo intrò, tædet ſermonis tui. Vbi ſubauditur, Me, accuſatiuus.

Sciendum quibuſdam ex his præteritum paßiuæ uocis etiam accommodari.

Cornelius Nepos: Nuſquam ſuſcepti operis eum pertæſum eſt. Vergilius omiſit accuſatiuũ, quum inquit: Si non pertæſum thalami, thedæq; fuiſſet. Sic & Terent. Sic me dij amabunt, ut tuarũ miſertum eſt fortunarum. Licenter puditum eſt cum ablatiuo dixit Plaut. Neque me, neq; te tuis intus puditum eſt factis.

Sed quædam ex his nonnunquàm perſonalia leguntur.

Plaut. Neminis miſereri certum eſt, quia mei miſeret nemo. Lucanus: Semper metuit quæ ſæua pudebunt Supplicia.

Satago, &c.

Satago, Miſereſco, & Miſeror, genitiuum admittunt.

Terent.

Terent. Etſi is ſuarum rerum ſatagit.
Statius: Et generis miſereſci tui.
Vergil. Oro miſerere laborum
Tantorum: miſerere animi non digna ferentis.

Recordandi.

Verba recordandi, & his diuerſa nunc genitiuo, nunc accuſatiuo cohærent.

Cicero: Minus uidebor meminiſſe conſtantiæ tuæ.
Vergil. Numeros memini, ſi uerba tenerem.
Terent. Ita prorſus oblitus ſum mei.
Vergil. Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.

Dicimus etiam, Memini huius rei, & de hac re, pro mentionem feci.

Quintil. Neq; omnino huius rei meminit poëta.
Cicero: De ui, de manu, de armis, de copijs memineritis.

Potior.

Potior nunc genitiuo gaudet, nunc ablatiuo.

Potiri cum genitiuo, uincere cum ablatiuo aſſequi ſonat.
Salluſt. Rhomani ſignorum, & armorum potiti ſunt.
Vergil. Egreſſi optata Troës potiuntur arena.

Significantia aliquid fieri in loco.

Omne uerbum admittit genitiuum proprii nominis, ſignificantis locum in quo fit actio.

Iuuenal. Quid Romæ faciam? mentiri neſcio.
Terent. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

EXCEPTIO I.

Si tamen fuerit pluralis duntaxat numeri, aut tertiæ declinationis, in datiuo ponitur, aut poëticè in ablatiuo.

Iuuenal. Viuat fidenis, & agello cedo paterno.

Cicero: Sextum nuntiauit cum una ſola legione fuiſſe Carthagini.
Horatius:Romæ Tybur amem,uentoſus Tybure Romam.

APPENDIX.

Inueniuntur etiam huiuſmodi nomina in ablatiuo apud oratores.

Cicero:Quum tu Narbone menſas hoſpitum conuomeres.
Idem:Sepultus eſſe Lacedæmone dicitur.

EXCEPTIO II.

Sed appellatiuis, & maiorum locorum uocabulis ferè præpoſitio additur.

Vergil.-Incenſa Danai dominantur in urbe.
Cicero:In Gallia ſperamus eſſe otium.

APPENDIX.

Militiæ uerò,Belli,Domi,& humi, ut propria locorum conſtruuntur.

Terentius:Vnà ſemper militiæ,& domi fuimus.
Cicero:Præterea quibuſcunque rebus uel belli,uel domi poterunt, rempublicam augeant.
Horatius:Serpit humi tutus nimium,timidusq; procellæ.

Sed Domi,alia nõ admittit adiectiua,quàm Meæ, Tuæ,Suæ,Noſtræ Veſtræ,& Alienæ.

Cice.Non'ne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ? Non ergo dices,Victito domi paternæ: ſed in domo paterna.
Ouidius:Suſtinet in uidua triſtia ſigna domo.

APPENDIX.

Ruri in datiuo,ſiue Rure, in ablatiuo,uerbis actionem in loco ſignificantibus adiungitur.

Terentius:Ruri ferè ſe continebat.
Horatius:Rure meo poſſum quiduis perferre,patiq;.

Dati

Datiuus poſt uerbum.

QVODVIS uerbum acquiſitiuè poſitum exigit datiuum.

Cicero: Atq; hoc carmen hic tribunus plebis nō uobis, ſed ſibi intus canit. Hoc eſt priuatum curat commodum. Plautus: Eandem nunc repoſcis, patiar, tibi habe. Idem: Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur. Hoc eſt, nihil id negotij mihi prodeſt. Quintilianus: Non fabricetur militi gladius. Vergil. Fronde ſuper uiridi, ſunt nobis mitia poma.

Acquiſitiua Commodum, Incommodum'ue ſignificantia.

Quæ Cōmodum, aut Incommodum ſignificant, datiuo gaudent.

Cicero: Quicquid ei cōmodaueris, erit mihi gratum. Idē: Tantis enim tuis officijs non uideor mihi reſpondere poſſe. Hoc eſt ſatisfacere. Plautus: Benè, quæſo, inter uos dicatis, & mihi abſenti tamen. Terent. Nec rationem capio, niſi quod tibi bene ex animo uolo. Cicero: Videndum eſt igitur, ut ea libertate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. Plautus: Meritò maledicas mihi, ſi non ita id factum eſt.

Sed quædam ex his datiuū mutant in accuſatiuū.

Ouidius: Cui ſtudeat, Deus omnis habet.

Cicero: Vnum ſentitis, unum omnes ſtudetis.

Terentius: Gnato ut medicarer tuo, imperaſti.

Vergilius: Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum Eualuit.

APPENDIX.

Quædā etiam aliquoties pro datiuo accuſatiuum habent, accedente præpoſitione.

Columella: Id minimè conducit agricolæ. Plautus:
Si alia memorem, quæ ad uentris uictum conducunt, mora eſt.

Nam Conducere alias ducere, alias locare ſignificat: & tunc accuſat

cuſatiuum habet cum datiuo. Plautus:*Manè me iuſsit ſenex conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum.* Cicero:Huic ego locum in proximo conduxi. Quintilia.*Confert admirationi etiam infirmitas.* Idem:*Scio quæri etiam, natura'ne plus ad eloquentiam conferat, an doctrina.*

APPENDIX.

Quædam acquirendi uerba accuſatiuum rei cum datiuo perſonæ, aut accuſatiuum perſonæ cum ablatiuo rei admittunt.

Martialis:*Quod tibi donaui, perfide, littus emo.*
Plautus:*Dij immortales quot, & quantis me donatis gaudijs?*
Cicero:*Veruntamen dolorem ſuum nemini impertiebat.*
Terentius:*Sed ceſſo heram hoc malo impertire properè.*

APPENDIX.

Quibuſdam acquiſitiuis tam datiuus quàm accuſatiuus pro diuerſa ratione apponitur.

Ouid.*Sed bene cõſuluit caſto Deus æquus amori.*Hoc eſt, prouidit.
Idem:*Vt piget infido conſuluiſſe uiro.*Hoc eſt, conſilium dediſſe.
Idem: *Rectoremq; ratis de cunctis conſulit aſtris.* Hoc eſt, conſilium ab rectore petit.
Terentius:*Syre tibi timui malè.* Hoc eſt ſollicitus pro te fui.
Iuuenalis:*Quum furem nemo timeret.* Hoc eſt, metueret ne noceret fur.

Aliquoties coniungitur uterque caſus.

Horatius:*Te ſuis matres metuunt iuuencis.*

Imperandi, & Nuntiandi.

Quæ imperandi & nuntiandi ſignificationem habent, datiuum poſtulant.

Ouidius:*Imperat heu uentis, tumidæ non imperat iræ.*
Terentius:*Conſeruis ad eundem præcipio modum.*
Idem:*Nunc adeo edico tibi, ne uim facias ullam in illam.*
Macrobius:*Sacrorum cuſtodibus iuſsit, ne mulierem intereſſe permitt*

mitterent.

Terent.Bona noſtra hæc tibi committo,& tuæ mando fidei. Plautus: Salutem tibi ab ſodali ſolidam nuntio. Cicero:Summam feci cogitationum mearum omnium, quam tibi ſi potero, breuiter exponam. Cicero:Legem ſibi indicunt innocentiæ. Terentius: Tu iſti narrato omnem rem ordine,ut factum ſiet.

Dicimns tamen Tempero, Moderorq; tibi, & te: item Refero tibi,& ad te.

Plinius:Et hercule ſi temperes gulæ,non eſt oneroſum.

Vergilius:Ille regit dictis animos,& temperat iras.

Cicero:Pudor tuus moderatur orationi meæ.

Plautus:Neq; tuũ te ingenium moderatur,neq; fraternũ ira leuat.

Vergil.Surge age,& hæc lætus longæuo dicta parenti.
Haud dubitanda refer.

Idem:Delectos populi ad proceres,primumq; parentem
Monſtra Deũm refero:& quæ ſit ſententia,poſco.

Sed Referre ad Senatum, eſt rem in Senatu decernendam propónere.

Cicero:Reliquis autem de rebus conſtituendis,maturandis, agendis,iam ad Senatum referemus.

Scribo tibi,& Scribo ad te:item Mitto tibi,& Mitto ad te literas,pro eodem dicimus. Sed, Do tibi literas,ut feras ad aliquem:Do ad te literas,ut legas.

Cicero:Sed tu in iſta epiſtola nihil ad me ſcripſiſti de tuis rebus. Idem:Tu ad me de iſtis rebus omnibus ſcribas,uelim,quàm diligentiſſimè. Idem:Mirabar quid eſſet,quòd tu mihi literas mittere intermiſiſſes. Idẽ:Hunc librum ad te de Senectute miſimus. Idem: Literas ad te nunquàm habui cui darem,quin dederim.

Obſequii,& Repugnantiæ.

Quę ad obſequium ſiue repugnantiam pertinent, datiuum quoque aſciſcunt.

Terentius:Ego ſanè cupio obſequi gnato.

Idem:Sic mihi ſemper obtemperauit,tanquam filius patri.
Cicero:Non uni priuatim ancillatus ſum.
Ouidius:Ignauis precibus fortuna repugnat.
Cicero:Quum reſiſtere eius improbitati non poſſem.
Idem:Eius orationi uehementer reclamatum eſt.

Sed pauca ex his datiuum mutant in alium caſum accedente præpoſitione.

Vergilius:Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.
Cicero:Vitijs cum utroq; certabat.
Catullus:Noli pugnare duobus.
Cicero:Licet & dicere honeſtatē aliquādo cum utilitate pugnare.
Horatius:Scire uolam quantū ſimplex, hilarisq; nepoti Diſsidet.
Plinius:Adamas diſsidet cum magnete lapide.

Relatiua.

Verba quæ relationem & reſpectum habent ad aliquid,datiuum exigunt.

Verba dicuntur Relatiua,quorum ſignificatiō ad uocis alterius ſenſum refertur.

Vergilius: Huic monſtro Vulcanus erat pater. Nam pater ad filium relationem & reſpectum habet, quia ſine intellectu eius proferri non poteſt.

Huc pertinent citandi authores formulæ. ut Platoni corpus eſt uox.Hoc eſt iuxta Platonis ſententiam. Ariſtoteli animal eſt etiam ſpongia.Plinio ſentiunt & arbores.

Relatiua per compoſitionem.

Quædam cōpoſita cum his præpoſitionibus Præ, Ad, Con, Sub, Ante, Poſt, Ob,In,& Inter datiuum efflagitant.

Cicero:Ego meis maioribus uirtute mea præluxi.
Horatius:Parcus ob hæredis curam,nimiumq; ſeuerus Aſsidet inſano.

Cicero

Cicero: Publius Claudius à populo condemnatus eſt: Iunius necem ſibi ipſe conſciuit.
Vergil. Quis nouus hic noſtris ſucceßit ſedibus hoſpes?
Cicero: Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.
Terent. Omnes poſthabui mihi res,ita ut par fuit.
Vergilius: Nec adhuc crudelibus occubat umbris.
Horatius: Immoritur ſtudijs, & amore ſeneſcit habendi.
Cicero: Itaq; neq; tu multum interfuiſti rebus agendis.

Pauca tamen ex his datiuum mutant aliquoties in accuſatiuum.

Terentius: Homo homini quid præſtat? Quintil. Præſtat ingenio alius alium. Quintus Curtius: Cogitationi noſtræ nunquam ſubijt. Idem: Sera pœnitentia ſubijt regem. Plautus: Virtus omnibus rebus anteit profecto. Terentius: O Phædria,incredibile eſt,quanto herum anteeo ſapientia.
Vergilius: Certantq; illudere capto.
Idem: Virtutem uerbis illude ſuperbis.

Sunt quæ datiuum conuertant in alium caſum, accedente præpoſitione.

Cicero: Mihi neutiquam cor conſentit. Idem: Apparet enim iam cor cum oculis conſentire. Idem: Nec me protinus huic opinioni eorũ accedere haud dißimulo. Hoc eſt,opinionẽ approbare. Liuius: Hæc tibi à me dotalia dona accedũt. Hoc eſt adiungũtur. Idẽ: Ad amorem quidem nihil poterat accedere. Hoc eſt adiungi.
Terent. Accede ad ignẽ hunc,iam caleſces plus ſatis. Hoc eſt ueni.
Verg. Infelix puer,atq; impar congreſſus Achilli.
Aul. Gell. Ter cum hoſte congreſſus,uictor redijt.
Vergilius: Validis incumbite remis.
Cicero: Pergite adoleſcentes, & in hæc ſtudia (in quibus eſtis) incumbite.
Quintilianus: Sed naturis ipſis ars inerit.
Terentius: Triſtis ſeueritas ineſt in uultu,atq; in uerbis fides.

Interdico tibi aquam & ignem:Interdico,& Interdicitur tibi aqua & igni:item Aqua & ignis interdicitur tibi,dicimus.

Interdicere eſt uehementer prohibere. Liuius: Fœminis duntaxat uſum puerperæ interdicemus. Plinius: Aqua & igni interdixit ei,qui in leges ſuas non iuraſſet. Idem: Carent enim toga,iure,quibus aqua & igni interdictum eſt. Cicero: Veluti in beatis,ut Marco Tullio aqua & ignis interdicatur.

Iraſcendi.

Verba iraſcendi datiuum admittunt.

Plautus: Noli amabo Amphitryo iraſci Soſiæ cauſa mea.
Terentius: Adoleſcenti nihil eſt,quod ſuccenſeat.
Cicero: Quorum utriq; mortem eſt minitatus.

Contingentiæ.

Verba contingendi datiuum poſtulant.

Ouidius: Omnis,cui uirtus contigit,unus eras.
Cicero: Nihil mali accidiſſe Scipioni putandum eſt.
Terentius: Ain tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter?.

Abſentiæ,& Penuriæ.

Quæ ad abſentiam,penuriam'ue pertinent, datiuo gaudent.

Ouidius: Virq; mihi dempto fine carendus abeſt.
Vergilius: Lac mihi non æſtate nouum,nec frigore deſit.
Lucanus: Nondum tibi defuit hoſtis.
Idem: Spes uictis telluris abit.

Confidentiæ.

Verba confidendi datiuum poſtulant.

Cicero: Egò uero non grauarer,ſi mihi ipſe confiderem.
Vergilius: Equo ne credite Teucri.

Promittendi.

Verba promittendi datiuo cohærent.

Cicero:

Cicero: Iam enim totum,quod tibi promiſeram,præſtiti.
Plautus: Pollicitus ſum illi mercedem.
Terent. Miſeram me,forſitan hic mihi paruam habeat fidem.
Idem: Si mihi fidem das,te tacituram.
Idem: Aliam pater ei deſponderat,gnatam Chremetis.
Idem: Aiebant hodie filiam meam nubere tuo gnato?

Liquet,&c.

Liquet,Vacat,Sufficit,Expedit,Dolet,Licet,& cõ ſimilia,dandi caſum aſciſcunt.

Cicero: Eorũ uerò,qui ſibi non liquere dixerunt,ſapientiã laudo.
Ouidius: Non uacat exiguis rebus adeſſe Ioui.
Vergilius: Nec ſufficit umbo Ictibus.
Terent. Nil ſatis firmi uideo:quãobrem accipere hũc mihi expediat metum. Plaut. Ego illud ſcio,quàm doluerit cordi meo.
Cicero: Libuit enim otioſo eſſe Themiſtocli,licuit Epaminundæ.

Datiui aduerbiales.

Quibuslibet uerbis apponuntur hi datiui aduerbiales Tempori,Luci,& Veſperi.

Plautus: Num ſatis tempori?num ocyus quiui?
Idem: Sed properate iſtum atq; iſtam actutum emittere tandem, ut ueniamus luci. Terentius: Nunquam tam manè egredior,neque tam ueſperi domum reuertor.

Verbis aliquoties datiuus feſtiuitatis gratia, adiungitur.

Terentius: Suo ſibi hũc iugulo gladio. Vbi datiuus Sibi,nõ ad neceſsitatem,ſed tantùm ad iucunditatem additur.

Datiui gemini.

Sunt quæ nonnunquã geminos habent datiuos.

Plautus: Tu me bene merentem tibi habes deſpicatui.
Cicero: Pecuniã iis,qui aliquid ab iſto mercabantur,fœnori dabat.
Terentius: Tu nunc id tibi laudi ducis,quod fecisti inopia.
Horatius: Nec timuit,ſibi ne uitio quis uerteret olim.

Accuſatiuus poſt uerbum.

VERBA tranſitiua cuiuſcunq; generis, exigunt accuſatiuum ſignificantem id quod patitur.

Tranſitiua uerba appellantur, quorum ſignificatio in aliud ceu patiens transfunditur.

Ouidius: Sæpe bibi ſuccos (quãuis inuitus) amaros.

Vergilius: Torua leæna lupum ſequitur.

Idem: In primis uenerare Deos.

Plautus: Cur me miſerum uerberas?

Duo accuſatiui.

Sunt quæ geminum admittunt accuſatiuum.

Ouidius: Hoc te celauimus unum.

Vergil. Et te tua fata docebo. Idem: Pacem te poſcimus omnes.

Lucanus: Dux etiam uotis hoc te fortuna precatur.

Sed pauca huius ordinis, accuſatiuũ perſonæ mutant in ablatiuum, accedente præpoſitione.

Cicero: Non quæro abs te, qua re patrẽ Sextũ Roſcius occiderit.

Idem: Quæro illud etiam ex te, quod priuatus admiſiſti.

Vergilius: Ipſum obteſtemur, ueniamq; oremus ab ipſo.

Cicero: Audes quicquam ab iſtis petere?

Plautus: Ego quidem ab hoc certe exorabo.

Lucanus: Vxor & à charo poſcet ſibi fata marito.

APPENDIX.

Verba induendi, & his contraria accuſatiuum rei mutant in ablatiuum.

Verg. Contẽplator itẽ, quũ ſe nux plurima ſyluis Induet in florẽ.

Idem: Poſtquam illum uita uictor ſpoliauit Achilles.

Vertunt & accuſatiuum perſonæ aliquoties in datiuum.

Ouidius: Dumq; latus ſancti cinxit tibi turba ſenatus.

Verg.

Vergilius: Humero ſimul exuit enſem.

Motus ad locum.

Quæ ſignificant motum ad locum, accuſatiuũ poſtulant nominis proprii citra præpoſitionem.

Cicero: Capuam uenire iuſſi ſumus, ad nonas Februarias.
Idem: E Pompeiano me Romam recepi.
Suetonius: Retulit etiã ut colonis, quos rogatione Vatinia Nouum comum duxiſſet, ciuitas adimeretur.
Ouidius: Atq; aliquis doctas iam nunc eat (inquit) Athenas.

Sed appellatiuis, & maiorum locorum uocabulis, ferè præpoſitio additur.

Cicero: Ego in prouinciam ueni, pridie calendas ſextiles.
Terent. Procurro ad forum, ut dicam tibi hæc.
Vergilius: Ad templum non æque Palliadis ibant Iliades.
Salluſtius: Legantur tamen in Aphricam maiores natu.
Cicero: Nondum erat auditum, te ad Italiam aduentare.
Idem: Nec in Apuliam tuam accedas.

Domus, & Rus, ut propria locorum conſtruũtur.

Verg. Ite domum ſaturæ (uenit heſperus) ite capellæ.
Terent. Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum.

Pleriq; nonnunquã & propriis locorũ nominibus licenter addũt præpoſitionẽ, & appellatiuis adimũt.

Propert. Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.
Cicero: Eo die Verres ad Meſſanam uenturus erat.
Vergil. At nos hinc alij ſitientes ibimus Aphros.
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ ueniemus Oaxem.
Idem: Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit Littora.

Spatium temporis.

Quibuslibet uerbis apponitur accuſatiuus ſignificans ſpatium temporis.

Vergilius: Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.

Horatius: Iidem eadem poſſunt horam durare probantes.
Cicero: Viginti duos annos ei ſacerdotio præfuit.
Terentius: Verum ſi ea uiuit, annos nata eſt ſedecim.

Sed hic accuſatiuus uertitur aliquoties in ablatiuum.

Vergil. Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte.
Cicero: Qui duxit uxorem, uno menſe fœlix eſt.
Plinius: Nil ſalutare, niſi quod toto anno ſalubre.

At quoties non ſpatiũ, ſed ſpecies temporis ſignificatur, ablatiuus tantum apponitur.

Cicero: Superioribus diebus ueni in Cumanum.
Vergilius: Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt.
Plinius: Abeunt & hirundines hybernis menſibus.
Tibullus: Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator.

Hic additur interdum præpoſitio.

Horatius: Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

Significatur autem ſpecies, quũ fit interrogatio per quãdo. ut, Quãdo uenies? hora tertia. Spatium uerò, quum interrogatio per quandiu. ut, Quandiu uigilaſti? tres horas, uel tribus horis.

Spatium loci.

Quibuſdam uerbis adiungitur accuſatiuus ſignificans loci ſpatium.

Cicero: Pedem adhuc è uilla egreſſi non ſumus.
Martia. Te tamen ut uideam, duo millia non piget ire.

Vertitur hic accuſatiuus aliquoties in ablatiuum.

Vergil. Nec longis inter ſe paſſibus abſunt.
Plin. Alynnũ à proxima cõtinente abeſt ſeptem millibus paſſuum.

Accuſatiuus reciprocus.

Quodlibet uerbũ quantũuis intranſitiuũ admittit accuſatiuũ nominis ſignificantis eundem actum.

Quintil. Qui uitam beatam uiuere uolet, philoſophetur oportet.

Plautus: Amanti hero ſeruitutem ſeruit.
Terentius: Conſimilem luſerat iam olim ille ludum.
Idem: Cantilenam eandem canis.

Accuſatiuus per figuram.

Intranſitiua quædam accuſatiuum figuratè admittunt.
Vergilius: Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.
Idem: Nec uox hominem ſonat ô Dea certe.
Horatius: Paſtillos Ruffillus olet, Gorgonius hyrcum.

Ablatiuus poſt uerbum.

QVODVIS uerbum admittit ablatiuũ ſignificantem qualecũq; inſtrumentum, aut modum actionis. Inſtrumentum id omne appellamus, quo aliquid fit.
Terentius: Etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas.
Plinius: Baſiliſcus alios ſerpentes olfactu necat.
Vergilius: Malo me Galathea petit.
Idem: Hi iaculis, illi certant defendere ſaxis. *Salluſtius: Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.*

Exemplum Modi.

Cicero: Longiſſimas uias incredibili celeritate confecit.
Terentius: Nihil geram, niſi tuo conſilio.
Idem: Ego, Demea, ſumma ui hanc defendam.
Hic tamen apponitur aliquoties præpoſitio, cum.
Terentius: Date operam, & cum ſilentio animaduertite.
Plautus: Face, hanc rem cum cura geras. *Sed inſtrumentis non apponitur: nam non recte dicitur, tango te cum manu.*

Vendendi.

Quibuslibet uerbis pretii uocabula uel in ablatiuo, uel per aduerbium apponuntur.

Aud.

Aul.Gell. Libros treis reliquos mercatur nihilo minori pretio.
Plautus: Vitam tuam uitioſa nuce non emam.
Vergilius:Exanimumq́; auro corpus uendebat Achilles.
Perſius: Et centum Græcos curto centuſſe licetur.
Terentius: Inſcripſi ilico ædes mercede. Cicero: Emit domũ litigatoribus defatigatis,prope dimidio carius,quã æſtimabatur.
Idem: Cariſſime conſtat,quod precibus emptum eſt.
Plautus: Neq; patiar te gratis hanc laudaſſe,quæ mihi placet.

Sed Valeo acuſatiuum etiam admittit.

Vlpianus:Quaſi minimo ualeret hæreditas Varro:Denarij dicti,quòd denos æris ualebant,quinarij,quod quinos.

Excipiũtur Tanti,& Quanti,cum cõpoſitis:item Pluris & Minoris,ſi non addantur ſubſtantiua.

Iuuenalis: Tanti partus equæ,quanti una uenefica conſtat.
Quintil. Hoc unum ſuperat,ut deuectum tantidem uenderes.
Iuuenalis: Quanticunq; domus conſtet.
Cicero: Non uendo pluris quàm alij,fortaſſe etiam minoris.

Ablatiuus per Synecdochen.

Quæ ad Synecdochen pertinent, auferendi quoq; caſum aſciſcunt.

Ea ſunt,quæ aut corporis,aut animi qualitatem ſignificant.
Vergilius: Moribunda relanguit ore.
Cicero: Sed angor intimis ſenſibus.

Sed hic ablatiuus uertitur aliquoties in genitiuũ.

Terentius: Animi ſeſe angebat,facti pœnitens.
Cicero: Deſipiebam mentis,quum illas ſcriptas mittebam tibi.
Plautus: Diſcrutior animi,quia ab domo abeundum eſt mihi.
Cicero: Putaui tandem aliquid ſcribendum eſſe,eò maxime quòd oſtendis te pendere animi.

Poëtæ dicunt per accuſatiuum.

Vergilius: Expleri mentem nequit.

Idem:

Idem:Truncatur membra bipenni.
Idem:Micat auribus,& tremit artus.

Comparatiua.

Quæ uim obtinent comparationis,admittunt ablatiuum ſignificantem menſuram.
Quintil.Tanto ille ſuperiores gloria uicerat.
Salluſt.Multò præſtat beneficij,quàm maleficij memorem eſſe.
Ouidius:Quanto dux milite maior,Tanto ego te ſupero.

Ablatiuus cauſæ efficientis.

Quibuslibet uerbis apponitur ablatiuus, ſignificans cauſam efficientem.
Vergil.Aſpice,uenturo lætantur ut omnia ſeclo.
Idem:Arma rigent auro madidis ſqualentia glebis.
Idem:Redolentq; thymo fragrantia mella.
Horatius:Laudis amore tumes.

Ablatiuus cauſæ materialis.

Quibuſdam additur ablatiuus,ſignificans cauſam materialem,accedente præpoſitione.
Verg.Tum Phœbo,& Triuiæ ſolido de marmore tēpla Inſtituā.
Plinius:Romæ ſimulacrum ex ære factum,Cereri primum reperio ex peculio Spurij Caßij.

Poëtæ tamen aliquoties prępoſitionem omittunt.
Vergil.Sectaq; intexunt abiete coſtas.
Idem:Templa Dei ſaxo uenerabar ſtructa uetuſto.

Motus à loco & per locum.

Quę ſignificant motum è loco,ſiue per locum,ablatiuũ poſtulant nominis proprii citra præpoſitionē.
Cicero:Niſi ante Roma profectus eſſes,nunc eam certè relinqueres. Idem:Sexto die Delum Athenis uenimus. Idem: Conſcendens iam nauem Epheſo Laodiceam iam reuertis. Idem: Iter Laodicea faciebam ad tertium nonas Sextiles.

Sed appellatiuis & maiorum locorum uocabulis ferè præpoſitio additur.

Vergil.Ducite ab urbe domum mea carmina,ducite Daphnim.
Cicero:Quum è Sicilia decedens,Rhodum ueniſſem.
Ouidius:Per mare,per terras,cognataq́; flumina curris.
Liuius:Per Siciliam pedibus profectus,freto in Italiam traiecit.
Cicero:Iter in Italiam facio per Cappadociam.

Domus,& Rus,ut propria locorum conſtruuntur.

Terēt.Etiam hoc miſera ſuſpicor, aliquid domo abeuntē abſtuliſſe.
Idem:Timeo ne pater iam rure redierit.

LICENTIA.

Pleriq; nonnunquam & propriis locorum nominibus licenter addunt præpoſitionem, & appellatiuis adimunt.

Tit.Liuius:A Delphis Romam rediјt.
Idem:A Corintho ueniens,Iulium ad Demetriadem præmiſit.
Verg.Prouehimur portu,terræq́;,urbesq́;recedūt.Hoc eſt,à portu
Idem: Prona petit maria,& pelago decurrit aperto. Hoc eſt, per pelagus.

Ablatiuus abſolutus.

Quibuslibet uerbis additur ablatiuus abſolutè ſumptus.

Ablatiuus abſolutus eſt,qui clauſulæ uim obtinet, ſoluiturq́; uarijs modis. Per Quum.Iuuenalis:Animante tuba galeatum ſero duelli Pœnitet. Hoc eſt, quum animat tuba. Per Dum. Idem: Nocte patent uigiles te prætereunte feneſtræ. Hoc eſt, dum præteris. Per Si.Ouidius:Proximus ad Dominam nullo prohibente ſedeto.Hoc eſt,ſi nullus prohibeat, Per Quamuis. Plinius Iunior:Lex,reſiſtente Appio Claudio,tamen lata eſt.Hoc eſt,quamuis reſiſteret. Per Priuſquam. Cicero: Niſi explicata ſolutione, non ſum diſceſſurus. Hoc eſt, priuſquam explicuero. Per Poſtquam.Ouidius:

Nunc mihi naufragio quid prodeſt dicere facto,
Qua mea debuerat currere cymba uia? Hoc eſt, *poſtquam factum eſt naufragium.*

Implendi & onerandi.

Verba implendi, onerandi, & his diuerſa auferendi caſum exigunt.

Vergilius: Hic regina grauem gemmis, auroq́; popoſcit,
Impleuitq́; mero pateram.
Cicero: Homines nequiſſimi quibus te onerarunt mendacijs.
Idem: Iracundiam meam ſatura tuo ſanguine.
Vergilius: Obrue uerſata Cerealia ſemina terra.
Terentius: Et nos amicos eius exonerastis metu.
Idem: Exple animum his, teq́; hoc crimine expedi.
Idem: Emunxi argento ſenes. *Vergil.* Ego hoc te faſce leuabo.

Impleo & Saturo etiam genitiuum apud poëtas admittunt.

Vergil. Implentur ueteris Bacchi, pinguiſq́; ferinæ.
Idem: Poſtquam dextra fuit cædis ſaturata.

Proſequor, Afficio.

Proſequor & Afficio gaudent ablatiuo, exponendo per uerbũ, à quo deducitur, aut per ſynonymum.

Proſequi eſt cum affectu aliquo animi ſequi, Afficere uerò eſt commouere: ut, Proſequor te amore, laude, honore: hoc eſt amo, laudo, honoro te. Proſequor te beneuolentia, hoc eſt, bene uolo tibi: Proſequor te probro, hoc eſt, uitupero te. Proſequar te beneficentia, hoc eſt, donabo tibi munera. Cicero: Iſte iratus hominem uerbis uehementioribus proſequitur.

Literæ tuæ magno me affecerunt gaudio, hoc eſt, exhilarauerũt me. Afficiã te ſupplicio, hoc eſt puniam. Affecit me dolore, hoc eſt contriſtauit. Terẽt. Quanta me cura & ſolicitudine afficit gnatus.

Mereor benè, ſeu malè.

Benè, ſeu malè mereor, interueniente præpoſi-

tione, ablatiuo cohæret.

Bene merere, ſeu mereri, de aliquo: eſt officio aliquem iuuare, aut beneficium in aliquem conferre. Malè autem merere, ſeu mereri, eſt aliquem offendere. Vergil. Si bene quid de te merui. Cicero: Quo animo in hominem petulantem, & malè de nobis meritum, eſſe debuimus?

Abundandi.

Verba abundandi, & his diuerſa, auferendi caſum efflagitant.

Terentius: Amore abundas Antipho.

Cicero: Non ergo erunt homines diuitijs affluentes audiendi.

Vergil. Nec requies, quin aut pomis exuberet annus
Aut fœtu pecorum. Ouidius: Arte egeo nulla.

Idem: Morte carent animæ. Valerius Maximus: Malo uirum pecunia, quàm pecuniam uiro indigentem.

Vertitur hic ablatiuus aliquoties in genitiuum.

Cicero: Quid eſt, quod in hac cauſa defenſionis egeat?

Terent. Quaſi tu huius indigeas patris.

Idem: Omnes labores mihi leues fuere, præterquam tui carendum quod erat.

Victito, Veſcor &c.

Victito, Veſcor, Fruor, Muto, Dignor, Fungor, & Vtor, gaudent ablatiuo.

Plaut. Victitabam uolupe parſimonia & duritia.

Vergil. Quem ſi fata uirum ſeruant, ſi ueſcitur aura Aetherea.

Cicero: Sed tamen recordatione noſtræ amicitiæ ſic fruor, ut beatè uixiſſe uidear. Horat. Mutat quadrata rotundis.

Vergil. Haud equidem tali me dignor honore.

Iul. Cæſar: Hunc ex proximis unus iacentem tranſgreſſus, eodem illo munere fungebatur.

Terent. Noſtra utere amicitia, ut uoles.

Legimus & Fungor officium, & Abutor operam.

Terent.

Terēt. *Maior filius tuus Aeſchinus nec boni, nec liberalis functus eſt officium uiri.* Idem: *Inſcribundis prologis operam abutitur.*

Paſco pecus herbis, in actiua uoce dicimus: & Pecus paſcitur herbas, in uoce deponenti.

Verg. *Paſcuntur uerò ſyluas & ſumma* Lycæi: *Horrētesq́; rubos.*
Ouid. *Aërias uolucres corpore paſce tuo.*

Præpoſitio ſubintellecta.

Præpoſitio ſubaudita facit, ut quibuſdam rectè addatur ablatiuus.

Cicero: *Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi iam, te aduocato, cauſa cadent.* Vbi, à, deſyderatur. Idem: *Cedam urbe, quam per me conſeruatam, ut eſſet libera, in ſeruitute uidere non potero.* Vbi ex, itidem deſyderatur. Idem: *Idq́; Socratem, qui uoluptatem nullo loco numerat, audio dicentem.* Hoc eſt, *in nullo loco.* Sic dicimus, *Diſceßit magiſtratu*, omiſſa præpoſitione, à. Item, *Habeo te loco parentis.* Hic *eſt mihi uice filij.* *Apparuit multis Angelus Dei humana facie.* Pro in loco, in uice, in humana facie.

Paſsiua.

Paſsiuis additur ablatiuus agentis, ſed accedente præpoſitione à, uel ab.

Ouidius: *A cane non magno ſæpe tenetur aper.*
Horat. *Laudatur ab his, culpatur ab illis.*
Ouid. *Non tamen illa legi poterant patienter ab illo.*

Additur aliquando datiuus abſq; præpoſitione.

Cicero: *Honeſta bonis uiris, non occulta quæruntur.*
Ouid. *Quid petitur ſacris tantum niſi fama poëtis?*

Accuſatiuus patientis uertitur in nominatiuum. ut, Pater caſtigat filium: filius caſtigatur à patre.

Cæteri caſus ferè omnes manent in paſsiuis, qui fuerant actiuorum. ut, Doceris à me grammaticam: Accuſaberis furti: Habeberis ludibrio: Priuaberis

magiſtratu.

APPENDIX.

Quę per ſe paſsiua uocantur, conſtruuntur quemadmodum & illa.

Per ſe paßiua dicuntur, quæ, o, finita, paßionem ſignificant.
Quintil. Fabricius reſpondet ſe à ciue ſpoliari malle, quàm ab hoſte uenire. Hoc eſt, *uendi.* Idem: *An ab reo fuſtibus uapulaſſet?* Hoc *eſt, uerberatus fuiſſet.*
Martialis: Exulat *Auſonia profugus delator ab urbe.* Hoc *eſt, expellitur.*
Terentius: Ego *ſcio me cauiſſe, ne ulla meritò contumelia fieri à uobis poſſet.*

Diſtandi, Abſtinendi, arcendi, &c.

Verba diſtādi, abſtinēdi, arcēdi, & his diuerſa, auferēdi quoq; caſum, interuētu præpoſitionis, admittūt.
Plinius: Circiter quinq; milia paſſuum diſtat ab urbe.
Plinius Iunior: Ne *milites à ſignis abſint.* *Idem:* Faceßite *hinc, atque à nobis diſcedite.*
Vergilius: Ignauum *fucos pecus à præſepibus arcent.*
Idem: –Prohibe *infandos à nauibus ignes.*
Terentius: Omnino abhorrere animum huic uideo à nuptijs.
Salluſt. Multa me dehortantur à uobis Quirites, ni ſtudium Reip. *omnia ſuperet.* Cicero: Nolite *cum ſupplicem à uobis absterrere.* *Terentius:* Hæc *ea eſt, quam miles à me ui nunc ereptum uenit.* Idem: O *factum bene, beaſti, metui à Chryſide.* Idem: Abs *quouis homine, quum opus eſt, beneficium accipere gaudeas.* Cicero: Sæpe *à maioribus noſtris audiui, qui ſe porrò pueros à ſenibus audiuiſſe dicebant.* Idem: Virtus *à uiris nomen eſt mutuata.*
Corn. Tacitus: Naſci *à principibus fortuitum eſt.*
Vergilius: Diſce *puer uirtutem ex me, uerumq; laborem.*

Omittitur interdum præpoſitio.

Horatius: Viuere *ſi recte neſcis, diſcede peritis.*

Verg

Vergilius: *Heu fuge nate Dea, teq; his (ait) eripe flammis.*
Salluſtius: *Aliorum opprobria ſæpe abſterrent uitijs.*
Vergil. Inſtabiles animos ludo prohibebis inani.
Ouidius: *Eſt uirtus placitis abſtinuiſſe bonis.*

Horatius abſtineo iunxit etiam genitiuo. dicens in primo carminum: *Mox ubi luſit ſatis: abſtineto (dixit) irarum.*

Diuerſi caſus eidem additi uerbo.

Nihil uetat, quò minus eidem uerbo diuerſi caſus apponantur diuerſæ rationis. ut, Dedit mihi ueſtem hanc pignori, te præſente, propria manu.

Nam, Veſtem, additur tanquam tranſitiuo: *Mihi, tanquam acquiſitiuo. Pignori ex eorum forma eſt, quæ reſoluuntur per ad, uel per in: hoc eſt, in pignus. Te præſente, ablatiuus eſt abſolutus. Propria manu, inſtrumentalis.*

Circuitionis uis.

Quædam per circuitum modò genitiuum, modò accuſatiuum, modò etiam datiuum cum ablatiuo admittunt.

Quoties id, quod paucioribus uerbis dici poteſt, pluribus explicatur, circuitio eſt: cuius interim ea eſt uirtus, ut uerbi, cuius loco ponitur, caſum admittat. Cicero: *Venit enim mihi in mentem oris tui. Hoc eſt, memini. Turpilius apud Noniũ Marcellum*: *At enim ſcies, quæ fuiſti neſcius. Hoc eſt, quæ ignoraſti. Terent. Soſtrata credit mihi me pſaltriam hanc emiſſe, id anus mihi indicium fecit. Hoc eſt, indicauit. Cicero*: *Autoritate tua nobis opus eſt. Hoc eſt, indigemus.*

Sed, Opus eſt, uariam habet conſtructionem.

Cicero: *Dux nobis & autor opus eſt. Idẽ*: *Si quid opus erit, ſi quid acciderit noui, facies ut ſciam. Titus Liuius*: *Simul quæ uulneri curando opus ſunt, parat. Cicero*: *Vbi rerum teſtimonia adſunt, non eſt opus uerbis. Terentius*: *Dices nummos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi.*

Ouidius: Non minor eſt uirtus, quàm quærere parta tueri:
Caſus ineſt illic: hic erit artis opus.

Infinita.

Quibuſdam tum uerbis, tum adiectiuis familiariter adduntur uerba infinita.

Vergil. Paſtorem Tityre pingues Paſcere oportet oues.
Ouidius: Dicere quæ puduit, ſcribere iuſsit amor.
Cicero: Fieriq; ſtudebam eius prudentia doctior.
Terentius: Lectulos iube ſterni nobis.
Lucanus: Facilis ſed uertere mentes Terror erat.
Vergilius: Arcades ambo, Et cantare pares.
Idem: Et puer ipſe fuit cantari dignus.
Horatius: Audax omnia perpeti.
Idem: Gens humana ruit per uetitum nefas.

Ponuntur interdum figuratè ſic, ut à nullo pendeant.

Terẽtius: Aeſchine, hæccine flagitia facere? hæc te admittere indigna genere noſtro? *Vbi nonnulli ſubintelligi uolunt, Ita'ne æquũ eſt? ut facere & admittere pendeant à uerbo, eſt.* Vergilius: Hinc ſemper Vlyſſes
Criminibus terrere nouis, hinc ſpargere uoces
In uulgum ambiguas, & quærere conſcius arma. Hoc eſt, terrebat, ſpargebat, & quærebat.

De Gerundiis obſeruatio.

Dicta ſunt Gerundia à gerendo, quaſi gerendia: quòd duo gerant, caſum ſcilicet nominis in uoce tantũ, & uerbi ſignificationẽ in ſenſu, ſine modis tamen, & temporibus. Sed differũt à nominibus adiectiuis, quæ uulgò Gerundiua uocantur: quòd Gerundia & actionẽ & paſsionẽ, Gerundiua uerò paſsionẽ tantùm ſignifi

ſignificent. Cæterum Gerundia nunquã ſubſtãtiuis in eodem numero & caſu adiiciuntur, ſicut Gerũdiua. Poſtremò Gerundia uerborum ſuorum conſtructionẽ à poſteriori ſeruant, Gerundiua nullũ poſt ſe caſum admittunt.

Exempla Gerundiorum.

Ver. *Tibi numina mille, Mille nocẽdi artes. hoc eſt, quibus noceas.* *Iuſtinus de Ariſba* Epirotarum Rege loquens: *Athenas quoque erudiendi gratia miſſus, quantò doctior maioribus ſuis, tantò & gratior populo fuit.* Hoc eſt, *ut erudiretur.* *Ouidius*: Certè *flendo diffundimus iram.* Hoc eſt, *dum flemus.* *Quintilianus: Sed memoria excolendo, ſicut omnia alia, augetur.* Hoc eſt, *dum excolitur.* Cicero: Hic *autem locus ad agendum ampliſsimus, ad dicendum ornatiſsimus uiſus eſt.* Hoc *eſt, ubi quis agat & dicat.* *Salluſtius:* Pauca *ſupra repetã, quò ad cognoſcendum omnia illuſtria magis, magiſq; in aperto ſint.* Hoc *eſt, ut cognoſcantur.*

Exempla Gerundiuorum.

Vergilius: *Turne, quod optanti diuũm promittere nemo Auderet: uoluenda dies en attulit ultro.* Hoc *eſt, quæ aßiduo uoluitur.*

Cicero: Sed defendendi Vatinij *fuit etiam ille ſtimulus.* Hoc *eſt, quo defenderetur.*

Iuuenalis: – Capiendo nulla uidetur Aptior *hora cibo.* Hoc *eſt, ut capiatur.* *Cicero:* Opus *eſſet ad eam rem conſtituendam pecunia.* Hoc *eſt, ut ea res conſtitueretur.* *Idem:* Non *erat minor ex contemnenda, quã ex conſeruata prouincia ſpes triumphi.* Hoc *eſt, ſi contemneretur.* *Idem:* Reliqua *tempora demetendis fructibus, aut percipiendis accõmodata ſunt.* Hoc *eſt, quæ quotannis demetiuntur, & percipiũtur.* *Idem: Ad accuſandos homines duci præmio, proximũ latrocinio eſt.* Hoc *eſt, ut accuſentur.* *Idẽ:* Ne *criminibus aut inferẽdis delectetur amicus, aut credat oblatis.* Hoc *eſt, que inferri conſueuerunt.*

In his exemplis uides Gerũdia ſignificare nũc actionẽ, nũc paſ-

ſionem, Gerūdiua uerò tantū paſsionē. Vides item Gerundia ſine ſubſtantiuis uſurpari, at ſingulis gerūdiuis ſingula cohærere ſubſtantiua. De caſu autem gerundijs apponendo mox dicetur.

APPENDIX.

Differunt & à Participiis Gerūdiua nomina, q. Participia ſignificent tempus, abſq; rei adminiſtratione: Gerūdiua uerò rei adminiſtrationē ſine tempore. ut, Tenet me cura iuuentutis erudiendę. Hoc eſt, non quæ olim erudietur, non enim tempus ſignificat, ſed que iugiter erudiri à me debet. Ergo Erudiendæ gerūdiuū hîc eſt, nō participiū. Cōtrà, Cruciat me lectionis recitādę ſolicitudo. Hoc eſt, quā recitaturus ſum.

Gerundiorum Conſtructio.

Gerundia omnia eoſdē fermè caſus admittūt poſt ſe, quos habent uerba, à quibus deducuntur.

Vergilius: Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi?

Quintilian. Pauperi ſoluendo non ſumus. Hoc eſt, ſatisfacere non poſſumus.

Ouidius: Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas.

Sed Gerundio in di, aliquoties pro caſu uerbi genitiuus pluralis apponitur.

Plautus: Nominandi iſtorum tibi magis erit, quàm adeundi copia hic apud me. Hoc eſt, nominandi iſtos.

Cicero: Dolebas tantum Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. Hoc eſt, irridendi ſeipſos.

Gerundia in di.

Gerundia in di, pendent à quibuſdam, tum ſubſtantiuis, tum adiectiuis.

Cicero: In rebus tam ſeueris non eſt iocandi locus.

Ouidius: Creuerunt & opes, & amor ſceleratus habendi.

Vergilius: Aeneas celſa in puppi iam certus eundi.

Terent

Terent. *Haccine cauſa ego eram tantopere cupidus redeũdi domũ.*

Poëtæ Latini aliquoties pro gerundio infinitiuũ: more Grecorum uſurpant.

Verg. Et iam tempus equũm fumantia ſoluere colla.

Idem: Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.

Gerundia in do.

Gerundia in do, pendent à præpoſitionibus A; In De, Ex, & Cum.

Cicero: Iſti nos iuriſconſulti impediunt, à diſcendoq; deterrent.

Plautus: Multum in cogitando dolorem indipiſcor.

Cicero: Tu quid cogites de tranſeundo in Epirũ, ſcire ſanè uelim.

Quintil. Ex defendẽdo, quã accuſando uberior gloria cõparatur.

Idem: Ratio rectè ſcribendi iuncta cum eloquendo eſt.

Ponuntur & abſolutè.

Cicero: Hos occidẽdo, illos accuſando, totã ciuitatem labefactaſti.

Vergilius: Alitur uitium, creſcitq; tegendo.

Gerundia in dum.

Gerundia in dum, pendent à præpoſitionibus Ad, Ob, Ante, & Inter.

Cicer. Quod cuiq; tẽporis ad uiuẽdũ datur, eo debet cõtentus eſſe.

Idem: A quo pecuniam ob abſoluendum acceperas.

Vergil. Nanq; ante domandum, Ingentes tollent animos.

Idem: -Et inter agendum,

Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto.

Quum ſignificamus neceſsitatem, ſine præpoſitio ne uſurpantur, addito ſubſtantiuo uerbo.

Iuuenalis: Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.

Cicero: Videndum eſt enim primum, ne obſit benignitas.

Gerundiuorum Conſtructio.

Adiunguntur gerundiua his uerbis, Loco, Cõduco, Mando, Curo, & Habeo pro debeo, citra præ-

poſition

poſitionem.

Plautus: Perinde eſt præbere, ac ſi agrum ſterilem fodiendū loces.

Cicero: Columnā de Cotta & Torquato conduxerant faciendam.

Suetonius: Gladiatores notos ui rapiēdos, reſeruādosq́; mādabat.

Cicero: Recenti negotio literas ad te miſi, mittendasq́; curaui.

Suetonius. Vt conſolādos eos magis imperator, quā puniendos habuerit. Hoc eſt, punire debuerit.

Supina priora.

Priora ſupina ſequuntur uerbū ſignificans motū ad locū: admittuntq́; poſt ſe eoſdē caſus, quos habent uerba ipſorū. Dicta ſunt Supina, quia uocē habent participiorū paſsionē ſignificantium, & tamen reſupinantur, hoc eſt conuertuntur in actiuam ſignificationem, præſertim quæ in um, terminantur: ut ſequentia oſtendunt exempla.

Vergilius: Aut Graijs ſeruitum matribus ibo.

Idem: Suſpenſi Euripilum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus.

In illis Admitto ſpectatum, Do nuptum, & conſimilibus latens ſubeſt motus.

Horatius: Spectatum admiſsi, riſum teneatis amici

Terentius: Datur'ne illa Pamphilo hodie nuptum?

Significant etiam paſsionem ante infinitum Iri.

Terentius: Audierat non datum iri filio uxorem ſuo. Hoc *eſt, quod non daretur uxor.*

Quintilianus: Reus parricidij (quòd fratrē occidiſſet) damnatū iri uidebatur. Hoc *eſt, quod damnaretur.*

Ponuntur & abſolutè cum uerbo Eſt.

Ouid. Itum eſt in uiſcera terræ. Terent. Ceſſatū uſq; adhuc eſt.

Idem: Actum eſt, ſi quidem hæc uera prædicat.

Quintil. Ventum eſt ad partem operis deſtinati longè difficilimā.

Cicer

Cicero: Bibulo de tribus legatis aſſenſum eſt.

Poëtæ noſtri nonnunquam pro ſupino infinitum, more Græcorum uſurpant.

Vergilius: Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus: aut raptas ad littora uertere prædas.

Supina poſteriora.

Poſteriora Supina paſsiuæ ſignificationis ferme ſunt, adhærentq́; nominibus adiectiuis.

Vergilius: Nec uiſu facilis, nec dictu effabilis ulli. Hoc eſt, ut uideatur aut dicatur.

Terentius: Sum extra noxam, ſed non eſt facile purgatu.

Salluſtius: Optimum factu ratus, fortunam belli tentare.

Pendent etiam interdum à ſubſtãtiuis adiectiuorum uice fungentibus.

Cicer. Videtis nefas eſſe dictu, miſerabilẽ fuiſſe talem ſenectutem.

Legimus tamen Surgit cubitu, Redit uenatu, & ſi qua ſunt alia.

Cicero: Primus cubitu reſurgat, poſtremus cubitum eat.

Statius: Et nũc uenatu rediturum in limine primo Operiens.

Sed hæc nomina potius cenſenda ſunt, quàm uerba: ut ſit ſenſus, Reſurgat cubitu. Hoc eſt, à cubatione, & Rediturũ uenatu. hoc eſt, à uenatione. Non dices ergo, Venio lectu, ſcriptu: ſed à lectione, ſcriptione, atq; ita in reliquis id genus.

Participia.

Participia ſequuntur conſtructionem uerborum à quibus deriuantur.

Cicer. Nec ſepulchra legẽs uereor (quod aiũt) ne perdã memoriã.

Iuuen. Tollere dulcẽ. Cogitat hæredẽ cariturus turture magno.

Vergil. Lucemq́; peroſi Proiecere animas;

Idem: Vbera lacte domum referent diſtenta capellæ.

Cicero: Ab his derelictus eſt, à quibus tuendus erat.

Verum

Verùm hic uſitatior eſt datiuus.
Ouidius: Res audita mihi nota eſt tibi.
Idem: Vir mihi non iſto more legendus eras.

Participia facta nomina.

Participia fiunt nomina comparatione,& temporis amiſsione.

Comparatione,quia omne Comparatiuũ & Superlatiuum aut nomen eſt,aut aduerbium. Tempus uerò amittere participium dicitur,quum ſine caſu poſteriore uſurpatur.
Ouidius: Palleat omnis amãs. Cicero: Sed inuentus profectò eſt ille eloquens,quem nunquam uidit Antonius.

Participia fiunt nomina,quum pro caſu uerbi ſui genitiuum admittunt.

Salluſt. de Catilina loquens: Alieni appetens ſui profuſus.
Terentius: Herus liberalis eſt,& fugitans litium.

Participia fiunt nomina,quoties nõ ut uerba ipſorum componuntur.

Vt apud Horatium: Scribimus indocti,doctiq; poëmata paſsim. Non enim dicimus indoceo. Et apud Terentiũ: Tu'ne hic homines adoleſcentulos,imperitos rerũ,eductos liberè in fraudẽ illicis? Quia non dicimus Imperio,imperis. A Pario ſiquidem ueteres Perio uerbũ actiuum traxere,quod ſignificat aperio,doceo: unde Peritus dicitur doctus,expertus:ſicut econtrario Imperitus,indoctus,atq; inexpertus. Et apud Cicer. Quẽ uellet ciuium indicta cauſa impune poſſet occidere. Hoc eſt,non dicta:nam indictum ab indico indicis ſignificat ſolenniter promulgatum,ſeu denũtiatum.
Et apud Suetonium: Funere indicto rogus extructus eſt. Et apud Terentium: Infecta pace,ultro ad eam uenies,indicans te amare. Hoc eſt,non facta. Infectum nanque ab inficio idem eſt quod tinctum ſeu pollutum. Liuius: Hoc luxu & peregrinis infecti moribus.

Genit

Genitiuus poſt Nomen.

OMNIA ſubſtãtiua,quę ſignificant poſſeſsionem, menſuram, ſiue numerũ, aut relationem ad aliquid,genitiuũ exigunt.

Horatius: Pallida mors æquo pulſat pede: pauperũ tabernas Regumq; turres,ô beate Sexti.

Columella: Iugerum agri pinguis plerũq; modios tritici quatuor, mediocris quinq; poſtulat.

Plautus: Clanculum dimiſit nardini unam amphoram cellarius.

Horatius: Fiet,eritq; tuus nummorum millibus octo.

Verg. Aſt ego,quæ diuũ incedo regina,Iouisq; Et ſoror & cõiux.

Idem: Sum patria ex Itacha,comes infelicis Vlyßi,
Nomine Achemenides.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuum,accedente uerbo Eſt.

Terentius: Samia mihi mater fuit,ea habitabat Rhodi.

Ouidius: Cui pater eſt Minos,cui mater filia Phœbi.

Sed proprium ſi proprio iungatur,ſubaudiẽdum eſt appellatiuum.

Ver. Hectoris Andromache,Pyrrhin cõnubia ſeruas? Subau. uxor.

Idem: – Atq; unà Phœbi,Triuiæq; ſacerdos
Deiphobe Glauci. Subaudi filia. Legimus etiam apud Terentium: Huius Biriam uideo. Subaudi ſeruum.

Subſtantiuè poſita.

Quædam adiectiua ſubſtantiuè poſita,genitiuum admittunt: item pronomina quædam.

Iuuenalis: Quantùm quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantùm habet & fidei.

Terentius: Nihil preti loci eſt relictum.

Idem: Quid mihi eſt lucri te fallere?

Horatius: Plus dapis eſt,& rixæ multo minus,inuidiæq;.

Terẽt. Quid hoc hominis? quid hic ornatus eſt? quid illud mali eſt?

Sed idem datiuo adiungitur.

Horatius: Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti. Hoc eſt, ſimile *qui occidit.*

De nominibus Verbalibus.

Omnia ferè uerbalia genitiuum admittunt, qui uerbis erat accuſatiuus.

Plinius: Natura hominum eſt nouitatis auida.
Ouidius: Cupidus ſtudiorum quiſq; ſuorum.
Idem: Iſta tenax ſegetis creſcere lappa ſolet.
Plinius: Vt tam ferax bonarum artium ſeculum uideremus.

APPENDIX.

Quæ ſunt uerbalibus affinia, gignendi quoq; caſum aſciſcunt.

Verg. Nec ſum animi dubius, uerbis ea uincere magnũ Quã ſit.
Silius: Hic fuit exuperans æſtu, ſed deuius æqui.
Plautus: Ita me Rex Deũ atq; hominũ faxit patriæ compotem.
Iuſtin. Pecuniæ adeo parcus, ut ſumptus funeri defuerint.
Cicero: Particeps & conſilij ueſtri fuit, & timoris.
Vergil. Proſpicit ignarus rerum, ignaruſq; ſalutis.
Silius: O fœlix famæ, & latio lachrymabile nomen.
Cicer. Alienæ igitur culpæ reum me facis.
Huius generis adiectiua ſunt prope innumera.

Sed conſcius nunc genitiuum, nunc datiuũ, nunc etiam genitiuum cum datiuo admittit.

Iuuen. Quum ſimulat gemitus occulti conſcia facti,
Ouidius: Conſcia delitijs illa fuere meis.
Vergil. Et mens ſibi conſcia recti.

Attributiua.

Quum ſignificamus aliquid ineſſe, ſiue adeſſe cuipiam, quod ad laudẽ, ſeu uituperium pertinet, modò per genitiuum, modò per ablatiuum efferimus.

Iuuen.

Iuuenalis:Ingenui uultus puer,ingenuiq; pudoris.
Horat.Dij bene fecerunt inopis me,quodq; puſilli Finxerũt animi.
Vergilius:Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ.
Martialis:Crine ruber,niger ore,breuis pede,lumine læſus,
Rem magnam præſtas Zoile ſi bonus es.

Aliquoties adiectiuum neq; in genitiuo neque in ablatiuo,ſed in alio caſu apponitur.
Ouidius:Ennius ingenio maximus,arte rudis.

Species & genus.

Species ſubiicitur generi in genitiuo, aut in eodem caſu per appoſitionem.
Vergil.Hic tamen ille urbem Pataui,ſedesq; locauit Teucrorum.
Salluſt.Vrbem Rhomã(ſicuti ego accepi)initio Troiani cõdidere.
Vergil.Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit.
Terentius:Hecyra huic eſt nomen fabulæ.

Apponitur etiam aliquoties in datiuo.
Vergilius:At puer Aſcanius,cui nunc cognomen Iulo Additur: Ilus erat. Sed eam elocutionem, & conſimiles, niſi contra rationem uſus autorum defendat, ſolœciſmi ſpecie non carent:quum datiuus ille proprij nominis,& cognomen,ſiue nomen generale,perſonam eandem repræſentent: unde in diuerſis caſibus malè certe cohærent.

De Adiectiuis & Subſtantiuis.

Adiectiua nomina,pronomina, & participia concordant cum ſuis ſubſtantiuis in numero, caſu, & genere.
Cicero: Homines tenues unũ habent in noſtrum ordinem,aut promerendi,aut proferendi beneficij locum.

Notentur Abſente,& Præſente, quæ apud ueteres interdum leguntur pro Coràm, & Clàm præpoſitionibus.

Plautus: Nec nobis præſente aliquis quiſquam niſi ſeruus.
Terentius: Neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi.

De Relatiuis & Antecedentibus.

Relatiuum duplex eſt, Subſtantiæ, & Accidentis.

Relatiuum ſubſtantię item duplex, Similitudinis, & Diuerſitatis.

Relatiuum Similitudinis eſt, quod idem cum ſuo refert antecedente. ut Qui, Quæ, Quod, Ille, Ipſe, Is, Idem, & Suus.

Vt apud Terentium, Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. *Et apud Horatium: Percontatorem fugito, nam garrulus idē eſt. Item apud eundem:* Nil agit exēplum, litem quod lite reſoluit.

Relatiuum Diuerſitatis eſt, quod refert antecedēs diuerſum à conſequente, cum quo tamen concordat, ſed ſub eadem ſpecie. ut, Alius, Alter, Reliquus, & Cætera, Cæterum.

Nam Cæter, ſiue Cæterus nuſquàm legitur.

Exempla ſunt apud Plinium: Populantur hirundines, & quædā aliæ aues. Item: Aues omnes in pedes naſcuntur, contrà quàm reliqua animalia. Hîc hirundines innuūtur eſſe aues, & aues animalia.

Relatiuum Accidentis eſt, quod refert antecedens adiectiuum. ut, Qualis, Quātus, Quot, Quotus, Quotenus, Cuias, & Quotennis.

Exempla ſunt: Crines tui ſunt nigri, qualia Aethiopum corpora. Formica eſt parua, quantus eſt culex. Romulus annum decem menſibus ordinauit, quot manibus dedit natura digitos. Tu es primus urbe, quotus ego ſum domi meæ. Boues quaterni trahūt aratrum, quoteni equi carrucam. Tu es Academicus, cuias fuit præceptor tuus. Ego nō ſum Italus, cuias fuit mater mea. Vinum guſtaui decenne, quotennis ego ſum.

REGVLA.

Relatiuum ſubſtantiæ concordat cum ſuo antecedente in numero & genere.

Vergil. Pan *Deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipſi.*

Idem: _*Iouis omnia plena,* *Ille colit terras.*

Sed Suus, & illa quæ ſuut diuerſitatis, cum conſequente ſæpenumero cõueniunt, non ſolùm in numero, & genere, ſed etiam in caſu.

Vergil. *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.*

Plinius: *Populantur hirundines, & quædam aliæ aues.*

Cice. *Iam gallinæ, auesq́; reliquæ quietũ requirũt ad pariẽdũ locũ.*

APPENDIX.

Apud authores interdũ præcedit relatiuum Qui, eiuſdem quoque caſus cum antecedente.

Ouidius: _*Cecidere manu, quas legerat herbas.*

Quintil. *Timeo, ne, quos porrexerim cibos, uenena fiant.*

APPENDIX.

Relatiuum Qui, poſitum inter duo ſubſtantiua diuerſorũ generum, cum utrolibet conuenire poteſt.

Cicero: *Homines tuentur illum globum, qui terra dicitur.*

Salluſtius: *Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.*

APPENDIX.

Relatiuum accidentis ſæpius antecedenti, quàm conſequenti accommodatur.

Vergilius: *Et lætos oculis afflarat honores,*
Quale manus addunt ebori decus.

Idem: _*Pugna aſpera ſurgit,*
Quantus, ab occaſu, ueniens pluuialibus Hœdis,
Verberat imber humum.

Interrogatiua.

Interrogatiuum & Redditiuum eiuſdem caſus

eſſe deſiderant.

Terent. Quis tibi uideor? æque miſer atque ego.

Auſonius: Cuius opus? Phidiæ.

Plautus: Qualiue amico mea commendaui bona? probo & fideli.

Cicero: Quos uocas locos? eos, in quibus latent argumenta.

Idem: Quibus rebus fides fit? argumentis, quæ ducuntur ex locis.

Plerunque tamen caſu diſcordant.

Id accidit aut ex dictionis reddendæ penuria. ut, quotennis es? centum annorum: nam centennis uox eſt inuſitata. Aut ex multiplici uerbi conſtructione. ut, quanti emitur uoluptas? nimio. Furtíne accuſas an homicidij? utroq; ſiue de ambobus. Cuius eſt diadema? Regis. Cuius intereſt? non mea, ſed tua.

Comparatiua.

Comparatiua & Superlatiua genitiuum exigunt.

Comparatio eſt minorum ad maiora, uel maiorum ad minora collatio. Fit autem comparatio ad unum, uel ad plures, tam ſui generis, quàm alieni: ſed ad unum, ſui generis comparatiuo: ad plures ſuperlatiuo utimur cum genitiuo, per Ex aut Inter ſoluendo. ut, Manuũ agilior eſt dextera. &, Digitorũ medius eſt lõgiſſimus. Horatius ad duos Piſonis filios ſcribens:

O maior iuuenum, quamuis & uoce paterna
Fingens ad rectum, & per te ſapis: hoc tibi dictum
Tolle memor.

Vergil. Furiarum maxima iuxta Accubat.

Comparatiua, quum exponuntur per Quam, ablatiuum aſciſcunt.

Ad unum, pluresúe, ſeu diuerſi, ſeu eiuſdem generis, comparatiuo ablatiuum damus.

Horat. Vilius argentum eſt auro, uirtutibus aurum.

Cicero: Quæ non poſterior dies acerbior priore: & quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior populo Rhomano illuxit?

Soluitur huiuſmodi ablatiuus in Quàm, coniunctionem electiuam,

uam, & caſum uerbi ſubaudiendi. Cicero: Nihil eſt autem amabilius, nec copulatius, quàm morum ſimilitudo. Subaudi eſt. Idem: Fortiorem me puto, quam te. Subintellige putem.

Additur & comparatiuis alter ablatiuus ſignificans modum exceſſus.

Iuuenal. Tota cohors pede non eſt altior unò.
Plautus: Seſquipede quidem eſt quàm tu longior.
Horat. Quantò perditior quiſq; eſt, tantò acrius urget.

APPENDIX.

Tantò, Quantò, Multò, Longè, & Facilè apponuntur etiam ſuperlatiuis.

Catullus: Tantò peßimus omnium poëta,
Quantò tu optimus omnium patronus.
Terent. Is quæſtus nunc eſt multò uberrimus.
Quintil. Longè omnium, quos quidem mihi audire contigit, præſtantißimus Domitius Apher. Cicero: Virum omnium totius Græciæ facilè doctißimum. Platonem in maximis periculis, inſidijsq; eſſe uerſatum accepimus.

APPENDIX.

Poſitiui caſum admittunt etiam comparatiua & ſuperlatiua.

Ouidius: Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui.
Quintil. Vt pleniori obſequio demererer amantißimos mei.
Cicero: Nec uerò tibi ſenatus amicior, quàm cuncta ciuitas. Plinius. Fidißimi ante omnia homini canes & equi. Cicero: Aut etiã, ſi uis, natura tardior. Idem: Sero autem germine malus tardißimus Suber.

Diſtributiua, & Partitiua.

Nomina partitiua, aut partitiuè poſita, genitiuum poſtulant.

Omnis partitionis genitiuus pluralis eſt numeri, niſi ſit nominis collectiui: ſoluiturq; per Ex, & Inter. Dicta ſunt autem Partitiua,

ua, quòd partem à toto ſubducant.
Terent. Vna harum queuis cauſa me, ut faciam, monet.
Vergil. Diuûm promittere nemo Auderet.
Plinius: Boues animalium ſoli, & retro ambulantes paſcũtur apud Garamantas. Cicero: Quem unum noſtræ ciuitatis & ingenio, & induſtria præſtantiſsimum audeo dicere.

Sed in his genitiuus ſignificans totum, ſæpe in alium caſum uertitur.

Liuius: Vtriq; conſuli eadẽ dicitur uiſa ſpecies in quiete uiri maioris humano habitu. Salluſt. Quo nemo uir melior, aut præſtantior.

APPENDIX.

Numeralia omnia ordinem ſignificantia, partitionis quoque genitiuo gaudent.

Terẽt. Eſt genus hominũ, qui eſſe primos ſe omnium rerũ uolunt.
Horat. Hæc mihi Septimius ſapientũ octauus amico Arma dedit.
Cicero: Quotus enim quiſque philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus?

Sed Quotus, interdum pro Quot, uſurpatur. Martialis:
Dic quotus es, quanti cupias cœnare: nec ullum
Addideris uerbum: cœna parata tibi eſt.

APPENDIX.

Quædam pronomina genitiuum quoq; partitionis admittunt, ſicut aduerbium partim.

Ouid. Sic ubi diſpoſitam, quiſquis fuit ille Deorum
Congeriem ſecuit, ſectamq; in membra redegit.
Cicero: Sed eorum partim in pompa, partim in acie illuſtres eſſe uoluerunt. Hoc eſt pars.

Datiuus poſt nomen.

ADIECTIVA quæ cõmodum aut incommodum ſignificãt, aut relationem ad aliquid, datiuum exigunt.

Horat. Si facis ut patriæ ſit idoneus, utilis agris,

Vergil.Sis bonus,ô fœlixq́; tuis.
Martial.Turba grauis paci,placidæq́; inimica quieti.
Plautus:Volo te uerbis pauculis,ſi tibi moleſtum non eſt.
Terentius:Solus eſt homo amico amicus.
Ouidius:Ardua morus erat gelido contermina fonti.
Idem:Qui color albus erat,nunc eſt contrarius albo.

Sed relatiua quædam nunc genitiuo, nunc datiuo cohærent.

Terentius:Et ſimilis maiorum ſuûm.
Cicero:Non uideo,cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.
Terentius: Patres æquum eſſe cenſent, nos neque illarum affines eſſe rerum,quas fert adoleſcentia.
Idem:Hegio his eſt cognatus proximus:affinis nobis.
Lucanus:Quem metuis,par huius erat.
Vergil.Par leuibus uentis,uolucrīque ſimillima ſomno.
Iuſtinianus: Ius autem iſtud gentium non ſolùm humani generis proprium eſt,ſed & omnium animalium. Accius:Fors dominatur,neque uita ulli propria in uita eſt. Cicero: Commune autem animantium omnium eſt,coniunctionis appetitus procreandi cauſa. Iuſtinianus: Ius autem gentium omni humano generi commune eſt.

Alienum uerò huius,huic,& ab hoc dicimus.

Salluſtius:Ille eos in domum Decij Bruti perducit,quòd foro propinqua erat,neque aliena conſilij,propter Semproniam.
Idem:Simul alienum ſuis rationibus exiſtimans uideri, cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis communicaſſe.
Terentius:Homo ſum,humani à me nihil alienum puto.

In bilis.

Verbalia in bilis, accepta paſsiuè datiuo gaudent, ut participia in dus.

Horatius:Multis ille quidem flebilis occidit.
Ouidius:Frigore pigra prius,nec formidabilis ulli.

poſitionem.

Plautus: Perinde eſt præbere,ac ſi agrum ſterilem fodiendũ loces.

Cicero: Columnã de Cotta & Torquato conduxerant faciendam.

Suetonius: Gladiatores notos ui rapiẽdos,reſeruãdosq́; mãdabat.

Cicero: Recenti negotio literas ad te miſi,mittendasq́; curaui.

Suetonius. Vt conſolãdos eos magis imperator,quã puniendos ha buerit. Hoc eſt,punire debuerit.

Supina priora.

Priora ſupina ſequuntur uerbũ ſignificans motũ ad locũ:admittuntq́; poſt ſe eoſdẽ caſus,quos habent uerba ipſorũ. Dicta ſunt Supina,quia uocẽ habent participiorũ paſsionẽ ſignificantium,& tamen reſupinantur,hoc eſt conuertuntur in actiuam ſignificationem,præſertim quæ in um,terminantur: ut ſequentia oſtendunt exempla.

Vergilius: Aut Graijs ſeruitum matribus ibo.

Idem: Suſpenſi Euripilum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus.

In illis Admitto ſpectatum,Do nuptum,& conſimilibus latens ſubeſt motus.

Horatius: Spectatum admiſsi,riſum teneatis.amici

Terentius: Datur'ne illa Pamphilo hodie nuptum?

Significant etiam paſsionem ante infinitum Iri.

*Terentius: Audierat non datum iri filio uxorem ſuo.*Hoc *eſt,quod non daretur uxor.*

*Quintilianus: Reus parricidij(quòd fratrẽ occidiſſet)dam atũ iri uidebatur.*Hoc *eſt,quod damnaretur.*

Ponuntur & abſolutè cum uerbo Eſt.

Ouid. Itum eſt in uiſcera terræ. Terent. Ceſſatũ uſq; adhuc eſt.

Idem: Actum eſt,ſi quidem hæc uera prædicat.

Quintil. Ventum eſt ad partem operis deſtinati longè difficilimã.

Cicer

Cicero: Bibulo de tribus legatis aſſenſum eſt.

Poëtæ noſtri nonnunquam pro ſupino infinitum, more Græcorum uſurpant.

Vergilius: Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus:aut raptas ad littora uertere prædas.

Supina poſteriora.

Poſteriora Supina paſsiuæ ſignificationis ferme ſunt,adhærentq́; nominibus adiectiuis.

Vergilius: Nec uiſu facilis,nec dictu effabilis ulli. Hoc eſt,ut uideatur aut dicatur.

Terentius: Sum extra noxam,ſed non eſt facile purgatu.

Salluſtius: Optimum factu ratus,fortunam belli tentare.

Pendent etiam interdum à ſubſtãtiuis adiectiuorum uice fungentibus.

Cicer. Videtis nefas eſſe dictu,miſerabilẽ fuiſſe talem ſenectutem.

Legimus tamen Surgit cubitu, Redit uenatu,& ſi qua ſunt alia.

Cicero: Primus cubitu reſurgat,poſtremus cubitum eat.

Statius: Et nũc uenatu rediturum in limine primo Operiens.

Sed hæc nomina potius cenſenda ſunt,quàm uerba:ut ſit ſenſus, Reſurgat cubitu.Hoc eſt,à cubatione,& Rediturũ uenatu.hoc eſt, à uenatione. Non dices ergo, Venio lectu,ſcriptu:ſed à lectione, ſcriptione,atq; ita in reliquis id genus.

Participia.

Participia ſequuntur conſtructionem uerborum à quibus deriuantur.

Cicer.Nec ſepulchra legẽs uereor(quod aiũt)ne perdã memoriã.

Iuuen.-Tollere dulcẽ. Cogitat hæredẽ cariturus turture magno.

Vergil. Lucemq́; peroſi Proiecere animas;

Idem: Vbera lacte domum referent diſtenta capellæ.

Cicero: Ab his derelictus eſt,à quibus tuendus erat.

Verum

Verùm hic uſitatior eſt datiuus.

Ouidius: Res audita mihi nota eſt tibi.

Idem: Vir mihi non iſto more legendus eras.

Participia facta nomina.

Participia fiunt nomina comparatione,& temporis amiſsione.

Comparatione,quia omne Comparatiuũ & Superlatiuum aut nomen eſt,aut aduerbium. Tempus uerò amittere participium dicitur,quum ſine caſu poſteriore uſurpatur.

Ouidius: Palleat omnis amãs. Cicero: Sed inuentus profectò eſt ille eloquens,quem nunquam uidit Antonius.

Participia fiunt nomina,quum pro caſu uerbi ſui genitiuum admittunt.

Salluſt. de Catilina loquens: Alieni appetens ſui profuſus.

Terentius: Herus liberalis eſt,& fugitans litium.

Participia fiunt nomina,quoties nõ ut uerba ipſorum componuntur.

Vt apud Horatium: Scribimus indocti,doctiq; poëmata paßim.

Non enim dicimus indoceo. Et apud Terentiũ: Tu'ne hic homines adoleſcentulos,imperitos rerũ,eductos liberè in fraudẽ illicis?

Quia non dicimus Imperio,imperis. A Pario ſiquidem ueteres Perio uerbũ actiuum traxere,quod ſignificat aperio,doceo: unde Peritus dicitur doctus,expertus:ſicut econtrario Imperitus,indoctus,atq; inexpertus. Et apud Cicer. Quẽ uellet ciuium indicta cauſa impune poſſet occidere. Hoc eſt,non dicta:nam indictum ab indico indicis ſignificat ſolenniter promulgatum,ſeu denũtiatum.

Et apud Suetonium: Funere indicto rogus extructus eſt. Et apud Terentium: Infecta pace,ultro ad eam uenies,indicans te amare. Hoc eſt,non facta. Infectum nanque ab inficio idem eſt quod tinctum ſeu pollutum. Liuius: Hoc luxu & peregrinis infecti moribus.

Genit

Genitiuus poſt Nomen.

OMNIA ſubſtãtiua,quę ſignificant poſſeſsionem, menſuram , ſiue numerũ, aut relationem ad aliquid,genitiuũ exigunt.

Horatius: Pallida mors æquo pulſat pede:pauperũ tabernas Regumq; turres,ô beate Sexti.

Columella:Iugerum agri pinguis plerũq; modios tritici quatuor, mediocris quinq; poſtulat.

Plautus: Clanculum dimiſit nardini unam amphoram cellarius.

Horatius: Fiet,eritq; tuus nummorum millibus octo.

Verg. Aſt ego,quæ diuũ incedo regina, Iouiſq; Et ſoror & cõiux.

Idem: Sum patria ex Itacha,comes infœlicis Vlyſsi,
Nomine Achemenides.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuum,accedente uerbo Eſt.

Terentius:Samia mihi mater fuit,ea habitabat Rhodi.

Ouidius: Cui pater eſt Minos,cui mater filia Phœbi.

Sed proprium ſi proprio iungatur,ſubaudiẽdum eſt appellatiuum.

Ver.Hectoris Andromache,Pyrrhin cõnubia ſeruas? Subau.uxor.

Idem: _ Atq; unà Phœbi,Triuiæq; ſacerdos
Deiphobe Glauci.Subaudi filia. Legimus etiam apud Terentium: *Huius Biriam uideo.Subaudi ſeruum.*

Subſtantiuè poſita.

Quædam adiectiua ſubſtantiuè poſita,genitiuum admittunt:item pronomina quædam.

Iuuenalis: Quantùm quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantùm habet & fidei.

Terentius: Nihil preti loci eſt relictum.

Idem: Quid mihi eſt lucri te fallere?

Horatius: Plus dapis eſt,& rixæ multo minus,inuidiæq;.

Terẽt.Quid hoc hominis? quid hic ornatus eſt? quid illud mali eſt?

Iuuenalis: Ingenui *uultus puer, ingenuiq́; pudoris.*
Horat. Dij *bene fecerunt inopis me, quodq́; puſilli* Finxerũt *animi.*
Vergilius:Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ.
Martialis:Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas Zoile ſi bonus es.

Aliquoties adiectiuum neq; in genitiuo neque in ablatiuo, ſed in alio caſu apponitur.

Ouidius:Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Species & genus.

Species ſubiicitur generi in genitiuo, aut in eodem caſu per appoſitionem.

Vergil. Hic tamen ille urbem Pataui, *ſedesq́; locauit* Teucrorum.
Salluſt. Vrbem Rhomã*(ſicuti ego accepi) initio* Troiani cõdidere.
Vergil. Aeternumq́; *locus* Palinuri *nomen habebit.*
Terentius: Hecyra *huic eſt nomen fabulæ.*

Apponitur etiam aliquoties in datiuo.

Vergilius:At puer Aſcanius, *cui nunc cognomen* Iulo *Additur:* Ilus *erat. Sed eam elocutionem, & conſimiles, niſi contra rationem uſus autorum defendat, ſolœciſmi ſpecie non carent: quum datiuus ille proprij nominis, & cognomen, ſiue nomen generale, perſonam eandem repræſentent: unde in diuerſis caſibus malè certe cohærent.*

De Adiectiuis & Subſtantiuis.

Adiectiua nomina, pronomina, & participia concordant cum ſuis ſubſtantiuis in numero, caſu, & genere.

Cicero: Homines tenues unũ habent in noſtrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficij locum.

Notentur Abſente, & Præſente, quæ apud ueteres interdum leguntur pro Coràm, & Clàm præpoſitionibus.

REGVLA.

Relatiuum ſubſtantiæ concordat cum ſuo antecedente in numero & genere.

Vergil. Pan *Deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipſi.*

Idem: —*Iouis omnia plena,* *Ille colit terras.*

Sed Suus, & illa quæ ſuut diuerſitatis, cum conſequente ſæpenumero cōueniunt, non ſolùm in numero, & genere, ſed etiam in caſu.

Vergil. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.

Plinius: *Populantur hirundines, & quædam aliæ aues.*

Cice. Iam gallinæ, auesq́; reliquæ quietū requirūt ad pariēdū locū.

APPENDIX.

Apud authores interdū præcedit relatiuum Qui, eiuſdem quoque caſus cum antecedente.

Ouidius: —*Cecidere manu, quas legerat herbas.*

Quintil. Timeo, ne, quos porrexerim cibos, uenena fiant.

APPENDIX.

Relatiuum Qui, poſitum inter duo ſubſtantiua diuerſorū generum, cum utrolibet conuenire poteſt.

Cicero: *Homines tuentur illum globum, qui terra dicitur.*

Salluſtius: *Eſt locus in carcere, quod* Tullianum *appellatur.*

APPENDIX.

Relatiuum accidentis ſæpius antecedenti, quàm conſequenti accommodatur.

Vergilius: *Et lætos oculis afflarat honores,*
Quale manus addunt ebori decus.

Idem: —*Pugna aſpera ſurgit,*
Quantus, ab occaſu, ueniens pluuialibus Hœdis,
Verberat imber humum.

Interrogatiua.

Interrogatiuum & Redditiuum eiuſdem caſus

eſſe deſiderant.

Terent. Quis tibi uideor? æque miſer atque ego.

Auſonius: Cuius opus? Phidiæ.

Plautus: Qualine amico mea commendaui bona? probo & fideli.

Cicero: Quos uocas locos? eos, in quibus latent argumenta.

Idem: Quibus rebus fides fit? argumentis, quæ ducuntur ex locis.

Plerunque tamen caſu diſcordant.

Id accidit aut ex dictionis reddendæ penuria, ut, quotennis es? centum annorum: nam centennis uox eſt inuſitata. Aut ex multiplici uerbi conſtructione. ut, quanti emitur uoluptas? nimio. Furti'ne accuſas an homicidij? utroq;, ſiue de ambobus. Cuius eſt diadema? Regis. Cuius intereſt? non mea, ſed tua.

Comparatiua.

Comparatiua & Superlatiua genitiuum exigunt.

Comparatio eſt minorum ad maiora, uel maiorum ad minora collatio. Fit autem comparatio ad unum, uel ad plures, tam ſui generis, quàm alieni: ſed ad unum, ſui generis comparatiuo: ad plures ſuperlatiuo utimur cum genitiuo, per Ex aut Inter ſoluendo. ut, Manuũ agilior eſt dextera. &, Digitorũ medius eſt lõgiſsimus. Horatius ad duos Piſonis filios ſcribens:

O maior iuuenum, quamuis & uoce paterna
Fingens ad rectum, & per te ſapis: hoc tibi dictum
Tolle memor.

Vergil. Furiarum maxima iuxta Accubat.

Comparatiua, quum exponuntur per Quam, ablatiuum aſciſcunt.

Ad unum, plures'ue, ſeu diuerſi, ſeu eiuſdem generis, comparatiuo ablatiuum damus.

Horat. Vilius argentum eſt auro, uirtutibus aurum.

Cicero: Quæ non poſterior dies acerbior priore: & quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior populo Rhomano illuxit?

Soluitur huiuſmodi ablatiuus in Quàm, coniunctionem electiuam,

uam, & caſum uerbi ſubaudiendi. Cicero: *Nihil eſt autem amabilius, nec copulatius, quàm morum ſimilitudo. Subaudi eſt.* Idem: *Fortiorem me puto, quam te. Subintellige putem.*

Additur & comparatiuis alter ablatiuus ſignificans modum exceſſus.

Iuuenal. Tota cohors pede non eſt altior uno.

Plautus: Seſquipedé quidem eſt quàm tu longior.

Horat. Quantò perditior quiſq; eſt, tantò acrius urget.

APPENDIX.

Tantò, Quantò, Multò, Longè, & Facilè apponuntur etiam ſuperlatiuis.

Catullus: Tantò peßimus omnium poëta,

Quantò tu optimus omnium patronus.

Terent. Is quæſtus nunc eſt multò uberrimus.

Quintil. Longè omnium, quos quidem mihi audire contigit, præſtantißimus Domitius Apher. Cicero: *Virum omnium totius Græciæ facilè doctißimum. Platonem in maximis periculis, inſidijsq; eſſe uerſatum accepimus.*

APPENDIX.

Poſitiui caſum admittunt etiam comparatiua & ſuperlatiua.

Ouidius: Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui.

Quintil. Vt pleniori obſequio demererer amantißimos mei.

Cicero: Nec uerò tibi ſenatus amicior, quàm cuncta ciuitas. Plinius. Fidißimi ante omnia homini canes & equi. Cicero: Aut etiã, ſi uis, natura tardior. Idem: Sero autem germine malus tardißimus Suber.

Diſtributiua, & Partitiua.

Nomina partitiua, aut partitiuè poſita, genitiuum poſtulant.

Omnis partitionis genitiuus pluralis eſt numeri, niſi ſit nominis collectiui: ſoluiturq; per Ex, & Inter. Dicta ſunt autem Partiti-

ua,quòd partem à toto ſubducant.

Terent.Vna harum quæuis cauſa me,ut faciam,monet.

Vergil.Diuûm promittere nemo Auderet.

Plinius:Boues animalium ſoli,& retro ambulantes paſcũtur apud Garamantas. Cicero:Quem unum noſtræ ciuitatis & ingenio,& induſtria præſtantiſſimum audeo dicere.

Sed in his genitiuus ſignificans totum, ſæpe in alium caſum uertitur.

Liuius:Vtriq; conſuli eadẽ dicitur uiſa ſpecies in quiete uiri maioris humano habitu.Salluſt.Quo nemo uir melior,aut præſtantior.

APPENDIX.

Numeralia omnia ordinem ſignificantia,partitionis quoque genitiuo gaudent.

Terẽt.Eſt genus hominũ, qui eſſe primos ſe omnium rerũ uolunt.

Horat.Hæc mihi Septimius ſapientũ octauus amico Arma dedit.

Cicero:Quotus enim quiſque philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus?

Sed Quotus,interdum pro Quot,uſurpatur. Martialis:

Dic quotus es,quanti cupias cœnare:nec ullum

Addideris uerbum:cœna parata tibi eſt.

APPENDIX.

Quædam pronomina genitiuum quoq; partitionis admittunt,ſicut aduerbium partim.

Ouid.Sic ubi diſpoſitam,quiſquis fuit ille Deorum

Congeriem ſecuit,ſectamq́; in membra redegit.

Cicero: Sed eorum partim in pompa, partim in acie illuſtres eſſe uoluerunt.Hoc eſt pars.

Datiuus poſt nomen.

ADIECTIVA quæ cõmodum aut incommodum ſignificãt, aut relationem ad aliquid, datiuum exigunt.

Horat.Si facis ut patriæ ſit idoneus,utilis agris,

Vergil.Sis bonus,ô fœlixq́; tuis.
Martial.Turba grauis paci,placidæq́; inimica quieti.
Plautus:Volo te uerbis pauculis,ſi tibi moleſtum non eſt.
Terentius:Solus eſt homo amico amicus.
Ouidius:Ardua morus erat gelido contermina fonti.
Idem:Qui color albus erat,nunc eſt contrarius albo.

Sed relatiua quædam nunc genitiuo, nunc datiuo cohærent.

Terentius:Et ſimilis maiorum ſuûm.
Cicero:Non uideo,cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.
Terentius: Patres æquum eſſe cenſent, nos neque illarum affines eſſe rerum,quas fert adoleſcentia.
Idem:Hegio his eſt cognatus proximus:affinis nobis.
Lucanus:Quem metuis,par huius erat.
Vergil.Par leuibus uentis,uolucri´que ſimillima ſomno.
Iuſtinianus: Ius autem iſtud gentium non ſolùm humani generis proprium eſt,ſed & omnium animalium. Accius:Fors dominatur,neque uita ulli propria in uita eſt. Cicero: Commune autem animantium omnium eſt,coniunctionis appetitus procreandi cauſa. Iuſtinianus: Ius autem gentium omni humano generi commune eſt.

Alienum uerò huius,huic,& ab hoc dicimus.

Salluſtius:Ille eos in domum Decij Bruti perducit,quòd foro propinqua erat,neque aliena conſilij,propter Semproniam.
Idem:Simul alienum ſuis rationibus exiſtimans uideri, cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis communicaſſe.
Terentius:Homo ſum,humani à me nihil alienum puto.

In bilis.

Verbalia in bilis, accepta paſsiuè datiuo gaudent, ut participia in dus.

Horatius:Multis ille quidem flebilis occidit.
Ouidius:Frigore pigra prius,nec formidabilis ulli.

Idem:Sæpe tibi pater eſt,ſæpe legendus auus.
Idem:Multa'que diuitibus non patienda ferat.

Mutabile tamen cum genitiuo legimus.

Silius:Vaniloquum Celtæ genus,& mutabile mentis.

Accuſatiuus poſt nomen.

Quæ certum magnitudinis modum ſignificant, accuſatiuum admittunt.

Plinius: Tranſtulit alucum cum teſſeris luſorium è gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quatuor. Liuius: Iaculá quaternos longa pedes,data.

Vertitur hic accuſatiuus nũc in genitiuum, nũnc in ablatiuum.

Colum.In morem horti areas latas pedum denũm, longas pedum quinquagenũm facito. Cato de re Ruſtica Fundamenta pedibus quinis facito:ibi ſilicem longum pedibus CXV.*latum pedibus* CXV. *craſſum pedibus* XV.*planum ſtatuito.*

Ablatiuus poſt nomen.

Adiectiua quædam ablatiuum poſtulant, qui cau ſam efficientem ſignificet.

Ouidius:Ille celer penna,tardos ætate fatigat.
Vergil.Tum pietate grauem,ac meritis,ſi forte uirum quem Conſpexere,ſilent. Idem de Harpyis loquens:
Et pallida ſemper Ora fame.
Plinius:Iudæa gens contumelia Numinum inſignis.

Copiæ,& Egeſtatis.

Quæ ad copiam egeſtatem'ue pertinẽt,ablatiuum efflagitant.

Horat.Diues agris,diues poſitis in fœnore nummis.
Vergil.Aeoliam uenit,loca fœta furentibus auſtris.
Cicero:Homo ſingulari cupiditate,audacia,ſcelere præditus.
Iuuenal.Vacuumq; cerebro
Iampridem caput hoc uentoſa cucurbita quærat.

Horat.

Horatius: Orba parente ſuo quicunq; uolumina cernis.

Vertitur hic ablatiuus aliquoties in genitiuum.

Vergilius: Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?

Idem: Diues opum, diues pictai ueſtis, & auri.

Lucanus: Fœcunda uirorum Paupertas fugitur.

Ouidius: Quis, niſi mentis inops, oblatum reſpuat aurum?

Idem: Vacuas cædis habete manus.

Vergilius: Omnium egenos Vrbe, domo ſocias.

APPENDIX.

Dignus, & Indignus ablatiuum aſciſcunt.

Ouidius: Simplicitas digna fauore fuit.

Lucanus: Magnó proles indigná parente.

Apponitur interdum genitiuus pro ablatiuo.

Ouidius: Militia eſt operis altera digna tui.

Verg. Deſcendo haud unquam magnorum indignus auorum.

Nominatiuus poſt aduerbium.

EN, & Ecce demonſtrantis nomintiuò, ſeu accuſatiuo iunguntur. *Cicero: En crimen, en cauſa, cur regẽ fugitiuus, dominum ſeruus accuſet. Quanquam hic quoq; exprobrandi ſignificationem habet. Idem: Ecce tibi ſtatus noſter.* *Vergilius: En quatuor aras, Ecce duas tibi Daphni.*

Genitiuus poſt aduerbium.

Aduerbia ſuperlatiua genitiuum exigunt.

Plinius: Lynces clariſsimè omnium quadrupedum cernunt.

Sed Proxime, accuſatiuo præpoſitionis, unde habet originem, iunctum quoq; reperitur.

Cicero: Officium meũ eſſe putaui, quàm proxime hoſtem eſſe.

Aduerbia loci, ac temporis.

Quædam loci ac temporis aduerbia genitiuo gaudent.

Cicer

Cicero: Tu autem abes longè gentium.
Idem: Vbi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem.
Vergilius: Huccine rerum uenimus?
Terentius: Te interea loci cognoui.
Plautus: Nihil amplius, tunc temporus quàm flere poteram.

Minimè gentium, monadicum eſt genitiuo feſtiuitatis cauſa addito.

Terent. Pamphilã accerſe, ut delectet hic nos. Illa exclamat, minimè gentiũ. Hoc *eſt, omnium gentium iudicio non eſt accerſenda.*

Pridie, & Poſtridie.

Pridie, & Poſtridie genitiuum, ſeu accuſatiuum admittunt.

Cicero: Sententiã Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. Cato: Poſtridie eius diei uillicum uocet. Cicero: Tu pridie cõpitalia memẽto: balneũ calefieri iubebo. Liuius: Vt poſtridie calendas ac nonas eadem religio eſſet, traditum putant.

Aliquoties Pridie & Poſtridie ſequitur Quam.

Cicero: Pridie quàm è uita exceſſit.
Idem: Menandrius poſtridie ad me uenit, quàm expectaram.

Inſtar.

Aduerbio, Inſtar, genitiuus legitimè apponitur.

Inſtar nunc ad æquiparationem, nunc ad menſurã, nũc etiam ad ſimilitudinem ſignificat. Vergilius: Inſtar montis equum diuina Palladis arte Aedificant. Cicero: Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam redij.

Admittit nonnunqnam præpoſitionem Ad.

Iuſtinus: Vallis ad inſtar caſtrorum clauditur.

Vſurpatur quoq; interdum, ut nominatiuus, interdum ut accuſatiuus.

Iuſtinus: Mittitur Gilippus ſolus, ſed in quo inſtar omniũ auxilium erat. Hoc *eſt, qui ſolus tantum potuit, quantum omnes auxiliari.*

Ouidius: Sed ſcelus hoc meriti pondus, & inſtar habet.

Parum, Satis, &c.

Parum, Multùm, Satis, Abundè, uice nominatiui aliquando poni uidentur.

Plautus: Parum'ne eſt malæ rei, quod amat hic Demipho?

Idem: Videns iam dici multùm eſſe.

Ouidius: Conſilij ſatis eſt in me mihi.

Vergilius: – Terrorum & fraudis abundè eſt.

Ad eũdem modum dixit Plautus: Tibi diuitiarum affatim eſt.

Datiuus poſt aduerbium.

Aduerbia quædam datiuum admittunt nominũ, à quibus deducta ſunt.

Cicero: An ego tibi obuiam non prodirem? Idem: Summum bonum à Stoicis dicitur conuenienter naturæ uiuere.

Accuſatiuus poſt aduerbium.

Quædam aduerb ia efflagitant accuſatiuum præpoſitionis, unde ſunt profecta.

Cicero: Propius urbem caſtra mouentur.

Salluſtius: Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt.

Sed propius legitur nunc cum datiuo, nunc cum accuſatiuo & præpoſitione (ad) nunc cum ablatiuo, & præpoſitione, A.

Vergilius: Propius ſtabulis armenta tenebat.

Cicero: Homines enim ad Deos nulla re propius accedũt, quã ſalutẽ hoĩbus cõferendo. Idem: Propius à terra Iouis ſtella fertur.

Ablatiuus poſt aduerbium.

Aduerbia quæ comparantur, conſtructionem habent comparatiuorum nominum.

Cicero: Nihil lachryma citius areſcit.

Horatius: Cur oliuum Sanguine uipereo cautius uitat?

Idem: Alter Mileti textam cane peius, & angue
Vitabit chlamidem. Cicero: Non plus duobus, aut tribus men-

ſibus deinde à noſtris abfuit.

Aduerbii conſtructio.

Hic, Iſtic, Illic, Intus, Vbi, & Ibi, cum compoſitis, referuntur ad quietem in loco.

Terentius: Hic, ubi opus eſt nõ uerentur: illic, ubi nihil opus eſt, ibi uerentur. Idem: Neq; iſtic, neq; alibi tibi uſquam erit in me mora. Idem: Intus tranſigetur, ſi quid eſt, quod reſtet.
Cicero: Vbicũq; terrarũ ſunt, ibi eſt omne reipublicæ præſidium.
Terentius: Fuerat præſtabilius ubiuis gentium ætatem agere.
Plautus: Nos domum properamus, uos inibi adeſte.
Terentius: Vtinam hic prope adeſſet alicubi.

Huc, Iſtuc, Illuc, Intro, Foras, Aliò, Eò, Quò, Surſum, Deorſum, & Neutrò, cum compoſitis, referuntur ad motionem ad locum.

Vergilius: Huc ades ô formoſe puer.
Terentius: Tu concede paululum iſtuc Thraſo.
Idem: Modò ſenex intro ad nos uenit errans.
Plautus: Foras tacitus exeo cum ornatu, quo uides.
Terentius: Detineo te fortaſſe, tu profecturus aliò fueras.
Plinius Iunior: Quod ſi quis barbarus Rex eò inſolentiæ, furóriſq; proceſſerit. Idem: Quumq; ueneris illò, putes alio te ſeculo natum. Idem: Aditur una uia. Nam & Laurẽtina & Oſtienſis eodem ferunt.
Vergilius: Quò fugis Aenea?
Terent. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam, Ne ſurſum deorſum curſites.
Idem: Aliquò profugiet militatum? Idẽ: Itura'ne: Thais quopiam es? Liuius: Et neutro inclinata ſpe torpebat.
Cæſar in Cõmẽtar. Eius imperio claſſem quoquouerſum dimittũt.
Terent. Mox noctu te adigent horſum inſomnia.

Hinc, Iſtinc, Illinc, Snpernè, Infernè, Vtrinq;, Vude

& Inde

& Inde cũ compoſitis,referuntur ad motum è loco.
Terentius: Ego quoq; hinc ab dextera uenire me aſsimulabo.
Idem: Illinc huc transferetur uirgo.
Lucanus: Defendit Titareſus aquas,lapſusq; ſupernè
Gurgite Penei pro ſiccis utitur aruis.
Plautus: Poſtquam utrinq; exitum eſt maxima copia.
Lucanus: Vnde uenit Titan & nox ubi ſidera condit.
Terentius: Redeo inde iratus,atq; ægrè ferens.
Idem: Venit meditatus alicunde.
Plautus: Quid ſi opus ſit,ut dulce promat indidem?

Hac,Iſtac,Illac,& Quam,cum compoſitis referũtur ad motionem per locum.
Plautus: Ita nunc hac,an illac eam,ſum incerta conſilij.
Terentius: Abi ſanè iſtac,iſtorſum quouis.
Vergilius: Dic mihi quà ſit iter.
Terentius: Hominem iſtum impuriſsimũ quamprimum abſoluitote, ne ſi magis irritatus ſiet,aliqua hoc ad patrem permanet.

Variantia.

Foris,Nuſquam,& Peregrè uariam habent conſtructionem.
Plautus: Si domi ſum,foris eſt animus:ſin foris,animus domi eſt.
Terentius: Verum de iſtoc nomine eò perperam olim dixi,ne uos forte imprudentes foris effutiretis. Hic motum ad locum ſignificare uidetur. *Idem: Ille autem bonus uir nuſquam apparet.*
Plautus: Te nuſquam mittam,niſi mihi das firmatam fidem.
Idem: Quia nos eramus peregre,tutatus eſt domum.
Terentius: Pericula, damna, exilia,peregre rediens,ſemper cogitet.
Plautus: Is mihi dixit ſuum herum peregre huc adueniſſe.

Quibus

Quibus Modis uerborum quæ con-gruant aduerbia.

Vbi, Poſtquam.

VBI, Poſtquam, & Quum, aduerbia temporis, interdum indicatiuis, interdũ ſubiunctiuis uerbis apponuntur.

Vergilius: Hæc ubi dicta dedit.
Terentius: Vbi nos lauerimus, ſi uoles, lauato.
Idem: Poſtquam ante oſtium me audiuit ſtare, approperat.
Plinius: Poſtquã hyemarit, innumera ruſticos cura diſtringat.
Terent. Quũ intellexeras id conſilij capere, cur nõ dixti extẽplo?
Idem: Iſthæc quũ ita ſint Antipho, tanto te aduigilare æquum eſt.

Simulac, &c.

Simulac, & Simulatq;, magis gaudẽt ſubiunctiuis.

Horat. Simulac durauerit ætas
Membra animumq; tuum, nabis ſine cortice.
Colum. Semper conueniet, ſimulatq; folia agere cœperint, ficus rubricam amurca diluere.

Hæc tamen indicatiuum non repudiant.

Ouid: Quæ ſimulac tetigit Iuturnæ ſtagna ſororis. Cicer. Gratiſsimum mihi feceris, ſi ad me ſimulatq; adeptus eris, miſeris.

Vt, vtcunq;.

Vt, & Vtcunq;, modum utrunq; admitunt.

Terentius: Tu tamen has nuptias perge facere, ut facis.
Cicer. Vt ſementẽ feceris, ita & metes. Plautus: Vtcunq; in alto uentus eſt Epidice, ex imo uelum uortitur. Terent. Sed noſtrum eſt intelligere, utcunq;, atq; ubicunq; opus ſit obſequi.

Sed Vt, pro poſtquam indicatiuo tantum gaudet adiungi.

Vergilius: Vt uidi, ut perij, ut me malus abſtulit error.
Idem: Turnus ut infractos aduerſo marte Latinos Defeciſſe uidet.

Quaſi

Quaſi, &c.

Quaſi, Tanquã, Perinde, Acſi, quũ proprium habent uerbum, ſubiunctiuo gaudent apponi.

Terent. Age inepte, quaſi nunc non norimus nos inter nos.

Plin. Tanquã neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ nunquam iraſcatur.

Cicero: Quod ego perinde tuebar, ac ſi uſus eſſem.

Inueniuntur etiam cum indicatiuo.

Plautus: Ei filiæ duæ erant, quaſi nunc meæ ſunt.

Terẽt. Tanquã philoſophorũ habent diſciplinæ ex ipſis uocabulã.

Sueton. Aduentus non perinde gratus fuit.

Aliâs conſimiles caſus copulant.

Cicer. Oculi, tanquam ſpeculatores, altiſſimum locum obtinent.

Idem: Exiſtimas ab his prouidentiam fingi, quaſi quandam Deam ſingularem.

Ne.

Ne prohibentis, uel imperatiuis, uel ſubiunctiuis additur.

Terentius: Age quæſo, ne tam obfirma te.

Vergilius: Ne ſæui magna ſacerdos.

Plinius: Erit pugnandi copia, ne timete.

Terentius: Ne iſtuc tam iniquo patiaris animo.

Plinius: Quod dubites, ne feceris.

Ne, an, num.

Ne, an, num, interrogandi particulæ, indicatiuum amant.

Vergilius: Superat'ne, & ueſcitur aura Aetherea?

Terentius: An ego toties de eadem re audiam?

Idem: Num cogitat, quid dicat? num facti piget?

At eædem quum accipiuntur dubitatiuè, ſiue indefinitè, ſubiunctiuum poſtulant.

Plautus: Tentabam, ſpirarent an non auræ.

Terentius: Viſo redierit'ne domum pater.

Aduerbium relatum non ad uerbum.

Aduerbium aliquoties refertur non ad uerbum, ſed ad aliam orationis partem.

Aduerbium inde nomen accepit, quòd uerbo iunctum ſignificationem eius planè aperiat: quēadmodum adiectiuum ſubſtãtiuo additum, qualitatem eius, aut etiam quantitatem patefacit.
Ouidius: *Labitur occultè, fallitq; uolatilis ætas.*

Refertur tamen & ad nomen, tum ſubſtantiuum, tum adiectiuum.

Terentius: Eia ne parum leno ſies.
Cicero: In Quinti Tuberonis equidem admodum adoleſcentis, & Publij Rutilij Virginij familiaritate delector. Idem: Poſthumus obuiam, cum bene magna caterua ſua, uenit.
Lucanus: O male concordes, nimiaq; cupidine cæci.

Aliquoties aduerbium adhæret aduerbio.

Terent. Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt.
Plinius iunior: Etiam aliquantulum erogauerunt, periculum eſt, ne parum utiliter.
Cicero: Ad eum ſeptimo idus, literas dedi bene manè.

De conſtructione Coniunctionis

Quanquam, &c.

QVANQVAM, Tametſi, Etſi, Etiam ſi, frequentius adiunguntur indicatiuis: Quamuis, & Licet, ſubiunctiuis.

Verg. Quãquam animus meminiſſe horret.
Cicero: Tametſi iactat ille quidem ſuum illud arbitrium.
Terent. Etſi amor me grauiter, conſuetudoq; tenet.
Cicero: Quam tibi, etiam ſi non deſideras, tamen mittam.
Verg. Quamuis multa meis exiret uictima ſeptis.
Ouidius: Ipſe licet uenias, Muſis comitatus, Homere.

Sed Quanquàm, & affines particulæ, primum in oratione locum habentes, iunguntur etiam ſubiunctiuis:& Quamuis, indicatiuis.

Cicero: Quanquam apertè Volcatio aſſentirentur. Terēt. Memini, tametſi nullus moneas. Cicero: Omnia autem breuia, tolerabilia eſſe debent, etiam ſi maxima ſint. Idem: Etſi illis planè orbatus eſſem, magnum tamen mihi afferret ætas ſolatium.

Horat.– Quamuis & uoce paterna Fingeris ad rectum.

Aliquoties ad aliam orationis partem referuntur, non ad uerbum.

Plinius Iunior: Quod me, quāquā tyrunculū, ſolicitauit ad emendū.

Ouidius: Sæpe bibi ſuccos, quamuis inuitus, amaros.

APPENDIX.

Vt pro quamuis, ſemper ſubiunctiuum flagitat.

Iuuenalis: Vt ſerui taceant, iumenta loquentur.

Niſi cum ſimilibus.

Ni, Niſi, Si, Siquidem, Quòd, Quia, & indicatiuis, & ſubiunctiuis adhærent.

Terentius: Mirum, ni domi eſt. Idem: Ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares Phædria. Idem: Pamphilam ergo huc redde, niſi ui mauis eripi. Idem: Ego plectar prudens, niſi quid me feſellerit. Idem: Si illum relinquo, eius uitæ timeo.

Vergil. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat.

Cice. Si quidem eſt atrocius patriæ parētem, quàm ſuum occidere. Idem: O morem præclarum diſciplinamq;, quam à maioribus accepimus, ſi quidem teneremus. Idem: Vtinam illum diem uideam, quum tibi agam gratias, quod me uiuere coēgiſti. Idem: Mihi, quod defendiſſem, leuiter ſuccenſuit.

Terentius: Id mutauit, quia me immutatum uidet.

Cicero: Sed tamen recordatione noſtræ amicitiæ ſic fruor, ut beatè uixiſſe uidear, quia cum Scipione uixerim.

Quando,&c.

Quando,quandoquidem, quoniam indicatiuum exigunt.

Terent.Meus fac ſis animus,quando ego ſum tuus.

Idē:Deos quæſo,ut ſit ſuperſtes,quādoquidē ipſe eſt ingenio bono.

Idem:Quoniam id fieri,quod uis,non poteſt,uelis quod poßit.

Quippe.

Quippe,quum proprium habet uerbum, gaudet indicatiuo.

Vergilius:Quippe domum timet ambiguam.

Quintil.Quippe id homini eſt naturale.

Si addideris qui,utrunque admittit modum.

Plautus:Scibat facturos,quippe qui intellexerat.

Idem:Quippe qui ueſicam plenam uini habeant.

Vt qui.

Vt qui plerunque ſubiunctiuis adhæret.

Terent.Deniq; ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiā neget daturū.

Plautus:Aeſculapij ita ſentio ſententiam,ut qui me nibili faciat.

Qui.

Qui,quum habet uim cauſalem, ſemper adhæret ſubiunctiuo.

Cicero:Tamen peccaſſe mihi uideor,qui à te diſceſſerim.

Terentius:In ſcribundis prologis operam abutitur, non qui argumentum narret.

Præpoſitionum conſtructio.

Præpoſitio uerſa in Aduerbium.

PRAEPOSITIONES quę citra caſum ullum uſurpantur, in aduerbiorum naturam tranſeunt.

Vergilius:An mare quod ſuprà memorem,quodq́ue alluit infra?

Perſi

Perſius:Nec te quæſiueris extrà.
Vergil.Sic Venus:at Veneris contrà ſic filius orſus.
Idem:Coràm,quem quæritis,adſum.
Iuuenal.Fient iſta palàm,cupient & in acta referri.
Vergil. Clàm ferro incautum ſuperat.
Ouidius:Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compti.

Quemadmodum rurſus & aduerbia quædam, accedente caſu,in præpoſitiones tranſeunt.

Vergil.Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber.
Horat.Iliacos intra muros peccatur,& extra.
Vergil.Contra Neptunum & Venerem,contraq́; Mineruam.
Iuuenal.Cantabit uacuus coram latrone uiator.
Ouidius.Et fleuit populo Cæſar utrunque palam.
Plautus:Is amare occepit Alcumenam clam uiro.
Corn.Tacitus:Nec procul cæde aberant.

Iunguntur Clam,& Procul,etiam accuſatiuo.

Cicero:Timens,ne facinora eius clam uos eſſent.
Plinius Iunior:Villa eſt Campaniæ,haud procul Neapolim.

Varii Præpoſitionum caſus. In.

In, quum ſignificatur actus in loco, deſiderat ablatiuum.

Cicero:Mihi erat in animo mittere ad Dolabellam.
Terent.Neſcis quantis in malis uerſer miſer.
Plinius:Vinci in amore turpiſſimum eſt.

APPENDIX.

In pro erga,Contra,Coram,Apud,Ad,& uſq; ad, accuſandi caſum habet.

Vergil.–In primis Regina quietum Accipit in Teucros animũ.
Terentius:Nolo in illum grauius dicere. Idem: Vereor te in os laudare. Cicero: Ea ſanè ſentit, quæ non probantur in uulgus.
Liuius:Deſignati Conſules in eum annum fuerant.

Martialis:In lucem ſemper Acerra bibit.

APPENDIX.

In,quoq; accuſatiuo iungitur,quoties diuiſio,mutatio, ſimilitudo, atque incrementum rei cum tempore ſignificatur.

Vergil.Hic locus eſt,partes ubi ſe uia findit in ambas.
Ouidius:Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia uiro.
Vergilius:Portus ab Eoo fluctu curuatus in antrum.
Idem:Tum ucrò in numerum Faunoſq;,feraſq; uideres
Ludere. Hoc eſt, in ſimilitudinem numeri, ſeu rhythmi.
Idem:-Amor mihi creſcit in auras,
Quantum uere nouo uiridis ſe ſubijcit alnus.

Sub.

Sub,pro ſubter,ad, per, paulò ante, & paulò poſt, accuſatiuo cohæret.

Vergil.-Poſteſq; ſub ipſos Nituntur gradibus. Cicero:Sub populi Romani imperium,ditionemq; ceciderunt. Liuius: Vtrinq; legati forte ſub id tempus ad res repetendas miſsi. Verg.-Sub noctem cura recurſat. Cicero:Quum is frigidas ſanè,& inconſtantes recitaſſet literas Lepidi,ſub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ.

Sed pro in,iuxta,& infra,gaudet ablatiuo.

Horat.Quicquid ſub terra eſt,in apricum proferet ætas.
Terentius:Sub urbe eſt agelli paululum.
Vergil.Sub pedibuſq; uidet nubes & ſidera Daphnis.

Super.

Super,pro ultra,præter,prope,inter,& ſupra,accuſatiuo iungitur.

Vergil.-Super & Garamantas,& Indos Proferet imperium. Plinius Iunior. Vir grauiſsimus, doctiſsimus, diſertiſsimus, ſuper hæc occupatiſsimus,maximè prouinciæ profuturus. Liuius: Situs eſt,quencunq; cum dici ius faſq; eſt,ſuper Numicum amnem. Plinius Iunior:De huius nequitia, ſanguinarijſq; ſententijs, in commune

mune omnes, ſuper cœnam loquebantur.
Vergil. *Furor impius intus, Sæua ſedens ſuper arma.*

Sed pro dé, in, uel ob, auferendi caſum habet.
Corn. Tac. *Conſulendum tali ſuper re Principem reſpondit.*
Vergil. *Fronde ſuper uiridi ſunt nobis mitia poma.*
Idem: *Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem.*

Tenus.

Tenus, gaudet ablatiuo ſingulari, & genitiuo plurali poſtponi.

Tenus propinquitatem quandam ſigificat, hoc eſt, uſq; ad.
Vergil. *Et capulo tenus abdidit enſem.*
Idē: *Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo Pube tenus.*
Idem: *Et, crurum tenus, à mēto palearia pendent.* Quintus Curtius: *Pauci hoſtium tenus exacti, penetrauere ad portum.*

Iungitur & accuſatiuo, ſed rariſsimè.
Val. Flaccus: *Et, Tanaim tenus, immenſo deſcendat ab Euro.*

Verſus.

Poſtponitur &, Verſus, ſuo caſui.
Plautus: *Ego portum uerſus pergam, & perquiram: quem ſi non inuenero, domum uerſus reuertar.*

Vſque.

Vſq;, rarò ſine altera præpoſitione reperitur, & ſignificat temporis, aut loci magnitudinem.
Vergilius: *Daphnis ego in ſyluis, hinc uſq; ad ſydera notus.*
Idem: *Vſq; ſub extremum brumæ, intractabilis imber.*
Terentius: *Ex Aethiopia eſt uſq; hæc.*

Vſurpatur & aduerbialiter, pro ſemper ſiue continenter.
Terentius: *Me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam uſque occidit.*
Idem: *Vſque aduorſa tempeſtate uſi ſumus.*

A, Ab, Abs.

A, præponitur dictionibus incipientibus à conſonante.

Vergilius: Defendo, à frigore myrtos.

Ab, incipientibus à uocali, duabus liquidis, & i, conſonante.

Vergil. Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Terēt. Ingenium eſt omniū hominū ab labore procliue ad libidinē.

Idem: Tantum'ne eſt ab re tua otij tibi, aliena ut cures?

Vergilius: Ab Ioue principium Muſæ.

Abs, incipientibus à, q, &, t.

Terent. Abs quouis homine, quū eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Idem: Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.

Præpoſitiones ſemper compoſitæ.

Præpoſitiones quędam extra compoſitionem non inueniuntur. ut, Di, Dis, Re, Se, An, Con.

Exempla ſunt. Diduco, Diſtraho, Recipio, Secubo, Ambigo, & Conuenio.

Di, & Dis, uim ſeparandi habent: ut, Digero, in diuerſa gero: Diſſentio, diuerſum ſentio.

Re nunc ſignificat retro: ut Redeo, retro eo: nunc iterum: ut Repoſco, iterum poſco. nunc contrarietatem: ut, Reclamo contra clamo: Retego, quod tectum erat denudo.

Se, ſignificat ſeorſum: ut, Secedo, ſeorſum cedo.

An, circum: ut Ambio, circum eo.

Et Con, ſimul: ut, Coniungo, ſimul iungo.

APPENDIX.

Con, ex quibuſdam neutris facit tranſitiua.

Horatius: Iuppiter hybernas cana niue conſpuit alpes.

Terent. Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atq; ordinis

dinis hominem haud impurum.

De Conſtructione Interiectionum.

O.

O Exclamantis admittit nominatiuum, accuſatiuum, & uocatiuum.

Interiectio tacitus quidam affectionis ſermo eſt, ideoq; in caſus uarios fertur, ut O, quæ ut diſsimiles affectus ſignificat, ita diuerſis adhæret caſibus. Exultantis, nominatiuo. Terentius: O feſtus dies hominis. Admirantis, accuſatiuo. Cicero: O uariam, uolucremq; fortunam. Admonentis, uocatiuo.

Vergilius: O formoſe puer, nimium ne crede colori.

Heu, & Proh.

Heu, & Proh, nunc nominatiuo, nunc accuſatiuo cohærent.

Vergilius: Heu pietas, heu priſca fides.

Terentius: Heu me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectaui meo.

Idem: Proh Iuppiter, tu homo adiges me ad inſaniam.

Idem: Proh Deûm atq; hominum fidem, quid tibi uis?

Reperitur Proh, etiam cum uocatiuo.

Plautus: Proh ſupreme Iuppiter, herus meus hîc quidem eſt.

Hei, Veh.

Hei, & Veh, datiuo apponuntur.

Ouidius: Hei mihi, quòd nullis amor eſt medicabilis herbis.

Terent. Veh miſero mihi, quanta de ſpe decidi.

Obſeruatio de Grammaticæ declarationis ordine.

In ordinanda uocum ſtructura, præcedunt nunc excitandi, interrogandiq;, atq; prohibendi particulæ

nunc quædam temporis,negandi,eligendi, & ordinis aduerbia:nunc interiectiones & coniunctiones quædam: nunc uerba primæ aut ſecundæ perſonæ: nunc etiam uerba imperſonalia, nunc deniq; quorundam relatiuorum obliqui.

In ratione contexendæ orationis,& coniungendarum uocum, ita ut certam ſententiam dilucidè repræſentent,præponitur Nominatiuus,aut quod uice nominatiui fingitur: hunc proximè ſequitur Verbum finitum:deinde adijcitur Obliquus:alicubi & Aduerbia uerbis, alijs'ue partibus orationis, aut Adiectiua Subſtantiuis adnectuntur:ut indicant ſuperiora conſtructionum præcepta. Sed nominatiuum quoque præcedunt in expoſitione grammatica particulæ hic generatim enumeratæ:ut ſunt Vocatiui,nec non Demonſtrandi,Optandi,Hortandi,& Vocandi aduerbia.

Vocatiuus. *Vergilius: -Ipſæ te Tityre pinus,*
Ipſi te fontes,ipſa hæc arbuſta uocabant.

Aduerbia Demõſtrandi. *Vergilius: Ecce trahebatur paßis Priameïa uirgo Crinibus.*

Optãdi. *Terẽt.Vtinã aut hic ſurdus,aut hæc muta facta ſit.*

Hortandi. *Terentius: Eia tu,quum proximè res agentur, quoquomodo ad iudicandum ueni.*

Vocandi. *Idem:Heus,euocate huc Dauum.*

Interrogandi. *Idem:Vbi quæram?ubi inueſtigem?*
Ouidius:Quando ego non timui grauiora pericula ueris?
Horatius:Cur ego ſi nequeo,ignoroq; poëta ſalutor?
Terentius:Ego'ne bacchatus ſum in te,an tu in me?

Prohibendi. *Plautus:Ne iura,ſatis credo.*

Temporis. *Vergilius: Dum iuga montis aper,fluuios dum piſcis amabit.*
Idem:Donec regina ſacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

Negandi. *Idem:Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum.*

Cic

Cicero: Neq; ſolũ colent ſe inter ſe, ac diligent, ſed etiã uerebũtur.

Eligendi. *Terentianus Demea: Cum prima luce ibi hinc. Mitio. Imo de nocte cenſeo.*

Ordinis. *Silius: Fama dehinc gliſcente ſono, iã ſidera adibat.*

Interiectionũ. *Terent. Euge iam lepidus uocor.*
Idem: Papæ, hæc ſuperat ipſam Thaidem.
Vergilius: Quem fugis ah demens?

Coniunctionum. *Terent. Si illum relinquo, eius uitæ timeo: ſin opitulor, huius minas. Idem: Ille autem bonus uir nuſquam apparet. Idem: Ergo pretium ob ſtultitiam fero.*

Verborum primæ aut ſecundæ perſonæ.
Vergilius: Veniam quocunq; uocaris.

Verborum imperſonalium. *Horatius: Valeat poſſeſſor oportet, Si comportatis rebus bene cogitat uti.*
Vergilius: Itur in antiquam ſyluam ſtabula alta ferarum.

Obliquorum relatiuorum. *Vergilius: Incipe parue puer, cui non riſere parentes.*
Idem: Et fertilis ubere campus.
Qualem ſæpe caua montis conuale ſolemus Deſpicere.

Sed hæc fortaſſe nimis multa, ſiqua ſunt id genus alia, uel ad iſtorum legem, uel uſu potius à pueris obſeruabuntur: qualia ſunt Suus cuiq; mos eſt. &, Trahit ſua quenque uoluptas. In quibus Cuiq;, & Quẽq; ordinem inchoant, ut Suus, & Sua, uim ſeruent relationis. Item in conſtructione partitiua, ut Animantium, alia ſunt uolatilia, alia reptilia.

LIBER SE-
PTIMVS.

De Figuris. ex Diomede, et Donato

FIGVRA eſt ſermonis uitium, gratia neceſsitatis, cum ratione permiſſum.

Etſi prima cura debet eſſe proprij ſermonis, quo maximã orationis partem conſtare oportet: interdum tamen ubi propria deſunt, cogit inopia ex uicino alias uoces mutuari. ut Parricidã *dicunt* Latini *eũ quoq; qui matrẽ occidit, quia propriũ deeſt: unde initio palã eſt neceſsitatem peperiſſe figuras. Tunc etiã aliud ſumere decet, quũ etſi habeas propriũm, tamen ſignificantius eſt aliud figuratè dictum.* Vergilius: *Talia flammato ſecum dea corde uolutans.* Idem: *Inuadunt urbem ſomno, uinoq; ſepultam. Significantius in utroq;, quàm ſi dixiſſet, Corde irato: & Vrbem oppreſſam.*

Figurarum aliæ ſunt Conſtructionis, aliæ Dictionis, alie Locutionis.

Figura duplex eſt: una Sententiarum, quæ ad oratores, authore Donato, *propriè pertinet. altera eſt uel* Orationis, *uel uocum habitus, præter communem conſuetudinem innouatus: de cuius generibus hoc labore tantùm conquiremus.*

Figuræ igitur Cõſtructionis ſunt octo: Appoſitio, Euocatio, Syllepſis, Zeugma, Prolepſis, Antiptoſis, Synthesis, & Synecdoche.

Figuræ Dictionis totidẽ Aphæreſis, Proſteſis, Syncopa, Epentheſis, Apocopa, Paragoge, Antitheſis, & Metatheſis.

Figuræ Locutionis *multò plura ſunt genera, uerùm hic de his, quæ ſunt in primis neceſſaria, diſſeremus.*

Appoſitio.

Appoſitio eſt duorum ſubſtantiuorum in eodem caſu ſine copula coniunctio, quorum poſterius eſt *prioris*

prioris declaratiuum.

Poſterius ſubſtantiuum in appoſitione propemodum induit adiectiui naturam.

*Horat. Et genus & formã regina pecunia donat.*Hoc *eſt regnãs.*
Vergilius: Formo*ſum paſtor Corydon ardebat Alexin*
*Delitias domini.*Hoc *eſt delectantem dominum.*

Verbũ ſubſtatiuis in appoſitione additum priori reſpondere debet in debitis accidentibus.

Ouidius: Quid meruere boues animal ſine fraude,doliſq;?
Verg. I*te meæ,quondam fœlix pecus,ite capellæ.*

Euocatio.

Euocatio eſt reductio tertiæ perſonæ ad primam uel ſecundam.

In Euocatione tria requirũtur,Perſona euocans,Perſona euocata,& Verbum concordans cum perſona euocante,utpote quæ dignior eſt.

Verg. Nos tua progenies(cœli quibus annuis arcẽ) Prodimur.
Terentius: Vide tu Thais,quam hic rem agit.

In euocatione,apud authores,perſona euocans ſæpe ſubintelligitur.

Vergil. Sum pius Aeneas,raptos qui ex hoſte penates
*Claſſe ueho mecum. Idem:*Non *omnia poſſumus omnes.*

Syllepſis.

Syllepſis eſt adductio indignioris ad dignius.

Syllepſis interpretatur cõceptio,ſeu comprehenſio. Requiruntur *verò in Syllepſi quatuor,Dictio cõcipiens, Dictio cõcepta,Copulatiua cõiunctio,uel præpoſitio,Cum,Verbum,uel Adiectiuum pluralis numeri,concordans cum dictione concipiente.*

Fit autem Conceptio modis duobus, Perſona & Genere.

Conceptio Perſonarum eſt,in qua prima perſona

concip

concipit ſecundam,uel tertiam:aut ſecunda tertiam.

Horatius: – *Si modo ego & uos*
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto.

Cicero: Si tu. & Tulliola lux noſtra ualetis,ego & ſuauiſſimus Cicero ualemus

Vergilius: Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum. Hoc eſt, *& Iphitus:*Item,*ego & Pelias diuellimur.*

Idem: Hanc *tecum genitor cunctis celebrabitis annis.* Hoc eſt. *ego tu & genitor celebrabitis.*

APPENDIX.

Plures nominatiui tertiæ perſonæ,per copulā con nexi,ad uerbum plurale referuntur.

Iuuenalis: Non bene conueniunt,nec in una ſede morantur Maieſtas & amor. Ouidius: Conſilium resq́; locusq́; dabunt.

Copulandi uim habet nōnunquam præpoſitio Cū.

Verg. – *Remo cum fratre Quirinus*
Iura dabunt. Hoc eſt,*Quirinus & Remus.*

Conceptio Generum.

Conceptio Generum eſt,in qua maſculinum concipit fœmininum,uel neutrum:aut fœmininum con cipit neutrum.

Ouidius: Turpe uir & mulier iuncti modò.

Cicero: Conſilia cœtusq́; hominum iure ſociati.

Lucanus: – Hinc *leges & plebiſcita coactæ.*

In conceptione generum aliquoties genus concceptum ſubauditur.

Cicero: Propter *ſummam & doctoris authoritatē,& urbis:quorum alter te ſcientia augere poteſt,altera exemplis.*

Ouid. In magnis læſi rebus uterq; ſumus. Hoc eſt, Ego *Phædra & tu* Hippolytus *ſumus læſi.*

APPENDIX.

Plura ſubſtantiua cuiuſcūq; generis,res inanima-

tas deſignantia, uenuſtè referũtur ad adiectiuum pluralis numeri, & generis neutri.

Vergil. Quum Daphnidis arcum
Fregiſti & calamos: quæ tu peruerſe Menalca,
Et quum uidiſti puero donata, dolebas.

Cicero: Eadem mente comprehendimus colorem, ſaporem, odorẽ, ſonum: quæ nunquam animus cognoſceret.

Zeugma.

Zeugma eſt unius uerbi ad diuerſos nominatiuos, aut adiectiui ad diuerſa ſubſtantiua reductio.

Zeugma interpretatur iugatio, à Zeugnyo, quod eſt iugo, quòd uerbo eodem duæ clauſulæ iungantur.

Vergil. Hîc illius arma, Hîc currus fuit.
Idem: Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.
Horatius: Sed incitat me pectus, & mammæ putres.
Vergil. Tu quos ad ſtudium, atq; uſum formabis agreſtem.

APPENDIX.

In Zeugmate uerbum proximo quidem nominatiuo reſpondere debet.

Vt uiſum eſt in proximis exemplis: quãquam & exẽplo quoq; eſſe poteſt Ciceronianum illud: Ille me de noſtra republica, ego illum de ſuo regno percontatus ſum.

Niſi per ſimilitudinem aut comparationem loquamur.

Plautus: Ille perinde ut tu, liber eſt. Cicero: Nihilo magis ego quàm uos, ſubſidio Domitio ire poſſum.

APPENDIX.

Cum remotiori quoq; nominatiuo conſentit uerbum, ubi, Niſi, clauſulam ſubiungit.

Terentius: Talem filium nulla, niſi tu, pareret.

Aliter tamen apud poëtas (ſed ob metri neceſsitatem) legimus.

Verg.

Verg. – *Nihil hic,niſi carmina deſunt.*
Ouidius:.*Quid niſi ſecretæ læſerunt Phyllida ſyluæ?*

Prolepſis.

Prolepſis eſt præſumptio totius,cui partes ſubiiciuntur uerbo non repetito.

Prolepſis fit ex Pro,præpoſitione Græca,quæ ante ſonat:& Lepſis,hoc eſt captio,quaſi anticipatio.
Verg. Compulerantq; greges Corydon & Thyrſis in unum.
Thyrſis oues,Corydon diſtentas lacte capellas.

Fit nonnunquam Prolepſis implicita,unico uidelicet membro totum ſequente.

Terẽtius:Aperite,aliquis actutum,oſtium. Supplendum enim ita,quod deſit. Aperite oſtium,& aliquis actutum aperiat.
*Salluſtius:Sed ea tẽpeſtate cœpere,ſe quiſq; magis,*extollere. Hoc *eſt,cœpere extollere,& quiſq; magis ſe extollere cœpit.*

Antiptoſis.

Antiptoſis eſt caſus pro caſu poſitio.

Fit autem Antiptoſis,ex Anti,quod eſt pro,& Ptoſis,hoc eſt caſus.ut Nominatiuus *pro uocatiuo.*
Vergil. Proijce tela manu ſanguis meus. Pro *mi.*
Vocatiuus pro nominatiuo.
Perſius: Stemmate quòd Tuſco ramũ milleſime ducis. Pro *milleſimus.* Nominatiuus *pro genitiuo.*
Vergil. Creſſa genus Pholoë gemini circum ubera nati. Pro *Cretenſis generis.*
Datiuus pro nominatiuo,uel accuſatiuo.
Verg. At puer Aſcanius,cui nunc cognomen Iulo *Additur.*
Liuius: Fauſtulo *nomen fuiſſe ferunt. Recta enim locutio in his & cõſimilibus eſt per nominatiuum* Iulus,*uel per accuſatiuũ* Fauſtulum, *ut apud Ciceronem: Argentarius Sextus Claudius,cui Spuridion fuit cognomen. Et apud Terentium: Hecyra eſt huic nomen fabulæ.*

Datiuus pro accuſatiuo cum præpoſitione.

Vergilius: It *clamor cœlo.*Pro *in cœlum.*

Accuſatiuus pro genitiuo.

Suetonius: Initium *uc ſcendi primus fecit,dicq; proximo omne genus rerum mißilia ſparſit. Pro omnis generis.*

Nominatiuus pro ablatiuo cum præpoſitione.

Cicero: Quid enim indigens Aphricanus mei? Pro in quo.

Syntheſis.

Syntheſis eſt diſcrepantia nominatiui à uerbo,uel adiectiui à ſubſtantiuo,ſecundum uocem, nō autem ſecundum ſignificationem.

Syntheſis fit ex Syn,hoc eſt con,& Theſis,quod eſt poſitio, quaſi compoſitio.Semper in ſyntheſi ad intellectum referenda eſt conſtructio.

*Vergilius: Quiſq; ſuos patimur manes.*Hoc *eſt,omnes patimur.*

Horatius: Iactamus iampridem omnis te Roma beatum. Hoc *eſt, omnes Romani.*

Vergilius: Pars hominum ualidi turres & mœnia ſcandunt. Hoc *eſt,aliqui homines ualidi.*

Statius, Tacitis huc greßibus acti Deueniunt paritura cohors, Cohors paritura:hoc eſt,multi uiri parituri.

APPENDIX.

Fit etiam Syntheſis per quædam ſubſtantiua generis neutri ab adiectiuis deducta.

Hæc rem cum qualitate ſignificant.ut Malum mihi eſſe uidetur mors,hoc eſt res mala.

Vergilius: Triſte lupus ſtabulis.

Idem: Varium & mutabile ſemper fœmina.

Terentius: Vbi illic eſt ſcelus,qui me perdidit? Pro ſceleratus.

Synecdoche.

Synecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax

pax,quum plus minusúe pronuntiat.

Aut enim à parte totum oſtendit,aut contra.unde Comprehenſio Latinè interpretari poteſt.

Vergil. Haud aliter puppesq; tuæ,pubesq; tuorum
Aut portum tenet: aut pleno ſubit oſtia uelo. *A puppibus enim naues ſignificat. A pube totos homines.*

Idem: – Ingens à uertice pontus In puppim ferit. Hoc eſt,multa ponti aqua,non totus pontus.

Eſt etiam Synecdoche, qualitas partis, aut ornamenti ad totum accommodata.

Vergil. Triſtior,& lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.
Alloquitur Venus. Idem de Laocoonte à draconibus inter ſacrificandum dilaniato.
Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos
Perfuſus ſanie uittas,atroq; ueneno. Hoc eſt,uittas habens ſanie perfuſas.

De Figuris dictionis.

Aphæreſis.

APhęreſis eſt ablatio literæ,uel ſyllabæ,de principio dictionis.

Dicta eſt Aphæreſis ab Aphæreomæ,quod eſt auſero,uel deduco de re ſeu opinione.ut,Ruo,pro eruo.

Verg. Mœrentes altum cinerem,& confuſa ruebant
Oſſa foßis:tepidoq; onerabant aggere terræ. Item Temno pro contemno.

Idem: Diſcite iuſtitiam moniti,& non temnere diuos.

Proſtheſis.

Proſtheſis eſt appoſitio literæ,uel ſyllabæ,ad principium dictionis.

Fit autẽ Proſtheſis ex pros,quod eſt ad,& Theſis,hoc eſt po-

ſitio:ut, Gnatus, pro natus.
Terent. Meum gnatum rumor eſt amare. Tetuli, pro tuli.
Idem: Vtinam huc nunquam tetuliſſem pedem.

Syncopa.

Syncopa eſt ablatio literæ, uel ſyllabæ, de medio dictionis.

Fit autem Syncopa ex Syn, quod eſt con, & Copto, id eſt cædo, ſiue frango: ut, Repoſtus, pro repoſitus. Acceſtis, pro acceßiſtis.
Vergil. –Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis.
Idem: Vos & Scyllæam rabiem, penituſq; ſonanteis
Acceſtis ſcopulos.

Epentheſis.

Epentheſis eſt appoſitio literæ uel ſyllabæ, ad medium dictionis.

Fit autē Epētheſis ex Epi, et En, quæ cōiuncta ſignificāt inter, & Theſis. ut Relliquiæ, pro reliquiæ. Induperator, pro imperator.
Vergil. Quæ nos relliquias Danaum, terræq;, mariſq;
Vrbe, domo ſocias.
Iuuenalis: Quales nunc epulas ipſum glutiſſe putamus
Induperatorem?

Apocopa.

Apocopa eſt ablatio literæ, uel ſyllabæ, de fine dictionis.

Fit autem Apocopa ex Apo, quod eſt ab, & Copto, id eſt ſcindo. ut Oronti, pro orontis: Peculi, pro peculij.
Vergil. –Nunc acris Oronti, Nunc Amici caſum gemit.
Idem: Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

Paragoge.

Paragoge eſt appoſitio literę, uel ſyllabæ, ad finem dictionis.

Fit autem Paragoge ex Para, quod eſt ad, & Agoge, hoc eſt

ductio,quaſi adductio.ut,Adipiſcier,pro adipiſci.Dicier,pro dici.
Terent.Nuptias effugere ego iſtas malo,quàm tu adipiſcier.
Perſius:Pulchrum eſt digito monſtrari,& dicier hic eſt.

Antitheſis.

Antitheſis eſt literæ pro litera poſitio.

Fit Antitheſis ex Anti,quod eſt contra,& Theſis.Quare hæc figura cõmodiore uocabulo dicitur Antiſtœchon,ab Antiſtœcheo, quod eſt oppono.ut,Olli pro illi.Impete,pro impetu.
Vergil.Olli ſubridens hominum ſator,atq; deorum.
Statius:Tranſilunt campos,aurigamq; impete uaſto.

Metatheſis.

Metatheſis eſt literarum tranſportatio.

Fit autem Metatheſis ex Meta, quod eſt trans,& Theſis. ut Tymbre pro tymber.
Vergilius:At tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.Quanquã poteſt eſſe à nominatiuo Tymbrus,ſicut Euãdre ab Euãdrus.
Idem:Tum rex Euandrus Romanæ conditor arcis.

De Figuris locutionis.

Barbariſmus.

BArbariſmus eſt contrà Romani ſermonis legem aut ſcribendo,aut pronuntiando,uitioſa dictio.

Dictus eſt Barbariſmus à barbaris, hoc eſt,craſſè,durè,& aſpe rè loquentibus.unde Barbaralexis, hoc eſt dictio, quæ nec Græca eſt,nec Latina.ut Guerra,Bladum,Leuca,& mille id genus alia, imperitis ſacerdotibus & notarijs uſitatiſsima: ſed elegantiæ ſtudioſis ſummoperè fugienda. Nonnulla tamen longo ueterum uſu recepta ſunt: qualia ſunt Maſtruca Sardorum ueſtimentum, Gaza pro diuitijs,& Mappa pro mantili,Perſica uocabula.
Cicero: Res in Sardinia, cum Maſtrucatis latrunculis, & Propræt

prætore, una cohorte auxiliaria geſta.
Vergilius: Et *gaza lætus agreſti.*
Horatius: *Nec ſordida mappa Corruget nares.*

Solœciſmus.

Solœciſmus eſt uerborum iunctura ſermoni Romano inconueniens.

Dictus eſt Solœciſmus à Solœ urbe, quam Solon, Piſiſtrati tyrannidem fugiens, in Cilicia condidit: in qua pauci Athenienſium ab eo relicti, quum ſermonem patrium tractu temporis corrupiſſent, ſolœcizare dicti ſunt, hoc eſt, inconuenienti uocum ſtructura loqui.
Verg. *Expoliantur eos, & corpora nuda relinquũt.* Pro expoliãt.
Idem: *Et placidam paci nutritor oliuam.* Pro nutrito.
Ennius: *Quis tu es mulier, qui te inſueto nuncupaſti nomine?* Quis & qui pro quæ.

Acyrologia.

Acyrologia eſt impropria dictionis poſitio, uel ſententia uocibus impropriis obſcurata.

Fit autẽ Acyrologia ex Acyros, quod eſt improprius, & Logos hoc eſt ſermo.
Vergil. *Hunc ego ſi potui tantum ſperare laborem.* Sperare dixit pro timere: ſperamus enim bona, timemus aduerſa.
Terent. *Accede ad ignem hunc, iam calſces pluſ ſatis.* Ibi enim nullus ſignificatur ignis, ſed meretrix.

Cacephaton.

Cacephaton eſt ingratus earundem uel literarum, uel ſyllabarum concurſus.

Fit autem Cacephaton ex Cacos, quod eſt malus, & Phatiſſo, id eſt loquor, quaſi mala locutio.
Cicero: *O fortunatam natam me conſule Romam.*
Idem: *Ex quibus erat ea minima, quæ ultima à cœlo, citima terris, luce lucebat aliena.*
Vergil. *Iuuat ire, & Dorica caſtra, Deſertoſq; uidere locos.*

Idem: Proxima ſorte tenet lucis loca.

Pleonaſmos.

Pleonaſmos eſt redundãs ſupra neceſsitatẽ dictio.

Dicta eſt Pleonaſmos à Pleonazo, id eſt, pluſquam oporter facio, aut dico. Vergilius: -Vocemq; his auribus hauſi. Idem: -Sic ore locuta eſt. Terent. Hiſce oculis egomet uidi.

Tautologia.

Tautologia eſt eiuſdem uerbi, aut ſermonis uitioſa repetitio.

Dicta eſt Tautologia à Tautotes, quod eſt identitas: & Logos, hoc eſt ſermo, quaſi idem ſermo. Cicero: Non ſolùm igitur illud iudicium iudicij ſimile iudices non fuit, quamuis caſu diuerſo. Vergilius: Quem ſi fata uirum ſeruant, ſi ueſcitur aura Aetherea: nec adhuc crudelibus occubat umbris. Nam hæ tres clauſulæ in idem recidunt.

Eclipſis.

Eclipſis eſt defectus quidam neceſſariæ dictionis, quam deſyderat præciſa ſententia.

Dicta eſt Eclipſis ab Eclipo, quod eſt deficio.
Horatius: Ventum erat ad Veſtæ. Subaudi templum.
Terentius: Cur non recta introibas? Saubaudi uia.
Vergilius: Hinc mihi prima mali labes. Subaudi erat.
Terentius: Egomet continuo mecum. Subaudi dixi.

Apoſiopeſis.

Apoſiopeſis eſt repentina ſermonis interruptio.

Fit autem Apoſiopeſis ex Apo, quod eſt re, & Siopao, id eſt ſileo, ſeu taceo: unde interpretari poteſt Reticentia: quæ fit quum per iram, aut indignationem orationis partem reticemus. ut apud Vergilium Neptunus ad uentos mare concitantes:
Quos ego. Sed motos præſtat componere fluctus. Subauditur grauiter puniam, aut quidpiam tale.
Simo Terentianus de ſeruo contumaci.

Mala mens, malus animus, quem ego quidem ſi ſenſero.
Sed ſine eueniat, quod uolo. Subaudiendum, male multabo. Eſt igitur Apoſiopeſis aptiſſima iracundis & perturbatis.

Tapinoſis.

Tapinoſis eſt uitium, quo rei dignitas humilitate uerbi deprimitur.

Dicta eſt Tapinoſis à Tapinoo, quod eſt humilio.
Vergil. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Pro æquore gurgitē poſuit, qui locus eſt in flumine profundus: ſic dictus, quòd gulæ inſtar ad ſe trahat. Idem: Penitusq; cauernas
Ingentes, uterumq; armato milite complent. Hoc eſt, multis militibus armatis: non potuit enim militis unius armati tanta eſſe amplitudo, quæ ingentes cauernas & uterum impleret.

Cacoſyntheton.

Cacoſyntheton eſt uitioſa dictionum compoſitio.

Interpretatur Cacoſyntheton malè compoſitum, à Cacos, hoc eſt male, & Syntheton, quod eſt compoſitum.
Vergil. Verſaq; iuuencum Terga fatigamus haſta. Nam uerſa licet cum utroq; ſubſtantiuo conſentire hic poſſit, ad remotius tamen referri debet.

Macrologia.

Macrologia eſt longa ſententia res non neceſſarias comprehendens.

Interpretatur Macrologia longa ſententia, à Macros, quod eſt longus, & Logos, hoc eſt ſermo.
Vergil. Poſtera uix ſummos ſpargebat lumine montes
Orta dies: quum primum alto ſe gurgite tollunt
Solis equi: lucemq; elatis naribus efflant. Quum ſit ſatis dixiſſe, Orta dies. Liuius: Legati non impetrata pace retro domum, unde uenerant, abierunt. Hic retro domum unde uenerant, ſunt ſuperuacanea.

Amphibologia.

Amphibologia eſt, uitioſa ſermonis ambiguitas.

Fit autem Amphibologia ex Amphi, hoc eſt circum, & Ballesthe, quod eſt iacto, & Logos, hoc eſt ſermo, quaſi ſermo circumiectus: quo dubitatur utrò uerbum ſit referendum, quemadmodum oraculum Pyrrho reſpōdit: Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Hic utri promittatur uictoria, incertum.

Anadiploſis.

Anadiploſis eſt geminatio dictionis, quæ ex fine præcedentis uerſus in principio ſequentis iteratur.

Fit autem Anadiploſis ex Ana, quod eſt re, & Diploſis, hoc eſt duplicatio, quaſi reduplicatio.
Vergilius: Pierides uos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi creſcit in horas.
Idem: —Sequitur pulcherrimus Aſtur:
Aſtur equo fidens, & uerſicoloribus armis.

Anaphora.

Anaphora eſt repetitio eiuſdem uerbi, per principia uerſuum plurimorum.

Fit autem Anaphora ex Ana, quod eſt re, & Phoreo, id eſt fero, quaſi relatio. ut apud Vergilium Venus ad Cupidinem:
Nate meæ uires, mea magna potentia ſolus,
Nate patris ſummi, qui tela Typhœia temnis.
Horatius: Otium bello furioſa Trace,
Otium Medi pharetra decori.

Epanalepſis.

Epanalepſis eſt uocis unius in principio uerſus poſitæ, in eiuſdem fine repetitio, aut cum maiore ſignificato continua eiuſdem nominis iteratio.

Dicta eſt Epanalepſis ab epanalambano, quod eſt repeto, quaſi ſuperiorum repetitio.

Vergil. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.
Idem: Ante etiam ſceptrum Dictæi regis, & ante.
Terentius: Memor eſſem ô Miſis Miſis:
Horatius: Eheu fugaces Poſthume: Poſtume labuntur anni.

Epizeuxis.

Epizeuxis eſt eiuſdem uerbi in eodem uerſu, ſine aliqua dilatione geminatio, cum impetu pronuntiationis.

Fit autem Epizeuxis ex Epi præpoſitione Græca, quæ cũ genitiuo & datiuo ſonat (con) & Zeuxis, hoc eſt iugatio, ſiue combinatio. Tolumnius apud Vergilium: Me me duce ferrum Corripite ô Rutuli.

Paronomaſia.

Paronomaſia eſt agnominatio ex uicinia quadam prædicti nominis ducta.

Fit autem Paronomaſia ex Para, hoc eſt ad, & Onomazo, quod eſt nomino. Eſt itaq; Paronomaſia iucunda quædam uocum colluſio, ſignificatu tamen diuerſo.
Terent. Inceptio eſt amentium, haud amantium.
Cice. Qui fuit locus fœliciſſimus, nunc erit lucus deſertiſſimus.
Item: Non enim decet hominem genere nobilem, mobilem uideri.
Item: Traditam ſibi publicorum cuſtodiam ſacrorum non honori, ſed oneri eſſe exiſtimauit.

Paromœon.

Paromœon eſt diuerſarum uocum idem principium habentium connexio.

Interpretatur Paromœon adſimile, à Para, quod eſt ad, & Homœos, hoc eſt ſimilis, aſpiratione ſubtracta.
Ennius: O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.
Item: Machina multa minax minitatur maxima muris.

Homœoteleuton.

Homœoteleutõ eſt multarum uocum ſimiliter fi-

nientium comprehenſio.

Interpretatur Homœteleutos *ſimiliter deſinens* , *ab* Homœos, *quod eſt ſimilis*, & Telos, *hoc eſt finis.*

Vergil. *Obrue uerſata Cerealia ſemina terra.*

Iuuenal. *Viuat Fidenis*, & *agello cedo paterno.*

Scheſiſonomaton.

Scheſiſonomaton eſt nominum multitudo, eodem copulandi habitu coaceruata.

Interpretatur Scheſiſonomaton *habitus nominum*, *à nominatiuo* Scheſis, & *genitiuo plurali* Onomaton. *Fit autẽ quum ſingula ſingulis ſubſtantiuis accommodantur epitheta. ut apud poëtam:* *Marſa manus*, *Peligna cohors*, *feſtina uirum uis.*

Homœoptoton.

Homœoptoton eſt oratio eodem caſuum tenore compacta.

Fit autem Homœoptoton *ex* Homœos, *quod eſt ſimilis*, & Ptoſis, *hoc eſt caſus.*

Ennius: *Mœrentes, flentes, lachrymantes, ac miſerantes.*

Salluſtius: *Maximis ducibus, fortibus, ſtrenuisq́; miniſtris.*

Polyptoton.

Polyptoton eſt clauſula caſuũ uarietate diſtincta.

Fit autem Polyptoton *ex* Poly, *quod eſt multum*, & Ptoſis.

Vergilius: *Littora littoribus contraria, fluctibus undas,*
Imprecor arma armis: pugnent ipſiq́; nepotes.

Terẽt. *Pater hic tuus: patrẽ hunc appellas: patris huius tu filius es.*

Climax.

Climax eſt de uerbo in uerbũ gradatio, quæ prius quàm in aliud deſcendat, in prioribus reſiſtit.

Interpretatur Climax *ſcala, ſeu gradatio: quæ fit, quoties ab eo uerbo, quo ſenſus ſuperior clauditur, inferior incipit.*

Vergilius: *Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam,*

Flor

Florentem cytiſum ſequitur laſciuia capella.
Idem: Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit: uobis furiarum maxima pando.

Irmos.

Irmos eſt orationis ſeries, tenorem ſuum in multos uerſus protrudens.

Interpretatur Irmos ſeries, quæ nulla alia uel cauſa, uel perſona mutata longius protrahitur.
Vergilius: Principio cœlum, ac terras, campoſq; liquentes, Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; aſtra Spiritus intus alit.

Polyſyndeton.

Polyſyndeton eſt oratio multis connexa coniunctionibus.

Fit autẽ Polyſyndeton ex Poly, quod eſt multũ, & Syndeſmos, hoc eſt nodus ſiue coniunctio. Verg. Athamaſq;, Thoaſq;, Pelideſq; Neoptolemus, primuſq; Machaon.

Dialyton.

Dialyton eſt oratio ſine coniunctionibus.

Dictũ eſt Dialython à Dialyo, quod eſt diſſoluo. Terent. Qui ſcire poſſes, aut ingeniũ noſcere, dum ætas, metus, magiſter prohibebant? Cicero: in Catilin. Abijt, exceßit, euaſit, erupit. Verg. Ferte citi, flammas, date tela, impellite remos. Eadẽ figura dici poteſt Aſyntheton, hoc eſt, ſine coniunctionibus.

Metaphora.

Metaphora eſt rerum uerborumq; per ſimilitudinem tranſlatio.

Dicta eſt Methaphora à Methapherin, quod eſt trãsferre, quia per eã aut nomen, aut uerbũ ex eo loco, in quo propriũ eſt in cũ, in quo aut propriũ deeſt, aut traslatũ proprio melius eſt, trãsfertur. Nunc deflexione. Cicero: Vt iſta odia nõ ſorbeam ſolum, ſed etiam conquoquam. Hoc eſt, non feram modo, ſed etiam perferram:

ſorbentur enim propriè liquida, cruda concoquũtur. Idem: Quapropter Quirites expectate Legatorum reditum, & paucorum dierum moleſtiam deuorate. Hoc eſt, uincite.

Terentius: An nõ ſex totis mẽſibus prius olfeciſſem, quàm ille quicquam ceperit? Hoc eſt, deprehẽdiſſem. Siquidẽ in iis id quod eſt corporis ad animũ deflectitur. Nunc ab irrationabili ad rationale.

Terent. Quid ille gãnit? Nũc ab animali ad nõ animal, aut cõtrà.

Vergilius: Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos. Nunc ab inanimato ad inanimatum.

Idem: Sic fatur lachrymans, claſsiq; immittit habenas.

Catachreſis.

Catachreſis eſt uerborũ abuſio, quæ nõ habẽtibus nomen ſuum, accommodat quod in proximo eſt.

Dicta eſt Catachreſis à Catachraomæ, quod eſt abutor: uel fit ex Cata, quod eſt contra, & Chreſis, hoc eſt uſus, quaſi contra uſum ut quum parricidam dicimus, qui matrem quoq;, aut fratrem, aut alias propinquum occiderit: Et Piſcinam, in qua lauamus, nec piſces inſunt: Et Pixides, cuiuſcunq; ſint materiæ, quamuis è buxo nomen habeant.

Metalepſis.

Metalepſis eſt tranſumptio gradatim ad id quod oſtendit, procedens.

Dicta eſt Metalepſis à Metalleuo, quod eſt traduco.

Vergil. Poſt aliquot, mea regna uidens, mirabor ariſtas. Nam per ariſtas ſegetes primùm intelligimus, deinde æſtates, demũ annos. Idem de uentis loquens: Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris. Per atras ſpeluncas intelligimus tenebroſas, ac per hoc in præceps profundas.

Metonymia.

Metonymia eſt quædam ueluti tranſnominatio, à propria ſignificatione ad uicinam traducta.

Fit autem Metonymia ex Meta,quod eſt trans:& Onoma,hoc eſt nomen,quaſi tranſmutatum nomen. Hæc locum habet,quoties pro continente contentum,pro inuentore inuentum,pro poſſeſſo poſſeſſorem,pro efficiente effectum,aut contrà uſurpamus.
Vergilius: Nunc pateras libate Ioui. Hoc eſt uinum.
Idem: Crateras læti ſtatuunt,& uina coronant. Hoc eſt calices.
Terentius: Sine Cerere & Baccho friget Venus.Hoc eſt,ſine pane & uino libido langueſcit.
*Plautus:*Vinum precemur,nam hic Deus præſens adeſt. Hoc eſt, Bacchum uini repertorem apud Græcos.
Vergilius: Iam proximus ardet Vcalegon. Hoc eſt, Vcalegonis domus.
Horatius: Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regumq́; turres,ô beate Seſti. Hoc eſt,quæ pallidos efficit.
Vergilius: Iungit equos auri genitor,ſpumantiaq́; addit. Fræna feris. *Spumãtia fræna dixit,quum utiq; non ipſa faciant ſpumas,ſed equus,qui ea gerit,ſpumis inſpergat infuſis. Aiunt etiam diligentiores,Ducem pro his qui ſubſunt,& Authorem pro opere per metonymiam uſurpari:ut cum ab Annibale cæſa apud Cannas ſexaginta millia dicimus: & Plinium ſemper in manibus habendum.*

Antonomaſia.

Antonomaſia eſt nominis permutatio, quæ accidentibus propriam ſignificat perſonam.

Dicta eſt Antonomaſia ab Antonomazo,quod eſt cõmuto nomen. Hæc fit modis tribus,ab aniumo. Verg. – Thalamo quæ fixa reliquit Impius. Hic Dido impium pro Aenea dixit.

A corpore. Idem: – Ipſe arduus,altaq́; pulſat Sydera. Arduum poſuit,pro Polyphemo. Extrinſecus.
Idem: Infœlix puer, atque impar congreſſus Achilli, Pro Troilo, qui qum eſſet adhuc tyro, infœliciter cum Achille pugnauit. Eiuſdem generis eſt, ſi quis dicat Poëtam,Vergilium

ſentiens

ſentiens:aut Grāmaticum,Priſcianū ſignificans:quemadmodū Liuius Pœnum pro Annibale frequenter enuntiat:& Terentius pro perſona heri,Senem dicit.

Epitheton.

Epitheton eſt appoſitum nomini adiectiuū, perpetuam fermè rei naturam indicans.

Interpretatur Epitehton appoſitum,ab Epi præpoſitione,quæ cum genitiuo uel datiuo,ad,ſignificat,& Theſis.ut,Alma Ceres, quæ nos ſemper alit:Dulce muſtū:Trāquilla pax:Ferreū bellum. Vergilius: Liber & alma Ceres,ueſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.
Idem:Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem.
Lucan. Tranquillæ commoda pacis   Ferrea bella docent.

Periphraſis.

Periphraſis eſt fuſior,& copioſior rei deſcriptio.

Interpretatur Periphraſis circūlocutio,à Peri,quod eſt circū, & Phraſis, hoc eſt locutio. Fit enim quoties id quod paucioribus uerbis dici poteſt,pluribus explicatur.
Horatius: Troiani belli ſcriptorem maxime Lolli
Dum tu declamas Romæ,Præneſte relegi. Sriptorē belli Troiani pro Homero dixit.
Verg. Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæua ſacerdos.Pro Sibylla.

Hyperbole.

Hyperbole eſt oratio fidem excedens augendi minuendi'ue cauſa.

Fit autem Hyperbole ex Hyper,quod eſt ſuper,& Bolos,hoc eſt iactus.
Verg. Qui candore niues anteiret,curſibus auras.
Plautus: Oſſa atq; pellis totus eſt,ita cura macet.

Hyperbaton.

Hyperbaton eſt confuſior dictionum ordo, quem

freq

ſrequenter ratio comparationis,& decor exigit.

Interpretatur Hyperbaton,authore Quintiliano,uerbi tranſgreßio,ab Hyperbæno,quod eſt tranſgredior.

Vergil. Treis Notus abreptas in ſaxa latentia torquet,
Saxa uocant Itali medias quæ in fluctibus aras.
Dorſum immane mari ſummo. *Cuius ſententiæ ordo ſic poteſt imperturbatus reddi:Treis naues abreptas Notus torquet in ſaxa, quæ ſaxa in medijs fluctibus latentia Itali uocant aras,tum cohæret appoſitione aras,quæ ſunt dorſum immane,hoc eſt eminens ſummo mari.*

Horatius: Penè macros arſit,dum turdos uerſat in igni.

Quod ſic ordinatur: Dum uerſat macros turdos,penè arſit in igni. In quibus exemplis,& conſimilibus,hinc maximè confuſio oritur,quòd quæ dictiones alteri ſenſui debentur,in altero ſunt poſitæ.

Hyſterologia.

Hyſterologia eſt ſententiæ cum uerbis ordo mutatus.

Interpretatur Hyſterologia præpoſterus ſermo,ab Hyſteron, quod eſt poſt,ſiue poſterius,& Logos. Dicitur & Hyſterō proteron,quaſi poſterius prius: quoties id quod poſteriore loco fit, priorem in orationis ordine poßidet.

Verg. Moriamur,& in media arma ruamus.
Idem: Poſtquam altos tetigit fluctus,& ad æquora uenit.

Anaſtrophe.

Anaſtrophe eſt uerborũ tantũ ordo præpoſterus.

Interpretatur Anaſtrophe reuerſio, ab Anaſtrepho, quod eſt reuertor.

Verg. Errabant acti fatis maria omnia circum. Pro circũ maria.
Horatius: Quem penes arbitrium eſt,& ius,& norma loquendi.

Pro penes quẽ. Eiuſdẽ generis ſunt ablatiui Mecũ,Tecum,&c. quos tamẽ enũtiare aliter nõ licet. Huc pertinere uidẽtur & illa,

quæ

quæ apud Vergiliũ leguntur: Tyriam qui adueneris urbem. Pro *ueneris ad urbem. Atq; rotis ſummas leuibus perlabitur undas.* Pro *labitur per undas.* Et illud item Lucani. *Socerum depellere regno Decretum eſt genero.* Pro *pellere de regno.*

Tmeſis.

Tmeſis eſt uocis unius uel ſimplicis,uel compoſitæ ſectio,nna dictione uel pluribus interiectis.

Interpretatur Tmeſis ſectio,à Temno uerbo Græco,id eſt incido,quod futurũ facit Tmexo,hinc Tmexis,x,in s,cõuerſo. Hæc alio nomine uocatur Diacope,à Diacopto,quod eſt intercido. Vergil. Et multũ nebulæ circũ Dea fudit amictu.Pro circũfudit. Horat. Quo me cũq; rapit tẽpeſtas,deferor hoſpes. Pro quocũq;. Terentius: Thais maximo orabat opere,ut cras redires. Pro maximo opere.

Allegoria.

Allegoria eſt oratio,quæ aliud uerbis,aliud ſenſu oſtendit.

Allegoriam interpretatur Quintilianus inuerſionem. Vergilius: Claudite iam riuos pueri,ſat prata bibere. Hoc eſt,finem contentioni imponite,ſatis,ſuperq; cantaſtis. Idem: Sed nos immenſum ſpatio confecimus æquor: Et iam tempus equũm fumantia ſoluere colla. Hoc eſt,quæ tractanda fuerant de agricultura, affatim explicuimus.

Antiphraſis.

Antiphraſis eſt dictio quælibet econtrario ſignificans.

Fit autẽ Antiphraſis ex Anti,quod eſt cõtra,et Phraſis,hoc eſt locutio,quaſi cõtraria locutio:ut Bellum dicitur,quòd minime bonum: ſic Lucus,qui tamen non lucet:& Parcæ,quæ nulli parcunt. Quãquam Feſtus Pompeius Bellum ait dictum à belluis,quaſi belluinum: Lucum à luce ſacrificiorum: Parcas Marco Varroni placet à partu dictas,unius literæ mutatione:quoniam (ut ſcribit Heſiodus

ſiodus) uitæ hominum præſunt, & eam nendo ducunt. Vnde manibus habere fabulantur candida & nigra fila: per candida fœlicitatem, per nigra infortunium oſtendentes. Vnde non defuerunt, qui antiphraſim uix locum apud Latinos habere contenderent.

Aenigma.

Aenigma eſt obſcura ſententia per occultam rerum ſimilitudinem.

Dictum eſt Aenigma ab Aenittomæ, quod eſt obſcurè loquor. ut, Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. Hoc eſt: aqua in glaciem conuertitur, ex eadem rurſus effluit.

Item: Mare concretum in creta, ligneo in campo, ubi caro humana oßibus ludebat. Hoc eſt ſal in ſalino cretaceo ſuper menſam, in quam manus talos iactabat.

Item: Auia filiorum eſt, quæ mater mariti. De Iocaſta dictum Oedipodis matre, cui nupta peperit Etheoclem, & Polynicē, quorum fuit & auia & mater.

Item: Homo non homo, uidens non uidens, percußit non percußit, auem non auem, lapide non lapide, ſuper arbore nō arbore. Hoc eſt, eunuchus luſcus leuiter attigit pumice alam ueſpertilionis ſuper ſambuco.

Parœmia.

Parœmia eſt dictum celebre, ſcita quapiam nouitate inſigne.

Fit autem Parœmia ex para, quod eſt iuxta, & Oemos, hoc eſt uia, quaſi iuxta uiam.

Horat. Tu nihil inuita facies, diceſ'ue Minerua. Pro eo quod eū, refragante ingenio, ſeu repugāte natura. Nam Minerua iuxta poētarum fabulas, artibus atq; ingenijs præſidet.

Terēt. Lupus eſt in fabula. Hoc eſt, Adeſt, cuius præſentia loqui uetamur. Lupi enim, authore Plinio, uocē adimere credūtur ei, quem

priores

priores conſpexerint, potiſsimum in Italia: hinc cecinit Vergilius:
— Lupi Mœrim uidere priores.

Sarcaſmos.

Sarcaſmos eſt iocus amarulentus, quo calamitatē hoſtis exprobrat hoſti.

Dictus eſt Sarcaſmos à Sarcazo, quod eſt amarulenter rideo, ſiue ſubſanno cum quadam iræ ſignificatione.
Vergil. En agros, & quam bello Troiane petiſti
Heſperiam metire iacēs. Hic Turnus Eumedē Troianū à ſe occiſum hoſtiliter deridet. Cicero: *Quod facerem uehementius, niſi mihi intercederent inimicitiæ cum iſtius mulieris uiro. fratre uolui dicere, ſemper hic erro.*

Ironía.

Ironia eſt illuſio, qua contrarium oſtenditur ſenſui, quem uerba præ ſe ferunt.

Dicta eſt Ironia ab Ironeuomæ, quod eſt diſsimulo, ſeu cauillatione decipio. Fit enim quoties aliud clauſum in pectore, aliud in ore promptū habemus. Terent. *Heus tu, bone uir, curaſti probe?* Idem: *Mira uerò militi quæ placeant.* Idē: *Scilicet equidē iſtuc factū ignoſcā. Quæ omnia, & cōſimilia, niſi grauitas pronūtiationis adiuuet, confiteri uidentur, quod negare contendunt.*

Aſtiſmos.

Aſtiſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret, & urbanitate faceta expolitum eſt.

Dictus eſt Aſtiſmos ab Aſtizo, quod eſt urbanè iocor.
Verg. *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui:*
Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Hoc eſt, *quiſquis non odit Bauium, pro pœna ei contingat, ut amet Meuium peiorē poëtam. Nam Bauius & Meuius ineptiſsimi fuerunt poëtæ, inimici tam Vergilio quàm Horatio.* Atq; idem iungat uulpes. Hoc eſt, *faciat quæ ſunt contra naturam.*

Icon.

Icon eſt perſonarum inter ſe,uel eorum quæ perſonis accidunt,comparatio.

Interpretatur Icon effigies,imago, ſimulacrum:ab Iconizo,id eſt effingo:quum quidpiam ad imaginem alterius rei deſcribitur. Vergil. Reſtitit Aeneas, claraq́; in luce refulſit Os, humerosq́; Deo,ſimilis. Hic enim Deo poëta Aeneam comparauit.

Parabola.

Parabola eſt rerum genere diſsimilium cõparatio.

Parabolam Cicero interpretatur collationem.

Vergil. Tale tuum carmen nobis diuine poëta,
Quale ſopor feßis in gramine. Hic Vergil. delectationem carminis & ſoporis inter ſe comparat.

Paradigma.

Paradigma eſt exempli hortantis,uel dehortantis, enarratio.

Interpretatur Paradigma exemplum, à Paradignyo, quod eſt exemplum trado. Hortantis.

Vergil. Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus. Et paulopoſt.
Nos tua progenies(cœli quibus annuis arcem)
Prodimur:atq; Italis longè diſiungimur oris. Hoc eſt, ſi regnat Antenor impius,cur non regnat pius Aeneas? Sic enim expoſtulat Venus cum Ioue. Dehortantis.

Idem:At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor:
Ledeamq́; Helenam Troianas uexit ad urbes. Quibus uerbis contendit Amata Latini regis uxor dehortari maritum,ne Lauiniam filiam Aeneæ peregrino paciſcatur, ne forte illam abducat, ut olim Paris Helenam.

Topographia.

Topographia eſt uera loci deſcriptio.

Dicta eſt Topograhia à Topos, hoc eſt locus, & Grapho, quod eſt ſcribo.

Vergilius: Lucus in urbe fuit media latiſsimus umbra.

Idem: Eſt in conſpectu Tenedos notiſsima fama
Inſula, diues opum Priami dum regna manebant;
Nunc tantùm ſinus, & ſtatio malè fida carinis.

Chronographia.

Chronographia eſt certi deſcriptio temporis.

Dicta eſt Chronographia à Chronos, hoc eſt tẽpus, & Grapho

Vergilius: Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox.

Idem: Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.

Hyppallage.

Hyppallage eſt uerborum per contrarium intelligentia.

Interpretatur Hyppallage alternatio, ab Hyppallato, quod eſt alterno: quoties id quod patitur, agere fingitur, aut contrà.

Vergil. — Prohibe infandos à nauibus ignes. Non enim nauis in ignem, ſed ignis in nauem agit.

Idem: Trade rati uentos. Pro Trade ratem uentis. Ad Hyppallagen quoque ſpectare quodammodo uidentur, quæ leguntur apud Eundem Vergilium:

Ibant obſcuri ſola ſub nocte. Pro Soli ſub obſcura nocte.

Namq; omnem curſum mihi proſpera dixit
Relligio. Pro Omnis religio dixit proſperum curſum.

Proſopopœia.

Proſopopœia eſt nouæ perſonæ fictio.

Fit autẽ Proſopopœia ex Proſopon, quod eſt perſona, & Pico, id eſt facio, ſeu fingo. Per hanc figuram res inanimata ſæpe apud ſcriptores animatam alloquitur, & contrà.

Ouidius: Qui modo Naſonis fueramus quinq; libelli. Hic libelli lectorem alloquuntur.

Idem: Parue (nec inuideo) ſine me liber ibis in urbem. Hic Naſo poëta

poëta librum ſuum compellat.

Apoſtrophe.

Apoſtrophe eſt ſermo ad aliquam perſonam, ſiue præſentem, ſiue abſentem conuerſus.

Interpretatur Apoſtrophe auerſio, ab Apoſtrepho, id eſt auerto.
Vergil.—Pereunt Hyppaniſq;, Dymaſq;
Confixi à ſocijs: nec te tua plurima Panthu
Labentem pictas, nec Apollinis infula texit.

Endiadis.

Endiadis eſt ſubſtantiui reſolutio in adiectiuum.

Fit autem Endiadis ex En, quod eſt unum, Dia, quod eſt per, & Dis, hoc eſt bis, quaſi unum per duo.
Vergil.—Pateris libamus & auro. Pro Pateris aureis.
Idē: Chalybē frænoſq; momordit. Hoc eſt, chalybeos frænos. Nam chalybei fræni unā eandemq; rē explicāt, nempe frænos ex chalybe confectos, quū chalybs & frænum duo ſint genere diuerſa. Idē de pateris & auro dicendum.
Idem: —Molemq;, & montes inſuper altos
Impoſuit. Hoc eſt, molem montium. Hîc una res in duas diuiditur, interpoſita ob metri neceſſitatem coniunctione.

Emphaſis.

Emphaſis eſt rei alicuius latentis Denotatio.

Interpretatur Emphaſis ſuſpicio, ab Emphanizo, quod eſt tacitè, & clam indico, ſeu demonſtro. Eius duo ſunt genera: alterum plus ſignificat quàm dicit: alterum id etiam quod non dicit. Vergilius: de Polyphemo Cyclope loquens:
Ceruicem inflexam poſuit, iacuitq; per antrum
Immēſum. Nam prodigioſum illud corpus ſpacio loci menſus eſt.
Idem: —Quum glandes, atq; arbuta ſacræ Deficerēt ſyluæ. Hic poëta ſignificat quod non expreſſit: hoc eſt, non ſolum aliæ ſyluæ deficerent, ſed etiam ſacræ, quarum ſterilitas aliarum denotat infœcunditatem.

Epexegeſis.

Epexegeſis eſt antedictorum expoſitio.

Fit autem Epexegeſis ex Epi,quod eſt ſupra, & Exegeomæ, hoc eſt expono.
Verg.Tolle fuga Turnum,atq; inſtantibus eripe fatis. Hic Atq; *pro Id eſt,accipitur:et ſic quod ſequitur,exponit id quod præceßit.*

Antitheton.

Antitheton eſt contrariorum oppoſitio.

Interpretatur Antitheton contra poſitum, aut (ut Quintiliano placet)contentio. Cicero:Domus deerat?at habebas,pecunia ſuperabat?at egebas,in pace, ad uexandos ciues acerrimus. in bello, ad expugnandos hoſtes inertißimus.

Anthypophora.

Anthypophora eſt reſpōdēdi forma,qua obiectionem aduerſarii firmiore argumento retorquemus.

Dicta eſt anthypophora ab Anti,quod eſt contra,& hypophora, quod eſt obiectio. Exempla ſunt.
Libertatis periculo ducitur uxor, ſed eſt neceſſaria illa uitæ coniunctio ad ſobolem procreandam.
Pulchrum regnare,ſed periculoſum. Præſtat enim,inquit Brutus, nemini imperare,quàm alicui inſeruire: ſine illo uiuere honeſtè licet:cùm hoc miſera eſt uiuendi conditio.

Liptote.

Liptote eſt oratio, qua minus dicimus, quàm ſignificamus.

Dicta eſt Liptote à Lipo,quod eſt linquo,ſeu deficio.
Verg.Nec tibi cura canũ fuerit poſtrema. Hoc eſt,ſit præcipua.
Idem:Munera nec ſperno. Hoc eſt,libenter accipio.

Euphonia.

Euphonia eſt bonæ conſonantiæ pronuntiatio.

Dicta eſt Euphonia ab Eu,quod eſt bonum,ſeu benè,& Phone, hoc

hoc eſt ſonus. Euphoniam interpretatur Quintilianus Vocalitatem.ut, à nomine Tydeus ſit patronymicum Tytides aptius, quã Tydides. Per euphoniam in dictionibus compoſitis quædam literæ nonnunquam interſeruntur.ut, Redeo *ex* Re, *&* Eo: Ambigo *ex* An, *&* Ago.

Charientiſmos.

Charientiſmos eſt ſermonis feſtiuitas, qua dictu aſpera gratius proferuntur.

Dictus eſt Charientiſmos à Charizomæ, quod eſt gratiam confero, ut quum Dauus Terentianus piſtrinum deprecatur, dixit hero ſuo: Bona uerba quæſo.

Apotheoſis.

Apotheoſis eſt mortalis alicuius in Deorum numerum relatio.

Dicta eſt Apotheoſis ab Apotheoo, quod eſt Deifico.
Vergil. Candidus inſuetum miratur limen olympi:
Sub pedibusq; uidet nubes, & ſidera Daphnis. Barbari Apotheoſin uocant Canonizationem.

Procatalepſis.

Procatalepſis eſt oratio, qua nos fingimus prçterire, quod maximè dicimus.

Interpretatur Procatalepſis occupatio, à Procatalambano, id eſt anteuerto ſeu præoccupo. Cicero: Non dico Catilina, quàm turpiter adoleſcentiam egeris, quã omnibus probris contaminaſti.

Hypotypoſis.

Hypotypoſis eſt propoſita quçdam forma rerũ, ita expreſſa uerbis, ut cerni uideatur potius, quã audiri.

Dicta eſt Hypotypoſis ab Hypotypomæ, quod eſt repræſento, & ſpeciem rei informo. Cice. Ipſe inflammatus ſcelere, ac furore, in forum uenit: ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.

Auxeſis.

Auxeſis eſt grauior quædam affirmatio, ab humi-

libus ad ſublimia conſurgens.

Interpretatur Auxeſis incrementum, ab Auxo, id eſt augeo. Cicero: Facinus eſt uincire ciuem Romanum, prope ſcelus uerberare, parricidium necare, quid dicam in crucem tollere?

Epiphonema.

Epiphonema eſt ſumma rei narratæ exclamatio.

Interpretatur epiphonema acclamatio, ab Epiphoneo, id eſt acclamo.

Verg. Tantæ molis erat Romanã condere gentem. Hoc eſt, tantæ difficultatis, propterea quod Romani ab Aenea proceſſerunt, & ut haberent exordium, neceſſe fuit mille prius tolerare pericula.

Permulti longè plures figuras enumerant, ſed quas in præſen-
t iarum adſcribere non eſt animus, quòd inſigniores tantum conge-
r ere noſtrum fuit inſtitutum.

LIBER OCTAVVS.

De Quantitate ſyllabarum. ex pluribus

OBSERVATIO.

SYLLABARVM in carmine aliæ ſunt Breues, aliæ Lõge, aliæ Ancipites. *Breuium notula eſt ſemicirculus à ſuperiori repandus ◡. ut, Deus ◡◡. Longarum protracta linea –. ut Verax – –.*

Syllabis accidunt Tempus, & Tonus.

Tempus.

Tempus eſt mora, qua quæq; ſyllaba enuntiatur. *Vnde breuis unum tempus, longa duo habere dicitur.*

Tonus.

Tonus eſt tenor quidam, quo uel acuitur, uel grauatur,

titur, uel etiam circunflectitur ſyllaba.

Ergo Temporis ratione ſyllabam aut longam, aut breuem dicimus: Toni uerò ſublatam, depreſſam, aut utroque modo pronuntiatam. Sed de Tonis in fine huius operis tractabimus.

Carmen.

Carmen eſt ornatiſsimum dicendi genus, arctiori pedum metricorum lege aſtrictum.

Dictum eſt carmen à canendo, eò quòd cantibus aptum ſit. Idē dicitur, & Verſus, quoniam eo legendo ab initio ad finem uertimur. Dicitur & Numerus, quia numero conſtat, pedum uidelicet & ſyllabarum. Sic & Metrum, & Modus, à metro, modoq;, hoc eſt menſura.

Pes metricus.

Pes metricus eſt ſyllabarum conſtitutio, cum certa temporum obſeruatione.

Fit ergo Pes metricus è duabus, pluribuſ'ue ſyllabis. Nam ex una ſyllaba (etiā ſi longa fuerit) pes fieri nō poteſt: quia duobus ictibus fit, non gemino tempore: nam bis ferire oportet etiā duas breues. Dicitur autem Pes metricus, hoc eſt, pes in metro, quia pedis officio fungitur: quemadmodum enim pedibus animalia gradiuntur, ita metrum certam quandam incedendi legem emetitur ſcanſione, hoc eſt, pedum enumeratione.

Pedes poëtici quot.

Pedes, quorum frequentior eſt apud poëtas uſus, ſunt uiginti octo: ex quibus Diſſyllabi quatuor, Triſyllabi octo, Tetraſyllabi ſedecim.

Quia diuerſa ſunt carminum genera, ſciendum ex his pedibus alios eſſe Legitimos, alios item Nothos. Legitimi ſunt, ex quibus maximè unumquodq; carmen conſtat. ut ex dactylo & ſpondeo heroicū. Nothi uerò, qui rariſsimè in aliquo genere carminis ponuntur. ut anapæſtus & proceleumaticus in eodem heroico.

De quatuor pedibus Diſſyllabis.

Pyrrhichius, eſt pes metricus, conſtans ex duabus breuibus. ut, Deus, ⏑⏑

Dictus eſt Pyrrhichius, à Pirrhiche militari ſaltatione, quam Pyrrhus Achillis filius in Creta primus inſtituit: leuiter enim pronuntiatur, ideoq; ſaltationi aptiſſimus.

Spondeus, eſt pes metricus, conſtans ex duabus longis. ut Heros – –

Dictus eſt Spondeus, à ſponde, hoc eſt libatione: quia eo pede libantes, hoc eſt ſacrificantes, utebantur.

Iambus, eſt pes metricus, conſtans ex breui & longa, ut, Dies ⏑ –

Dictus eſt Iambus, ab Iambizin, hoc eſt inſectando, ſeu maledicendo: quoniam ad contumeliam inuentus eſt.

Trochæus, eſt pes metricus, conſtans ex longa & breui. ut, Mater. – ⏑

Dictus eſt Trochæus, à Trechin, hoc eſt currendo, quia uolubilis eſt, & in quamdam quaſi concitationem curſuri inſtar, è longa in breuem fertur.

De octo pedibus Triſſyllabis.

Dactylus, eſt pes metricus, conſtans ex prima longa, & duabus breuibus. ut, Nobilis, – ⏑⏑

Dictus eſt Dactylus, à digiti ſimilitudine, quem Græci Dactylon uocant, in quo itidem poſt primum articulum longum duo breuiores ſequuntur.

Anapæſtus, eſt pes metricus, conſtans ex duabus breuibus, & ultima longa. ut, Pietas, ⏑⏑ –

Dictus eſt Anapæſtus ab Anapæin, quod eſt recurrere, quia recurrendo ſono reciproco repercutit dactylum.

Tribrachus, eſt pes metricus, conſtans ex tribus breuibus. ut, Dominus, ⏑⏑⏑

Dictus

Dictus eſt tribrachus à Tris,quod eſt tres,& brachys,hoc eſt breuis,quod tres habeat breues.

Moloſſus eſt pes metricus conſtans ex tribus longis.ut,Paupertas, ---

Dictus eſt Moloſſus à Moloſſo Pyrrhi & Andromaches filio, cuius laudes hoc præcipuè pede cani conſueuerunt.

Amphibrachus,eſt pes metricus cõſtans ex extremis breuibus,& media longa.ut,Libellus ∪-∪

Dictus Amphibrachus ab Amphi,quod eſt circum,&,Brachis, hoc eſt breuis,quòd duas breues circa mediam longam habeat.

Amphimacrus,eſt pes metricus,conſtans ex extremis longis,& media breui.ut,Veritas-∪-

Dictus eſt Amphimacrus,ſiue Amphimacer, ab Amphi,quod eſt circum,& Macros,hoc eſt longus:quod longas duas circa mediam breuem habeat.

Bacchius,eſt pes metricus,conſtãs ex breui & duabus longis.ut,Honeſtas.∪--

Dictus eſt Bacchius à Baccho,quia Bacchantes,hoc eſt Baccho ſacrificantes in eius laudibus eo pede utebantur,ob primæ ſyllabæ pedis eiuſdem impetum & concitationem.

Palymbacchius eſt pes metricus,conſtans duabus longis & ultima breui.ut,Iratus --∪.

Dictus eſt palimbacchius à Palim quod eſt contra,quòd ſit Bacchio contrarius.

De ſedecim pedibus Tetraſyllabis.

Proceleumaticus, eſt pes metricus, conſtans ex quatuor breuibus.

Omnes pedes tetraſyllabi fiunt ex quatuor diſſyllabis,unde proceleumaticus ex duobus pyrrhichijs conſtituitur.ut,Ariete ∪∪∪∪.

Dictus eſt Proceleumaticus à Proceleuin, hoc eſt adhortando:

apta eſt enim adhortationi feſtinatio: quam innuunt quatuor breues ſyllabæ.

Diſpondeus, eſt pes metricus, conſtans ex duobus ſpondeis. ut, Oratores, ----

Diiambus, eſt pes metricus, conſtans ex duobus iambis. ut, Propinquitas, ⏑-⏑-

Ditrochæus, eſt pes metricus, conſtans ex duobus trochæis. ut, Cantilena, -⏑-⏑

Antiſpaſtus, eſt pes metricus, cōſtans ex iambo & trochæo. ut, Amatote, --⏑⏑

Dictus eſt Antiſpaſtus ab Antiſpan, quod eſt diſtrahere: quia iambus & trochæus (ex quibus componitur) ſunt inter ſe diſtracti, hoc eſt contrarij.

Choriambus, eſt pes metricus conſtans ex chorio & iambo. ut, Nobilitas, -⏑⏑-

Cæterum aduerte hic Chorium eundem eſſe, qui alio nomine Trochæus appellatur.

Ionicus minor, eſt pes metricus, conſtaus ex pyrrhichio, & ſpondeo. ut, Feritati, ⏑⏑--

Ionicus maior, eſt pes metricus, conſtans ex ſpondeo & pyrrhichio. ut, Admiſerat, --⏑⏑

Dicti ſunt Ionici ab Ionibus inuentoribus, apud quos frequens erat huius pedis uſus.

Pæon primus, eſt pes metricus, conſtans ex trochæo & pyrrhichio. ut, Triſtitia, -⏑⏑⏑

Pæon ſecundus, eſt pes metricus, conſtans ex iambo & pyrrhichio. ut, Potentia, ⏑-⏑⏑

Pæon tertius, eſt pes metricus, conſtans ex pyrhichio & trochæo. ut, Alienus, ⏑⏑-⏑

Pæon quartus, eſt pes metricus, cōſtans ex pyrrhichio

chio

chio & iambo.ut, Agilitas, ◡◡◡–

Dictus eſt Pæon, à Pæone inuentore, qui Apollinis laudes decantare modulata horum pedum compoſitione ſolebat.

Epitritus primus, eſt pes metricus, cõſtans ex iambo & ſpondeo.ut, Repertores, ◡–––

Epitritus ſecundus, eſt pes metricus, conſtans ex trochæo & ſpondeo.ut, Conditores, –◡––

Epitritus tertius, eſt pes mericus, conſtans ex ſpondeo & iambo.ut, Concordiæ, ––◡–

Epitritus quartus, eſt pes metricus, cc̃ſtans ex ſpõdeo & Trochæo.ut, Clandeſtinus, –––◡

Dicti ſunt Epitriti, ab Epi, hoc eſt ſupra, & Tris quod eſt tres: quia ſemper in his pedibus una ſyllaba tribus alijs diſcrepat.

De carminis Hexametri & Pentametri ſcanſione.

Ad ſyllabarum quantitatem mat urius, certiusq́; ediſcendam, in primis neceſſaria.

CARMEN Hexametrum ſex regionibus abſoluitur: in quarum prima, ſecunda, tertia, & quarta promiſcuè uel ſpondeũ, uel dactylum admittit: in quinta ſolum dactylum: in ſexta uel ſolum ſpõdeum, uel pro ſpondeo trochæum propter ultimam ſyllabam cuiuſq; carminis exlegem & indifferentem.

Neq; enim plus temporis illic habet longa, quàm breuis, Cæterum Regiones hic pro pedum metricorũ locis, ſiue ſedibus, accipiuntur. Dictũ eſt autem carmen Hexametrũ ab Hex, quod eſt ſex, & Metron, hoc eſt menſura: quia ſed menſuris conſtituitur.

Exempla è Vergilio ſumpta.

Ex

Ex quinq; continuis dactylis.

Panditur –⏑⏑ intere –⏑⏑a domus –⏑⏑ omnipo –⏑⏑ tentis o –⏑⏑ lympi ––

Ex quatuor continuis ſpondeis.

Inua––dunt ur––bem ſom––no ui––noq; ſe–⏑⏑pultam––

Ex dactylis & ſpondeis.

Muſa mi–⏑⏑hi cau––ſas memo–⏑⏑ra quo––numine–⏑⏑ læſo––

Ex ſpondeis & dactylis.

Sylue––ſtrem tenu–⏑⏑ i mu––ſam medi–⏑⏑ taris a–⏑⏑ uena––

LICENTIA.

Suſcipit tamen in quinta regione pro dactylo ſpõdeum:modo in uocem tetraſyllabam,aut ſaltem triſſyllabam exeat.

Exempla è Vergil. deprompta.

Chara de–⏑⏑um ſobo–⏑⏑les ma––gnũ Iouis–⏑⏑incre––mẽtũ––

Aut le –– ues ocre –⏑⏑as len –– to du –– cunt ar –– gento––

Quæ carmina & conſimilia Grammatici appellant ſpondaica.

APPENDIX.

Suſcipit etiam loco dactyli nunc anapæſtum,nunc proceleumaticum,ſed rariſsimè.

Exempla è Vergilio aſcita.

Fluuio ⏑⏑– rum rex –– Erida–⏑⏑nus cam –– posq; per –⏑⏑ omnes ––

Genua la ⏑⏑⏑⏑ bant ua –– ſtos quatit –⏑⏑ æger an –⏑⏑ helitus –⏑⏑ artus ––

APPENDIX.

In tertiæ regionis initio ſyllaba prima dictionem finiens, quæ natura breuis eſt,pro longa poni ſolet, quod Cæſuræ condonandum putant.

Fit autem Cæſura,quoties pes metricus non terminat dictionem,ubi ſyllaba breuis unum tempus lucrifacit:quia ſcandendo ibi neceſſario

neceſſario quieſcimus,unde merito pro longa habetur. Ne dicamus igitur in tertio eſſe iambum,quem heroicum carmen,teſte Quintiliano,non recipit.

Vergilius: Omnia -⏑⏑ uincit a-⏑⏑ mor & ⏑- nos ce -- damus a-⏑⏑ mori --

Ouid. Et canis -⏑⏑ a ren -- te tor ⏑- reat ar⏑⏑- ua ſiti ⏑⏑-

Idem fit & in principio ſecundæ,quartæ & quintæ regionis hexametri,ſed rarius.

Lucanus: Dum ſan -- guis ine ⏑⏑⏑ rat dum -- uix ma -- terna per -⏑⏑ egi --

Ouidius: Et furi -⏑⏑ is agi -⏑⏑ tatus a -⏑⏑ mor & ⏑- conſcia -⏑⏑ uirtus --

Vergilius: Muneri-⏑⏑bus tibi -⏑⏑pampine -⏑⏑ o graui-⏑⏑dus au⏑- tumno--. Sed hæc fugienda licentia eſt. Nos autem quædam præcipimus,ut à ueteribus uſurpata ſolùm cognoſcamus.Nec quicquam rarum abſque neceßitate ſuademus imitandum:cuiuſmodi eſt Vergilianum illud,

Mortem--contem--nunt lau--dato-- uulnere-⏑⏑ Getæ⏑-

In cuius fine eſt pro ſpondæo iambus,quem ne aliæ quidem ſedes in eadem dictione admittunt.

Carmen Pentametrum.

Carmen pentametrũ quinq; regionibus cõſtat.recipit autem in prima & ſecunda indifferenter dactylum & ſpondeum: in tertia ſolũ ſpondeũ: in quarta & quinta ſemper anapæſtũ.Sed quia ultima in omni carmine ſyllaba legibus ſoluta eſt,tribrachum quoq; pro anapæſto habere poteſt.

Dictum eſt Pentametrum à Penta,quod eſt quinq;,& Metrũ, hoc eſt menſura,quod quinq; menſuris conſtet.

Exempla

Exempla ex Ouidio excerpta.

Ex duobus dactylis & ſpondeo.

Vulgus a-∪∪ miciti-∪∪as u--tilita∪∪-te probat-∪∪

Ex tribus ſpondeis.

Flebam--ſucceſ--ſu poſ--ſe care∪∪-re dolos∪∪-

Ex dactylo & duobus ſpondeis.

Cedit a-∪∪mor re-∪bus res-- age tu∪∪-tus eris∪∪∪

Ex ſpondæo & dactylo.

Laſſa--ret uidu-∪∪as pen--dula te∪∪-la manus∪∪-

De figuris, quæ nonnunquam in carmine uſu eueniunt.

Synalœpha, & Ellipſis.

Synalœpha eſt uocalis ante uocalem, in diuerſis dictionibus ablatio.

Ellipſis eſt, m, literæ ante uocalē, in diuerſis dictionibus, cum ſua uocali excluſio.

Colliſio fit in metro, dum dictio deſinit in uocalē, uel m literam, & ſequens item à uocali incipit: tunc enim prior uocalis, uel m, cū ſua uocali excluditur.

Vergil. Inſere nunc Melibœe piros, pone ordine uites. Sic enim ſcanditur: Inſere -∪∪ nunc Meli-∪∪bœe pi-∪∪ ros po--nordi-ne-∪∪uites--

Ouidius: Quid timeam ignoro: timeo tamen omnia demens. Scanditur enim ſic: Quid time -∪∪ igno -- ro time -∪∪ o tamen -∪∪ omnia -∪∪ demens --

Fit etiam in diuerſis carminibus, ſed rariſsimè.

Verg. Inſcritur uerò ex fœtu nucis arbutis horrida:
Et ſteriles platani malos geſſere ualentes. Eliſa hic a, ex Horrida: d, ſequenti dictioni connectitur ſic, det ſteri: & Horri, remanet pro ſpondeo trochæus: quod niſi fieret, dactylus ultimam ſedem, præter legem occuparet.

Idem: *Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem:*
Et folijs undam tepidi deſpumat aheni. Hic quoq; m, cũ ſua uoca li ex Humorem excluſa, r, ſequenti dictioni copulatur ſic, ret foli: & humo ſpondeus remanet. Atq; ita de conſimilibus dicendũ. Veteres etiam s, ſolam elidebant.

Catullus: *Affixus noſtris tu dabis ſupplicium.* Scãditur enim ſic.
Affi--xus no--ſtris tu--dabi ſup∪∪-plicium ∪∪∪.

Sed uocalis integra dictio ante alteram uocalẽ nõ perimitur. ut, O, tum aduerbium, tum interiectio.

Verg. *Te Coridon ô Alexi, trahit ſua quẽq; uoluptas.*
Ouid. *O utinam tunc cum Lacedæmona claſſe petebat.* Eandem rationem ſequitur Heu.
Ouid. *Heu ubi pacta fides, ubi quæ iurare ſolebas?*

APPENDIX.

Idem fit aliquoties, ubi uocalis etiam pars eſt dictonis.

Verg. *Et longum formoſe uale, uale (inquit) Iola.*
Idem: *Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.*

APPENDIX.

Alicubi etiam m, ante uocalem non colliditur.

Lucretius: *Corporum in plumbo tantundem pondere par eſt.*
Sed hæc notanda ſunt magis, quàm imitanda.

Synæreſis.

Synæreſis eſt duarum ſyllabarum in unam contractio.

Fit autẽ Synæreſis, quoties in eadẽ dictione duæ uocales, nulla interueniente conſonante, pro una accipiuntur: quod eſt poëtis frequentiſſimum. ut, Aeripes.

Verg. *Fixerat aeripidem ceruam Tyrinthius heros.* Theſ.i.

Ouid

Ouidius: Notus amor *Phædræ, nota eſt iniuria Theſei.* Anteit.
Idem: Nos *animo quantũq; ratem qui temperat anteit.* Aureis.
Vergil. Atria, dependent lychni laquearibus aureis. Orphea.
Idem: Nec *tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea.* Tereo.
Ouid. Degenerans *ſcelus eſt pietas in cõiuge Tereo.* Alucaria.
Verg. Seu lento fuerint aluearia uimine texta. Alueo.
Tibull. Rure *leuis uerno flores apis ingerit alueo.* Deinde.
Verg. Incipe Damœta, tu deinde ſequêre Menalcha. Proinde.
Idem: Proinde tona eloquio ſolitũ tibi, meq; timoris. Deinceps.
Horat. Redde *age, quæ deinceps riſiſti Vibidius dum.* Deeſt.
Lucan. Non *deeſt prolato ieiunus uenditor auro.* Deerit.
Idem: Quiq; fluat multo non deerit corpore ſanguis. Dij.
Horat. Carmine Dij ſuperi flectuntur, carmine manes.
Idem: Iidem uenturos tollemus in aſtra nepotes. Semianimis.
Ouid. Frigidior glacie, ſemianimisq; fui. Semihominis.
Verg. Semihominis Caci, facies quem dira tegebat. Semiuſtus.
Ouid. Semiuſtumq; facem uigilata nocte ferebat. Semiermis.
Silius: Semiermemq; manũ ſternendam obiecerat hoſti. Hæc tam multa inculcare uiſum eſt, ut palã eſſet, Synereſim eſſe poëtis admodum familiarem: nec tamen omnia huc aſciuimus.

Diæreſis.

Diæreſis eſt unius ſyllabæ in duas diuiſio.

Fit autem, quoties duæ uocales natura coniunctæ in eadem ſyllaba diuiſim proferuntur.

Verg. Diues opum, diues pictai ueſtis, & auri. Pro *pictæ.*
Idem: Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Pro *aulæ: nam Græcæ diphthongi ſolutio conuenientior Maroni uiſa eſt, quã Latinæ. Cæterùm quia Diæreſi frequenter Poëtæ utuntur, meminerimus i, & u, quoties in eadẽ ſyllaba reliquis uocalibus, uel etiã ſibi præponuntur, conſonantes fieri: ut, ieiunus, traijcio, uoueo, uulnus: quæ tamẽ uim uocalis nonnunquam per diæreſim ſeruant: ut, ſequentia oſtendunt exempla.* Iulus.

Vergil.Iulius à magno demiſſum nomen Iulo. Iambus.
Horat.Syllaba longa breui ſubiecta uocatur iambus. Iaſon.
Ouidius:Pelle moras:tibi ſe ſemper debebit Iaſon. Iacobus.
Claudianus:Ne laceres uerſus dux Iacobe meos. Iaſpis.
Martialis:Et pretium magnis fecit iaſpidibus. Ieſus.
Iuuencus:Dixit Ioannes,cui talia reddit Ieſus. Perſoluendà.
Ouidius:Nunc quoq; te ſaluo perſoluenda mihi. Euoluiſſe.
Idem:Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos. Sed hæc duo poſtrema ſunt in rariſsimo uſu.

APPENDIX.

Huic,Cui,& Dehinc,tam per ſynęreſim,quàm per diæreſim pronuntiata leguntur.

Vergil.Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ.
Statius:Falſus huic pennas,& cornua ſumeret æthræ. Cuiq;.
Horat.Reddere perſonæ ſcit conuenientia cuiq;.
Manilius:Sic erat & ſedes fugienda,petenda cuiq;. Dehinc.
Iuuenalis:Dehinc clamore pari concurritur,& uice teli.
Silius:Fama dehinc,gliſcente ſono,iam ſidera adibat.

APPENDIX.

V,poſt g,q,& ſ,nec uocalis eſt,nec conſonans:quia nec diphthongum cum alia uocali, nec poſitionem cum alia conſonante facit.

Vt lingua,aqua,ſuauis.quod ſi,u,eſſet uocalis, lingua ultimam haberet diphthongo longam: ſin conſonans,aqua primam poſitione produceret:quum tamen utramq; correptam legamus.

Vergil.Cingite,ne uati noceat mala lingua futuro.
Ouidius:Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.

Exempla de u,poſt ſ,ſunt Suadeo,Suauis,& conſimilia.

Vergil.Tum celerare fugam,patriq; excedere ſuadet.
Ideo:Tum caſia,atq; alijs intexens ſuauibus herbis.

In quibus exemplis producta quidem eſt a,nõ tamen diphthongo,quippe quæ nunquàm à uocali u,incipit.

Per Diæreſim tamen, præcedente, ſ, nonnunquam uim uocalis habet. ut, ſuadeo.

Statius: Immo agite, & poſitis quæ nox inopina ſuaſit. *Suetus.*
Horatius: Quum mihi non tantum fureſq; feræq; ſuetæ.

Vocalis ante uocalem.

Vocalis ante uocalem in Latinis dictionibus ſemper corripitur.

Syllabarum quantitas cognoſci ſeptem modis poteſt. Vocali ante uocalem, Diphthongo, Poſitione, Deriuatione, Compoſitione, Incremento, & Regula. Aduertendum inſuper, quotquot in dictione inter primam & poſtremam ponuntur ſyllabæ, omnes eadem ratione Medias nuncupari. Ergo uocalem corripi ante alteram uocalem, intelligemus tam in primis, quàm in medijs ſyllabis.
Ouidius: Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Dius tamen, & uocatiui à nominatiuis in, ius, excipiuntur.

Perſius: Romulidæ ſaturi, quid dia poëmata narrẽt. *Caius, ô Cai.*
Martialis: Quod peto, da Cai, non peto conſilium. *Pompeius, ô Pompei.*
Ouidius: Accipe Pompei deductum carmen ab illo.

Producitur quoq; Fio, niſi quũ poſt e, ſequitur, r.

Ouidius: Omnia iam fient, fieri quæ poſſe negabam.

Sed Ohe, interiectio uariatur.

Hoc eſt, primam habet modò breuem, modò longam.
Vergilius: Heu ohe Bacche fremens, ſolum te uirgine dignum.
Perſius: Auriculis, quibus & dicas cute perditus ohe.

APPENDIX.

Omnis genitiuus in ius, uariatur.

Vergilius: Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.
Idem: Nauibus (infandum) amiſſis unius ob iram.

Sed Alius differentiæ cauſa ſemper producitur:

Alter

Alterius uerò ſemper corripitur.

Genitiuus Alius ſuperat nominatiuum non ſyllabis quidem, ſed uno tempore: facit enim amphibrachum quatuor temporum pedẽ, quum nominatiuus tribrachum efficiat, pedem trium duntaxat temporum. Quia uerò Alterius nominatiuum duabus excedit ſyllabis, penultimam iure corripit.

Ouidius: Alter in alterius iactantes lumina uultum.

APPENDIX.

Genitiui & datiui ſingulares quintæ declinationis, e, purum ante alteram uocalem producunt.

Horatius: Ventum erat ad Veſtæ, quarta iam parte diei.

Aliâs idipſum corripiunt.

Iuuenalis: Incertæq; rei, Phalaris licet imperet, ut ſis.

Ouidius: Vt pignus fidei dextraſq; utraſq; popoſcit.

APPENDIX.

Vocalis ante uocalem in Græcis dictionibus tam ſæpe uariatur, ut propemodum regulis compræhendi non poſsit.

Eam ergo & melius, & tutius ex frequenti poëtarum lectione uenabimur. ut Aëdon. Vergilius de Sirenum cantu:

Quodq; leues calami, quod ſuauis cantat Aëdon. Aër.

Ouidius: Terra feras cepit, uolucres agitabilis aër. Chaos.

Idem: Quem dixere Chaos rudis indigeſtaq; moles. Aones.

Vergil. Aonas in montes ut duxerit una ſororum. Boreas.

Martialis: In qua nec Boreas ipſe manere uelit. Agea.

Lucceius: Multa foro ponens, ageaq; longa repletur. Symphonia.

Horat. Vt gratas inter mẽſas ſymphonia diſcors. Homœomeria.

Lucretius: Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur homœomeriam.

Diphthongus.

Diphthõgo ſyllaba longa eſt ſemper tam in Græcis, quàm in Latinis dictionibus.

Ouid.Eurus ad auroram,Nabatheaq; regna receſsit.
Vergil.Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores.
Ouid.Hei mihi,quod nullis amor eſt medicabilis herbis. Hic obſeruandum Phaëthon eſſe triſſyllabum,nec habere diphthõgum in prima:ſicut nec Paſiphaë tetraſſyllabum in ultima.
Martialis:Audaci queſtus de Phaëthonte pater.
Auſonius:Me potius clauſæ ſubijce Paſiphaë. Quòd ſi quis obijciat hunc Varronis uerſum,
Quum te flagrãti deiectum fulmine Phaëthon. ubi uidetur Phaëthon diſſyllabum eſſe Reſpondendum eſt cum Quintiliano,ibi ſynæreſim eſſe non diphthongum.

Sed æ,interdum per diereſim profertur, aſpiratione interpoſita,ut,aheneus ab ære.
Ouidius:Tertia poſt illam ſucceſsit ahenea proles.
Vergil.Littore ahena locant alij,flammasq; miniſtrant.

Eu,quoque ſoluitur,e, modò correpta, modò producta.
Vergilius in Culice:Naiadum cœtu tantum nõ Orpheus Hebrum.
Ouidius:Figitur hinc duplici Grynæus lumina ſomno.

Aliquoties corripitur diphthongus ſequente uocali, tam in eadem dictione, quàm in diuerſis. ut, Præuſtus.
Vergil.Stipitibus duris agitur,ſudibuſ'ue præuſtis. Mœotis.
Ouid.Longior antiquis uiſa Mœotis hyems. Exemplum in diuerſis dictionibus eſt apud Vergilium,dicentem Aeneidos tertio:
Inſulæ Ionio in magno,quas dira Celeno.

Poſitio.

Poſitione uocalis longa eſt,quæ duas conſonantes, uel unam duplicem continuò antecedit.

Omnis uocalis apud Latinos per ſe communis quidem eſt, adiuncta autem uni eidemq; ſimplici conſonanti,uel breuis ,uel longa efficit

efficitur:duabus uerò aut uni duplici,ſemper longa.ut Aſt.
Ouidius:Aſt ego,quæ fueram te diſcedente puella. Nox.
*Vergil.*Nox erat,*&* terris animalia ſomnus habebat. *Eſca.*
*Martial.*Callida ſic ſtultas decipit eſca feras. *Saxum.*
Vergilius:Saxa uocant Itali medias quæ in fluctibus aras. Gaza.
Idem:Gratatur reduces, & gaza lætus agreſti Excipit. Nec *refert unius dictionis iſtæ conſonantes ſint,an in alteram prior dictio deſinat,& ſequens incipiat ab altera.*
Idem: Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. Vbi *im,& us,poſitione protrahuntur.*

APPENDIX.

Inuenimus alicubi uocalem in fine dictionis breuem,à duabus conſonantibus, dictionem ſequentem inchoantibus,poſitura extendi: rariſsimè tamen,idq; imitatione Græcorum.

Silius:Immane ſtridens agitur,crebroq; coacta.
Lucanus:Procumbunt nemora,ſpoliantur robore ſyluæ.
Iuuenalis: Gibbus, & acre malum ſæpe ſtillantis ocelli. *Sæpius itaq;, ac rectius,duæ conſonantes in principio dictionis poſitæ,relinquunt uocalem antecedentem breuem.*
Horatius:Linquimus inſani ludentes præmia ſcribæ.
Idem:Ignoſcent(ſi quid peccauero ſtultus)amici.
Lucanus: Terga ſedent crebro maculis diſtincta ſmaragdo. *Sequente autem duplici conſonante, nunquam producitur uocalis in fine dictionis.*
Lucanus:Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem Conſtruxiſſe uias.
Vergil.In medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

APPENDIX.

I,poſitum inter duas uocales uim duplicis habet conſonantis.ut,Troia.

Vergil.Atq; iterũ ad Troiam magnus mittetur Achilles. *Maior.*

Idem: Maioresq́; cadunt altis de montibus umbræ.

Sed in quibuſdam compoſitis unius tantum habere conſtat: ut, Biiugus.

Verg. Nõ tum præcipites bijugo certamine cãpũ. Quadrijugus.
Ouid. Quadrijugo curru radiantibus intulit aſtris.

Signanter dictum eſt, In quibuſdam, quia in Deiero, & Peiero, i, antecedentem uocalem producit.

Iuuenalis: Exigis à quoquam ne peieret, & putet ullis
Eſſe aliquod numen templis.

APPENDIX.

H, in carminum ſcanſione prorſus intercidit, nec literæ rationem tenet.

H, ut dictum eſt in rudimentis, non eſt litera, ſed ſpiritus firmandæ, roborandæq́; uocis cauſa nonnullis dictionibus aſcitus.

Alicubi tamen ſecundum quoſdam H, cum alia conſonante facit poſitionem.

Vergilius: Terga fatigamus haſta, nec tarda ſenectus.
Idem: Suſtinet ac natæ, Turniq́; canit hymenæos.

Alicubi etiam uocalis ante h, non colliditur.

Vergilius: Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma.
Iuuenal. Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni. Sed id parcè, atq́; in magno duntaxat opere imitandum.

Liquida mutæ couiuncta in eadem ſyllaba, uocalem antecedentem alioqui breuem, facit ancipitem. ut, Cyclops.

Vergilius: Luſtra, domosq́; traho, uaſtosq́; ab rupe Cyclopas.
Horatius: Paſtorem cantaret uti Cyclopa rogabat. Atlas.
Ouidius: Tempus Atla ueniet, tua quo ſpoliabitur arbor.
Idem: Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas. Ignoſco.
Idem: Debuit illius miſereri, & ignoſcere nobis.
Horat. Ignoſcent (ſi quid peccauero ſtultus) amici. Patres.

Ouid.

Ouidius:Dexter ades patribuſq; tuis,populoq; Quirini.
Vergilius: Obſcuræ ſortis patres ambagibus errant. *Quæ præterea mutæ uocalem præcedentem interdum breuem relinquunt.*
Martial.Sardonichas,ſmaragdos,adamantas,iaſpidas uno
Portat in articulo Stella Seuere meus.

Deriuatio.

Deriuatiui tanta eſt ſyllaba, quanta fuit in ea parte primitiui,unde facta eſt deriuatio,conſonante non mutata.

Vt à moueo prima breui deducta primam quoque corripiunt, ueluti mouebam,mouebo,moue, moueto,mouerem,moueam, mouere,mouendi,mouens, & mouendus. Contra quæ à præterito Moui,prima longa naſcuntur, primam quoque producunt:ut, moueram mouiſſem,mouerim,mouero,mouiſſe. Item Motus,moturus,moto motas, & motio,ſupini motu (unde oriuntur) quantitatem ſeruat. Atque item in reliquis omnibus conſimiliter.

Quæ uerò mutant conſonantem, mutant aliquoties quantitatem.

Ergo ſyllabæ quantitas eſt in uocali,& cognoſcitur per literas continuò ſequentes:unde (quia in Moueo & Mobilis non eadem conſonans primam uocalem proximè ſequitur) non eadem ſeruatur quantitas.
Ouidius:Verba mouent iras non circonſpecta Deorum.
Iuuenal.Mobilis & uaria eſt ferme natura malorum.

Hæc tamen à breuibus deducta, primam, conſonante non mutata,producunt.

Voces	à	*uoco.*	*Secius*	à	*ſecus.*
Leges		*lego.*	*Ceritus*		*ceres.*
Tegula		*tego.*	*Pedor.*		*pede.*
Laterna		*lateo.*			

Vomer	*uomo.*	*Staturus*	*ſtatum.*
Remus	*remoueo.*	*Iunior*	*iuuenis.*
Rapum	*rapio.*	*Iugerum*	*iugum.*
Vires	*uireo.*	*Petus*	*peto.*
Vitupero à	*uitium.*	*Feralis* à	*ferus.*
Totus	*tot.*	*Reges*	*rego.*
Nitella	*niteo.*	*Regula*	
Macero	*macer.*	*Humanus*	*humus.*
		Humor	

His adduntur à pleriſque Sedes à ſedeo, & Vena à uenio, quum potius à ſedi, & ueni, præteritis proficiſci uideantur.

Hæc à longis deducta, primam conſonante non mutata corripiunt.

Duces	*duco.*	*Bubulcus*	*bubus.*
Dicax	*dico.*	*Varicoſus*	*uarix.*
Lucerna	*luceo.*	*Fatuus*	*fatur.*
Titulus	*tutari.*	*Nato*	*natu.*
Manus	*mano.*	*Odium*	*odi.*
Varicoſus à	*uarix.*	*Acerbus* à	*acer, adiec.*
Sopor	*ſopio.*	*Puteus*	*puteo, es.*
Vadum	*uado.*	*Coma*	*comere.*
Noto	*notu.*	*Arena*	*areo.*
Sagax	*ſaga.*	*Ariſta.*	
Lotium	*lotu.*	*Stabilis*	*ſtabam, uel*
Vitium	*uito.*	*Stabulum*	*ſtaba.*

Quæ omnia tam primitiua quàm deriuatiua, non aliter apud poëtas approbatos aut correpta, aut producta inuenies.

Compoſitio.

Quanta eſt ſimplicis ſyllaba, tãta & compoſiti eſſe debet, mutata etiam uocali, non autem conſonante. ut, Amicus, inimicus.

Horatius: Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum.

Vergilius: Apparent diræ facies, inimicaq; Troiæ Numina ma-

gna Deûm.

Item:Occido ex ob,& cado,prima breui,mediã quoq; corripit: ſed ex ob,& cædo,prima longa diphthõgo,mediã quoq; producit. Vergilius: Occidet & ſerpens,& fallax herba ueneni. Iuuenalis: Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Sed à iuro,dico,nubo,hilũ,& fio cõpoſita excipiũtur.ut,Peiero,Cauſidicus,Innuba,Pronuba, Nihilũ.

Iuuenalis: Exigis à quoquam ne peieret & putet ullis. Idem:Cauſidici noua quum ueniat lectica Mathonis. Ouid. Nec tiliæ molles,nec fagus,& innuba laurus. Idem: Pronuba Tiſiphone thalamis ululauit in illis. Perſius: De nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti.

De infio & ſuffio,non occurrit teſtimonium aliud,quã Grammaticorum omnium conſenſus.

Sed Connubium uariatur.

Vergilius: Connubio iungam ſtabili,propriamq; dicabo. Ouidius: At mea deſpecti fugiunt connubia Thraces.

APPENDIX.

Notentur à ſupinis Notu & Itu cõpoſita,quæ ſimplicium quantitatem minimè ſequũtur.ut,Agnitus, Cognitus,Comitium,Ambitus,a,um.

Iuuenal. Agnitus accipies,iubet à prætore uocari. Ouidius: Protinus eſt oculis cognita noſtra tuis. Silius: Cernebat Paulus,namq; hinc comitia campus. Ouid. Iuſſit & ambitæ circundare littora terræ.

Sed Ambitus,& Ambitio,nomina corripiuntur.

Horatius: Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros. Idem: Ambitione mala,aut argenti pallet amore.

APPENDIX.

Inuenitur & Conuitium ſecunda longa,ex con,& uitium,prima breui:item Semiſopitus tertia corre-

pta à ſopitus,producta prima.

Sunt tamen qui à uocibus,quaſi Conuocium,alij à uico (ubi primo habitum eſt) dictum conuicium uolunt.

Martialis: Lis erit ,ingenti faciet conuicia uoce.

Ouidius: Theſea,prenſuras ſemiſopita manus.

Præpoſitiones in compoſitione.

A,E,De,Se,& Di,in compoſitione producuntur: ut,Auius,a,um.Eripio,Deprecor,Separo,Diripio.

Lucanus: Auius à uera longe ratione uagatur.

Vergil.Heu fuge nate Dea,teq; his(ait) eripe flammis.

Ouid. Sæpe precor mortem,mortem quoq; deprecor idem.

Idem: Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.

Vergilius: Tergora diripiunt,coſtis & uiſcera nudant.

Sed Dirimo,& Diſertus,excipiuntur.

Ouidius: Hanc Deus,& melior litem natura diremit.

Horat. Fœcundi calices quem non fecere diſertum?

Re,in compoſitione ubique corripitur.ut, Rebellis,Refero.

Lucanus: Sanguine ab Iliaco populi,nimiumq; rebellis.

Iuuenal. Quid referam quanta ſiccum iecur ardeat ira?

Sed Refert,imperſonale producitur.

Quia ex res & fert compoſitum eſſe uolunt.

Iuuenal.Quid refert dictis ignoſcat Mutius,an non?

Vergil. Eſt numerus,neque enim numero comprendere refert.

Quædam interdum gemina in metro ſcribuntur conſonante.ut,Re,breuis præpoſitio,poſitu extendatur.ut, Repperi, Reppuli ,Rettuli, Redduco, Rellatus,Refficio,Reccido,

Auſonius: At qui condiderat,poſtquam non repperit aurum,
Aptauit collo quem repperit laqueum.

Claudian. Vertit in authores,& turbine reppulit haſtas.

Horat

Horatius: Rettulit acceptos Regale numiſma Philippos.
Lucret. Redducit Venus, & redductum Dædala tellus.
Idem: Id rurſum cœli rellatum templa receptant.
Idem Reſſicit æterno deuictum uulnere amoris.
Propert. Recidit inque ſuos menſa ſupina pedes.

APPENDIX.

Reiicio, producitur poſitu, quia in eo uerbo, i, duplicis uim conſonantis nonnulli habere uolunt.
Vergilius: Reijce, ne maculis infuſcet uellera pullis.
Idem: Hæc fatus duplicem ex humeris reiecit amictum.

Nonnunquã tamẽ corripitur, ſed altero, i, abiecto.
Statius: Tela manu, reicitq; canes in uulnus hiantes.
Vergil. Tityre paſcentes à flumine reice capellas. Vbi Reice ca, proceleumaticus eſt pro dactylo. Quod in alijs quoq; à Iacco cõpoſitis itidem cõtingit. ut, Abicio, Adicio, Obicio, Subicio.
Iuuenal. Hunc abicit ſæua dignum, ueraq; charybdi.
Martial. Si quid noſtra tuis adicit uexatio rebus.
Lucan. Cur obicis magno tumulum, maneſq; uagantes.
Statius: Fata uidere prior, ſubicit gauiſus Vlyſſes. Sed hæc non ſunt abſq; magna neceßitate imitanda.

APPENDIX.

Religio, & Reliquiæ, non, niſi geminato ll, carmen hexametrum pentametrum'ue ingredi poſſunt.
Vergil. Hac caſti maneant in relligione nepotes.
Idem: Troas relliquias Danaûm, atq; immitis Achilli.

Pro, præpoſitio.

Pro, Latina præpoſitio, in compoſitione producitur, Græca corripitur. ut, Proripio, Propontis.
Vergil. Et quum clamarem, quò nunc ſe proripit ille.
Ouidius: Miſit in has ſi quis longa Propontis aquas.

Sed Pronepos, Profeſtus, Profanus, Profundus,

Profit

Profiteor, Procello, Profugio, Profaris, Proficiſcor, Proteruus,& Profecto corripiuntur.
Ouidius: *Eſt Neptunus auus pronepos ego regis aquarum.* Sic & *Proneptis.*
Perſius: *Iam reliqua ex amitis,patruelis nulla proneptis.*
Auſonius: *Læta niſi auſteris uarientur feſta profeſtis.*
Iuuenal. *Solis ara Deæ maribus patet,ite profanæ.*
Vergilius: *Terrasq́;,tractusq́; maris cœlumq́; profundum.*
Ouid. *Vtilitas lateat,quod non profitebere fiet.*
Lucret. *Turbinis immanem uim promouit,atque procellit.* Sic etiam *Procella.*
Vergilius: *Talia iactanti ſtridens aquilone procella.*
Val.Flac. *Contingat mihi deinde mori,ſic fata profugi.* Sic item *Profugus.*
Vergil. *Italiam fato profugus lauinaq́; uenit.*
Idem: *Tum breuiter Dido uultum demiſſa profatur.*
Ouid. *Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.*
Horat. *Intererit ſatyris paulum pudibunda proteruis.*
Ouidius: *Et mater fœlix,& fortunata profecto.*

Propino,Procuro,Profundo,Propello,& Propago propagas,uariantur.
Martialis: *Ne mo propinabit Calliodore tibi.*
Idem: *Hoc quoq; nonnihil eſt,quod propinabis in iſtis.*
Tibull. *Ipſe procuraui,ne poſſent ſæua nocere.*
Silius: *Haud ſecus ac ſtabulis procurans otia paſtor.*
Ouid. *Ipſa nihil(præter lachrymas)pudibunda profudi.*
Catull. *Has poſtquã mœſto profudi pectore uoces.*
Lucret. *Eſt procul à tergo,quæ prouehat,atq; propellat.*
Idem: *Atq; alium præ ſe propellens aëra uoluit.* Propago.
Idem: *Nec ratione fluunt alia,uitamq́; propagant.*
Idem: *Propagare genus poſſet,uitamq́; tueri.*

Propago nomen,pro ſobole primam breuiat: pro

uite

uite,extendit.

Vergil. Sit Romana potens Itala uirtute propago.

Idem:Syluarumq́; aliæ preſſos propaginis arcus.

Bis,& tris,in compoſitione.

Bis,& Tris,ſemper in compoſitione corripiuntur. ut, Biuius,Bidens,Tridens,Tricuſpis.

Ouid.Et tuus in Biuio detineatur amor.

Vergil.Præſtiterit totidem lectas de more bidentes.

Idem:Fudit equum tellus magno percuſſa tridenti.

Ouid. Nec maris ira manet,poſitoq́; tricuſpide telo.

Sed Biga,Viginti,& Triginta producuntur.

Statius: Rorifrum gelida tentauerat aëra biga.

Ouid.Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes.

Vergil. Triginta capitum fœtus euixa iacebit.

E,in compoſitione.

E, in fine prioris partis dictionis compoſitæ uariatur.

Horat. In matris iugulo ferrum tepefecit acutum.

Catullus: Alta tepefecit permiſta flumina cæde.

Proper. Hæc flentis dominæ patefient nocte feneſtræ.

Lucretius:Cauſa patefiet,quæ ferri pelliciat uim.

Sed Bene,& Male, ultimã ſemper breuẽ in cõpoſitione retinent:ſicut Venenũ mediã ſemper longam.

Lucret. Et benefacta Deûm frangit ſimulacra.ſuiſq́;
Demit imaginibus uiolento uulnere honorem.

Ouidius: Barbara narratur ueniſſe uenefica tecum.

I,& O,in compoſitione.

I,& O,in fine prioris partis dictionis compoſitæ ſemper corripitur.

Vergil. Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.

Idem: Vulnificuſq́; chalybs uaſta fornace liqueſcit.

Ouid

Ouid. Leucothoeam ſpectas, & imagine figis in una.
Auſonius: Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito.

Modò pars illa prior non ſit declinabilis. ut, Qualicunq;, Quanticunq;, Vtriq;.

Manilius: Omne quidem ſignum ſub qualicunq; figura.
Iuuenal. Quanticunq; domus ueniet, qui fercula doctè.
Martialis: Promiſit ſe Philis utriq; daturam.

Sed Tibicen, Meridies, Quadrigæ, Siquis, Poſtridie, Vbiq;, Ibidem, Ilicet, Scilicet, Minotaurus, Lagopus, Leucopetra, Theophilus, Introduco, & Retrouerſus producuntur.

Tibicem fit ex tibia, & cano, unde Tibijcen dicendũ eſſet, uerũ duæ uocales breues in unam longam contrahuntur.
Horatius: Tibicem didicit prius, extimuitq; magiſtrum.
Martialis: Inter tepentes poſt meridiem buxos
Sedet, ambulat'ue liber acribus curis. Verſiculi ſunt Iambici Trimetri, qui ſcanduntur ſic.
Inter -- tepen ᴗ- tes poſt -- meri ᴗ- diem ᴗ- Buxos --
Sedet am ᴗᴗ- bulat ᴗ- ue li ᴗ- ber a ᴗ- cribus ᴗ- curis --
Vergil. Vt quum carceribus ſeſe effudere quadrigæ.
Idem: Siqua tui Corydonis habet te cura, uenito.
Poſtridie ideo produci uolunt, quòd dictum ſit quaſi poſteriori die, duabus quoq; breuibus ſyllabis in unam longam contractis: nec aliud occurrit teſtimonium.
Vergil. Horror ubiq; animos, ſimul ipſa ſilentia terrent:
Iuuenal. Vel ſiquando datur cuſtos affixus ibidem.
Verg. Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti Voluitur.
Ouid. Scilicet eſt aliquid cum ſæuis uiuere uentis.
Verg. Minotaurus ineſt, ueneris monumenta nefandæ.
Martialis: Sic mens aurita gaudet lagopode Flaccus.
Priſcianus in Perihegeſi. Ad Leucopetram longiſsima regna tenentes.

Martialis: Hæc eſt illa tibi promiſſa Theophila Cani.
Lucret. Sic animas introduxerunt ſenſibus auctas.
Ouid. Ipſe retrouerſus ſqualentia protulit ora.

Idem, maſculinum producitur, ſed neutrum corripitur.

Verg. Idem amor exitium eſt pecori, pecorisq; magiſtro.
Iuuenal. Si feciſſet idem, caderet ſub iudice morum.

Quotidianus & ubicunq; uariantur.

Catullus: Coniugis in culpa flagrauit quotidiana.
Martial. Quò tu, quo liber otioſe tendis
Cultus ſindone non quotidiana? Verſiculi ſunt Phalecij, qui ſcanduntur ſic:
Quo tu — quò liber -∪∪ oci -∪ oſe -∪ tendis -∪
Cultus — ſindone -∪∪ non quo -∪ tidi -∪ ana —
Idem: Qui tecum cupis eſſe meos ubicunq; libellos.
Ouid. Seruor ubicunq; eſt, uni mea gaudia ſeruo.

Incrementum Nominis.

Nominis incrementum eſt obliqui exceſſus ſupra nominatiuum ſingularem.

Hic dum Nominis *mentio habetur pronomen quoq; & Participium intelligantur oportet, quæ cognationem quãdam cum nomine habent. Cæterum nominatiuus pluralis ſequitur obliqui quoq;, unde fingitur, naturam.*

APPENDIX.

In prima declinatione incremẽtum nullum inuenitur. In quarta & Quinta uocalẽ ante uocalem habent incrementa omnia ſingularium obliquorum.

Quorum alij breuem habent penultimam ſyllabam, alij productam, ut ſupra uiſum eſt.

APPENDIX.

In ſecunda declinatione incrementum nullum

produc

producitur.

Nam, genitiuus Iberi penultimam producens, potius eſt ab Iberus quàm ab Iber: quod magis eſt tertiæ declinationis.

Tertiæ declinationis incrementum. A.

A, finita, eandē in obliquis corripiunt. ut, Plaſma, plaſmatis, Poëma, poëmatis.

Perſius: Sede leget celſa, liquido cum plaſmate guttur.

Horat. Scribimus indocti, doctiq; poëmata paßim.

O.

O, finita in obliquis, tam e, quàm o, producunt. ut, Anio, anienis: Leo, leonis.

Lucanus: Tollentemq; caput gelidas Anienis ad undas.

Ouid. Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni.

Sed Britonis, Lingonis, Saxonis & Vangionis corripiuntur.

Iuuenal. Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

Lucanus: Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Claudian. Non longinqua docent, domito quòd Saxone Thetys.

Lucan. Vangiones, Batauiq; truces, quos ære recuruo.

APPENDIX.

Quæ o, mutant in i, in genitiuo, eandem corripiūt. ut, Turbo, turbinis, Ordo, ordinis, Virgo, uirginis, Apollo apollinis, Homo hominis.

Perſius: Verterit hunc dominus, momento turbinis exit.

Horat, Ordinis hæc uirtus erit, & uenus, aut ego fallor.

Vergil. Virginis os, habitumq; gerens. & uirginis arma.

Ouid. Talia dum uero memorantur Apollinis ore.

Iuuenal. Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

C.

C, finita, in obliquis e, producunt. ut, Allec allecis.

Mart

Martialis: Capparis, & putri cæpas allece natantes.

L.

L, finita neutra, in obliquis a, extendunt.

Vt Animal, animalis: Ceruical, ceruicalis: Tribunal, tribunalis: Vectigal, uectigalis: & id genus pauca, quæ nuſquàm aliter inueniuntur.

APPENDIX.

L, finita maſculina, ſeu communia duûm generũ, a, i, & u, in obliquis corripiunt. ut, Sal, ſalis, Pugil, pugillis: Conſul, conſulis: Exul, exulis.

Vergilius: Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant.

Horat. Et pugilem uictorem, & equũm in certamine, primum.

Ouidius: Conſulis ut limen contigeritis, erit.

Idem: Te ſequar, & coniux exulis exul ero.

Sed Sol, ſolis, producitur.

Ouidius: Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis.

An.

An, finita, in obliquis a, extendunt. ut, Pan, Panos: Pæan Pæanos.

Vergil. Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.

Idem: Conclamant ſocij lætum pæana ſecuti.

En.

En, finita, in obliquis, i, corripiunt. ut, Carmen carminis. Tibicen, tibicinis.

Horat. Hoc amet, hoc ſpernat promiſsi carminis autor.

Ouid. Temporibus ueterum tibicinis uſus auorum.

Sed quæ in genitiuo, e retinent, producuntur. ut, Ren, renis: Siren, Sirenis.

Horat. Si latus aut renes morbo tentatur acuto.

Idem: Sirenum uoces, & Circes pocula noſti.

In.

In, finita, in obliquis, i, producunt. ut, Delphin, del-

phinis. Salamin, Salaminis.
Vergil. Orpheus in ſyluis, inter delphinas Arion.
Iuuenal. Ille tamen qualis rediit Salamine relicta.

On.

On, finita, in obliquis, o, extendunt. ut Damon, Damonis: Ladon, Ladonis.
Vergil. Damonis muſam dicemus, & Alpheſibæi.
Ouid. Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem.

Sed Canonis, Sindonis, Pœonis, Lycaonis, Aeſonis, Agamēnonis, Ixionis, Parthaonis, Mēnonis, Geryonis, Lacedæmonis, Gorgonis, Pandionis, Iaſonis, Cercyonis, Leſtrygonis, Agmonis, Amphionis, Alcmonis, Polyphemonis, Antedonis, Schythonis, Dæmonis, & Amithaonis corripiuntur.
Auſon. Is demum exceſſit Grammaticos canonas.
Martial. Quid torus à Nilo, quid ſindone tinctus olenti?
Ouid. Pœonis Anippe mater fuit, illa potentem.
Vergil. Pleiadasq; Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton,
Ouid. Aeſonis effœtum, proferri corpus ad aras.
Idem: Sic magnis cedit titulis Agamemnonis Atreus.
Idem: Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus.
Idem: Accipe me generum dixi Parthaone nate.
Vergil. Eoasq; acies, & nigri Memnonis arma.
Idem: Geryone extincto Tirynthius attigit arua.
Idem: At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor,
Idem: Gorgona deſecto uertentem lumina collo.
Ouid. Quoq; data eſt claro Pandione nata tyranno.
Idem: Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis ætas,
Idem: Cercyonis letum uidit Cerealis Eleuſis.
Idem: Tertius è nobis Leſtrygonis impia tinxit.
Idem: Agmona corripimus, cui reſpondere uolenti.
Idem: Necnon Cecropias, necnon Amphionis arces,

*Idem:*Nam *fuit* Argolico *generatus Alemone quidam.*
*Idem:*Innexamq; *nouis neptem* Polyphemonis *alis.*
Idem:*Carpſit & Euboica uiuax Antedone gramen.*
Ouidius:Nec *uehit Actæas Schythonis unda rates.*
Vergilius:*Phyllirides Chiron, Amithaoniusq; Melampus.*

Orionis uerò, Edonis, & Egeonis uariantur.

Statius:Atq; auro rude fulmen habent Orionis alti.
Lucanus:Aemathiumq; auro circunſpicit Oriona.
Idem:Edonis Ogygio decurrit plena lyæo.
Propertius:Nec minus aſſiduis Edonis feſſa choreis.
Claudianus:Hæc centum gemini ſtrictos Egeonis enſes.
Ouidius:Egeona ſuis immania terga lacertis.

APPENDIX.

Sidon, ſidonis, ſemper producitur.

Silius:Venerat ad bellum Tyria Sidone nepotum.

Sed Sidonis, ſidonidis, & Sidonius, ab eo deducta uariantur.

Silius:Sidonis in Latia trepidabat naufraga terra.
Ouid.Collocat hanc ſtratis concha Sidonide tinctis.
Vergil.Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.
Idem:Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido.

In ar.

Ar finita, in obliquis a, producunt. ut, Calcar, calcaris: Laquear, laquearis.

Lucanus:Nec quamuis crebris iuſſi calcaribus addunt.
Vergil.Atria dependent lychni laquearibus aureis.

Sed Araris, Baccaris, Cæſaris, Iubaris, Nectaris, & Paris corripiuntur.

Vergil.Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim.
Idem:Errantes hederas paſſim cum baccare tellus.
Idem:Ecce Dionæi proceſſit cæſaris aſtrum.

Idem:It portis iubare exorto delecta iuuentus.
Idem:Stipant,& dulci diſtendunt nectare cellas.
Ouid.Si qua uoles aptè nubere,nube pari.

Er.

Er,finita,in obliquis e,corripiunt.ut,Pauper pauperis.Anſer,anſeris.
Lucan.Pone duces priſcos,& nomina pauperis æui.
Perſius:Vt tuus iſte nepos olim ſatur anſeris extis.

Sed Veris, & quæ η, uocalem Græcam in e, longam apud Latinos conuertunt,producuntur.ut,Crateris, Pantheris, Bizeris, Halteris, Præſteris, Phyſeteris,
Ouid.Quando ego non timui grauiora pericula ueris?
Vergil,Crateras magnos ſtatuunt,& uina coronant.
Horat.Diuerſum confuſa genus panthera camelo.
Val.Flacc.Bizereſq; uagi,Philereq; à nomine dicta.
Martial.Quid pereunt ſtulto fortes Haltere lacerti?
Lucret.Et quaſi demiſſum cœlo præſtera imitetur.
Ruffus in Arato:Delphines uirides,& phyſeteres anhelos.
Sic Climateris,Clyſteris, Soteris,Stateris,& ſi qua ſunt id genus alia.

Or.

Or,finita,in obliquis,o,extendunt.ut, Pudor, pudoris.Timor,timoris.
Ouid.Ruſtica ſim ſanè,dum non oblita pudoris.
Idem:Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Sed Arboris, Marmoris, Aequoris, & Memoris corripiuntur.
Vergil.Corpora ſub ramis deponunt arboris altæ.
Ouid.Plaga facit gemitus,ut corpore marmoris icti.
Idem:Obruerit quum te ſæuis Deus æquoris undis.

Idem:Eſt aliquid memori uiſa notare manu.

APPENDIX.

Græca in or,o,quoq; in obliquis corripiunt.ut,Hector,Hectoris:Rhetor,rhetoris.

Vergil.Hectoris Andromache Pyrrhin connubia ſeruas?

Horat.Defendente uicem modo rhetoris,atq; poetæ.

Vr.

Vr,finita,tã,o,quàm,u,in obliquis breuiãt.ut,Marmor,marmoris:Ebur,eboris:Murmur,murmuris.

Horat.Marmoris aut eboris fabros.aut æris amauit.

Vergil.Aſpice uentoſi ceciderunt murmuris auræ.

Sed Fur,furis,producitur.

Idem:Quid Domini facient,audent quum talia fures?

As.

As,finita, in obliquis,a, extendunt.ut Pietas, pietatis:Virginitas,uirginitatis.

Ouid.Mendaciq; diu pietatis fallimur umbra.

Idem:Ille meæ ſpolium uirginitatis habet.

Sed Mas, maris, Vas uadis, & Anas anatis, corripiuntur.

Perſius:Atq; marem ſtrepitu fidis intendiſſe Latinæ.

Horat.Ille datis uadibus,qui rure extractus in urbem.

Rufus in Arato:Latipedemq; anatem cernes excedere ponto.

APPENDIX.

Græca in as,genitiuum in adis habẽtia,corripiuntur.ut,Pallas,paladis:Troas,Troadis:Arcas, Arcadis.

Vergil.Interea ad templum non æque Palladis ibant.

Idem:At procul in ſola ſecretæ Troades acte.

Ouid.Arcados Hinc ſedes,& inhoſpita tecta tyranni Ingredior.

Es.

Es,finita,in obliquis,e,breuiant. ut Pes, pedis:Ce-

res,Cereris:Paries,parietis.

Ouid. Acceſsi,*primumq́; pedis ueſtigia tinxi.*

Verg. Dona *laboratæ Cereris,* Bacchumq́; *miniſtrãt.* Paries,ietis.

Vergil. H*ærent parietibus ſcalæ,poſteſq́; ſub ipſos.*

Sed Mercedis, Hæredis, Locupletis, Magnetis, & Quietis producuntur.

Vergil. Huic *aliud mercedis erit,ſimul incipit ipſe.*

Horat. P*arcus ob hæredis curam nimiumq́; ſeuerus.*

Perſius: In *locuplete penu deſenſis pinguibus* Vmbris.

Lucan. Et *magnetis equis mymæ gens cognita frænis.*

Ouid. M*anibus antiquis cauſa quietis eris.*

APPENDIX.

Græca, genitiuum in etis habentia, producuntur. ut,Dares,Daretis.Lebes,lebetis.

Vergil. Creber *utraque manu pulſat,uerſatq́;* Dareta.

Ouidius: Viginti *fuluos operoſo ex ære lebetes.*

APPENDIX.

Quæ in obliquis e, mutant in, i, eandem quoque corripiunt.ut,Stipes,ſtipitis:Hoſpes,hoſpitis.

Ouidius:Stipitis occurſu fracta,& diſiecta fuiſſet.

Idem:Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.

Is.

Is,finita,in obliquis e, & i, corripiunt. ut, Puluis, pulueris:Lapis,lapidis.

Vergil. P*ulueris exigui iactu compreſſa quieſcunt.*

Ouidius: T*abida conſumit ferrum lapidemq́; uetuſtas.*

Sed monoſyllaba,& Gẽtilia producuntur. ut,Dis, Ditis:Lis,litis:Quiris,Quiritis.

Vergil. N*octes atq́; dies patet atri ianua* Ditis.*Lis litis.*

Ouid. I*uſsit,& arbitrium litis traiecit in omnes.*

Lucanus:Hirtam membra ſuper Romani *morte* Quiritis.

APPENDIX.

Græca in is,genitiuum in idis,habentia,i,quoq; in obliquis producunt.ut Crenis,idis.Pſophis,idis.
Ouid.Vtq; ſub Orchomenon Pſophidaq;,Cillenemq;.

Os.

Os finita, in obliquis o producunt. ut, Ros, roris. Sacerdos,otis.Cuſtós,odis.Rhinoceros,otis.
Vergil.Dumq; thymo paſcentur apes,dum rore cicadæ.
Ouid.Dantq; ſacerdoti cuſtodem thuris acerram.
Martial.Et pueri naſum rhinocerotis habent.

Sed Bouis,Compotis,& Impotis corripiuntur.
Ouidius:Mugiet,& ueri uox erit illa bouis.

Compos, & Impos ſecundam in obliquis ideo corripiunt,quia fiunt à Potis,prima breui.
Vergilius:Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo.

Vs.

Vs,finita,in obliquis tam e,quàm o,corripiunt.ut, Tempus temporis:Pondus,ponderis.
Ouid.Pluris opes nunc ſunt,quàm priſci temporis annis.
Idem:At mea pro nullo pondere uerba cadunt.

Sed quæ u, ſeruant in genitiuo , producuntur. ut, Palus,paludis:Tellus,telluris:Salus,ſalutis.
Ouid.Nympha hæc infernæ nympha paludis erit.
Idem:Deuorer ante precor ſubito telluris hiatu.
Idem:Hic mihi morte ſua cauſa ſalutis erit.

Pecudis tamẽ, Liguris & Intercutis corripiuntur.
Ouidius:Peruigilem ſpolium pecudis ſeruaſſe draconem.
Idem:Nam Ligurum populos,& magnas rexerat urbes.

Intercutis iccirco penultimam breuem habet, quia fit ex inter, & cutis,correpta prima.

Horat.In cute curanda plus æquo operata iuuentus.

S,antecedente alia conſonante.

S,finita,alia conſonante antecedente, a,e,i,o, u, in obliquis corripiunt. ut, Arabs, Arabis: Cœlebs, cœlibis: Hyems, hyemis: Princeps, principis: Auceps, aucupis: Aethiops, Aethiopis.

Vergil.Eoasq́; domus Arabum,pictosq́; Gelonos.
Ouidius:Scythoniasq́; niues hyemis ſubeamus opacæ.
Horat.Nil ait eſſe prius,melius nil cœlibe uita.
Martial.Principis eſt uirtus maxima noſſe ſuos.
Ouidius:Si captare feras aucupis arte placet.
Iuuenal.Aethiopis fortaſſe pater,mox decolor hæres.

Sed Plebis, Sepis, Cercopis, Cyclopis, Conopis, & Hydropis producuntur.

Statius:Lumina,& ignaræ plebis lugere potentes.
Vergil.Sepibus in noſtris paruam te roſida mala.
Ouid.Cercopum exoſus,Gentisq́; admiſſa doloſæ.
Vergil.Luſtra,domosq́; traho,uaſtosq́; ab rupe Cyclopas.
Iuuenal.Vt teſtudineo tibi Lentule conopeo.

Hydropis apud Græcos per omega ſcribitur, quæ uocalis eſt perpetuò longa.

T.

T,finita,in obliquis,i, corripiũt. ut Caput capitis.

Iuuenal.Si tibi contigerit capitis matrona pudici.

Ax.

Ax,finita,in obliquis a,producunt. ut, Pax, pacis. Viuax,uiuacis.

Ouidius:Pax tamen interdum eſt,pacis fiducia nunquam.
Vergil.Et ramoſa Micon uiuacis cornua cerui.

Sed Facis, Atracis, Dropacis, Panacis, Pharnacis, Styracis,& Smilacis,corripiuntur.

Ouid.

Ouidius: *Lunaq; fulgebat, nec facis uſus erat.*
Catullus: *Smyrna canas Atracis penitus mittetur in undas.*
Serenus: *Necnon oppoſito curuantur dropace membra.*
Collumel. *Nunc medica panaces lachryma, ſuccoq; ſalubri.*
Lucanus: *Tigraneq; meum, nec Pharnacis arma relinquas.*
Verg. in Ciri. *Non ſtyrace Ideo fragrantes culta capillos.*
Ouid. *Et crocon in paruos uerſum cum ſmilace flores.*

Syphacis autem uariatur.

Claudian. *Compulimus dirum Syphacem, fractumq; Metello.*
Iuuenal. *Tolle tuum precor Annibalem, dirumq; Syphacem.*

Ex.

Ex finita, in obliquis, i, corripiunt. ut, Iudex, iudicis: Remex, remigis.

Horatius: *Iudicis argutum qua non formidat acumen.*
Lucanus: *Auulſaq; rotant expulſo remige ſedes.*

Sed Vibicis, producitur.

Perſius: *Si puteal multa cautus uibice flagellas.*

APPENDIX.

Quæ uerò in genitiuo e, retinent, eandem producunt. ut, Lex legis: Rex regis, Veruex ueruecis.

Iuuenal. *Agricolam laudat iuris, legumq; peritus.*
Ouidius: *Rex ubi Lynceus erat, Regis ſubit ille penates.*
Iuuenal. *Sutor & elixi ueruecis labra comedit.*

Nec istamen, & Gregis corripiuntur.

Necis genitiuus eſt à nominatiuo rariſſimè uſurpato, ut uiſum eſt in Heteroclitis.

Ouidius: *In necis electum parua futura mora eſt.*
Vergilius: *Aut cuſtos gregis, aut maturæ uinitor uuæ.*

Ix.

Ix finita, in obliquis, i, producunt. ut, Radix, radicis, Felix, felicis.

Serenus: Aut calido ſalicis radicem mollit Iaccho.
Iuuenal. Quis numerare queat filicis præmia Gallæ Militiæ?

Sed Niuis,Picis,Calicis, Coxendicis, Erycis, Filicis,Fornicis,Hyſtricis, Laricis, Natricis,Salicis,Sardonichis,Cilicis,& Varicis corripiuntur.

Ouid. Exemploq́; niuis,quam mollit aquaticus auſter.
Verg. Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.
Horat. Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Serenus: Clauſa acies inter geminæ coxendicis umbras.
Verg.Siue Erycis fines,Regemq́; optatis Aceſtem.
Idem: Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris.
Iuuenal. Quod ſteterat multis in carcere fornicis annis.
Calphurn. Venit & hirſuta ſpinoſior hyſtrice barba.
Lucan. Et larices ,fumoq́; grauem ſerpentibus urunt.
Lucilius: Si natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam.
Verg.Et fugit ad ſalices,& ſe cupit ante uideri.
Iuuenal. Sardoniches,denſo numerantur pectine chordæ.
Martial.Et Cilices nimbis hic maduere ſuis.
Serenus: Maſticis addentur fractæ iam milia farra.

Varix,uaricis.Hinc Varica,cæ.Varicoſus.
Perſius:Dixeris hæc inter uaricoſos centuriones.

APPENDIX.

Bebryx,bebricis uariatur.

Valerius Flaccus: Bebrycis & Scythici procul inclementia ſaxi.
Silius:Poſſeſſor Baccho ſæua Bebrycis in aula.

APPENDIX.

Corripiũtur quoq; in gis,habentia genitiuum.ut, Phryx,phrygis,Styx,ſtygis.

Vergil. Semiuiri Phrygis,& fœdare in puluere crines.
Ouid. Quid Styga,quid tenebras,quid nomina uana timetis.

Ox.

Ox,finita in obliquis o, producunt.ut, Vox,uocis: Velox,uelocis.

Ouid. Vocis habebat iter,ſaxum iam colla tenebat.

Idem: Collaq; uelocis flectere doctus equi.

Sed Cappadocis,& Præcocis,corripiuntu.

Perſius: Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.

Calphurn. Inſita præcocibus ſubrepere perſica prunis.

Vx.

Vx,fiuita,in obliquis u, producunt.ut, Lux,lucis,Frux,frugis.

Ouid. Quod teneat lucis,teneat confinia noctis.

Idem: Extructas dapibus,nec toſtæ frugis egentes.

Sed Crucis,Ducis,Nucis,Trucis,& Coniugis corripiuntur.

Iuuenal. Ille crucem pretium ſceleris tulit,hic diadema.

Ouid. Augeat imperium noſtri ducis,augeat annos.

Verg. Sparge marite nuces,tibi deſerit heſperus Oethan.

Ouid. Forma trucis,Tauro mutatus membra rebelli.

Vergil. Si potuit manes accerſere coniugis Orpheus.

De plurali nominum incremento.

A,e,& o,in plurali nominum incremento ſemper producuntur.ut,Ferarum,Diebus,Malorum.

Ouid. Mænala tranſieram latebris horrenda ferarum.

Vergil. Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & iura ſinunt.

Ouidius: Effodiuntur opes irritamenta malorum.

APPENDIX.

I,& u,in plurali nominum incremẽto ſemper corripiuntur.ut Auibus,Portubus.

Ouidius: Cui mea uirginitas auibus libata ſiniſtris.

Idem:

Idem: Portubus infidis exterruit ales Aëllo.

De præteritis diſsyllabis.

Omne præteritum diſſyllabum priorem producit.ut, Veni, Vidi, Feci.

Vergilius: Pan Deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipſi.
Ouid. Dic mihi quid feci, niſi non ſapienter amaui.

Sed Bibi, Dedi, Fidi, Scidi, Steti, & Tuli corripiũtur.

Ouid. Sæpe bibi ſuccos (quãuis inuitus) amaros.
Idem: Remigiumq; dedi, quo me fugiturus abires.
Vergilius: Diffidit ac multa porrectum extendat arena.
Lucan. Aut ſcidit, & medias fecit ſibi littora terras.
Ouidius: Ipſe ſecuturo ſimilis ſtetit arduus arce.
Idem: Non expectato uulnus ab hoſte tuli.

De præteritis geminatis.

Omne præteritũ geminatũ primã & ſecundã corripit, niſi obſtet poſitio.ut, Cado, cecidi, Tãgo, tetigi.

Ouid. Victima quæ dextra cecidit uictrice uocatur.
Idem: Vota tamen tetigere Deos, tetigere penates.

Sed Cecidi, à cædo, & Pepedi, à pedo, penultimam corripiunt.

Iuuenal. Ebrius ac petulans qui nullum forte cecidit. Pepedi.
Horat. Nam diſploſa ſonat quantum ueſica pepedit.

Notandum compoſita ſeruare ſimplicium quantitatem.ut, contundo contudi, penultima correpta.

Ouid. Contudit ingenium patientia longa malorum.

De ſupinis diſſyllabis.

Omne ſupinum diſſyllabum priorem producit. ut Poto, potaui, potum, Video, uidi, uiſum.

Verg. huc ipſi potum uenient per prata iuuenci.
Idem: Nec uiſu facilis, nec dictu effabilis ulli.

Sed Datum, Statum, Citum, Ratum, Litum, Satũ, Rutum, Situm, Itum, & Quitum, corripiuntur.

Quia deriuata ſequuntur naturã ſuæ originis. Vbi primitiua nõ occurrent, ad deriuatiua cõfugiemus. ut, à Do, Datũ, hinc dator.
Vergil. At ſi lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.
A Sto, Statum, hinc Status.
Ouid. Hic ſtatus in cœlo multos permanſit in annos.
A Cieo Citum, hinc Citus.
Horat. I puer atq; meo citus hæc ſubſcribe libello.
Sed Citus à Cio, quod eſt uoco, producitur: unde fit Excitus.
Verg. Excitum ruit ad portus, & littora complet.
A Reor, Ratum, hinc Ratus.
Idem: Nos abijſſe rati, & uento petijſſe Micænas.
A Lino, Litum, hinc Litus.
Idem: Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
A Sero, Satum. hinc Sator.
Vergil. Olli ſubridens hominum ſator, atque deorum.
A Ruo, Rutum, hinc Dirutus.
Ouid. Diruta ſunt alijs, uni mihi Pergama reſtant.
A Sino, Situm, hinc Situs.
Idem: Hic ſitus eſt Phaethon currus auriga paterni.
Ab Eo, Itum, hinc Iturus.
Idem: Per quod ſæpe ieras, per quod iturus eras.

At ſtaturus, cum compoſitis producitur.

Lucan. Hinc acies ſtatura ducum, Cæſar'ue ſenatus.
Statius: Quæ ſic orſa prior, ſpes'ue obſtatura Pelaſgis.

Omne ſupinum poliſyllabum à præterito in ui, ſyllabam deductum, penultimam producit. ut, Spectaui, ſpectatum. Repetiui, repetitum. Seruiui, ſeruitum.

Horatius: Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.
Idem: Ne ſi forte ſuas repetitum uenerit olim.
Vergil. Aſpiciam, aut Graijs ſeruitum matribus ibo.

Increm

Incrementum uerbi.

Incrementum uerbi eſſe dicitur,ubicunq; ſecunda ſingularis perſona præſentis indicatiui,actiuæ uocis exceditur:quæ ſi defuerit,qualis foret,fingenda eſt.

Vt,Amamus excedit hanc ſecundam perſonam Amas:ſic Luctaris ſuperat hanc ſecundam perſonam fictam Luctas: atque ita de omnibus id genus alijs dicendum. Vocalis uerò incrementi ea eſt, quæ erat ſecundæ perſonæ ultima.

A,in incrementis.

A,in uerborum incremẽtis producitur.ut, Stabo, Canamus,Fueramus.

Vergil. Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.
Idem: Sicelides muſæ paulo maiora canamus.
Ouidius: Qui modo Naſonis fueramus quinq; libelli.

Sed Do,cum compoſitis primæ coniugationis corripit a,in primo duntaxat incremento. ut, Dabam, Dare,Circundare.

Ouid. Quum dare non poſſem munera,uerba dabam.
In ſecundo uerò exceſſu producit,a.ut,Dabatur.
Verg. Limina portarum,nec ſpes opis ulla dabatur.

E,in incrementis.

E,in uerborum incrementis producitur.ut,Flebã, Pendere,Patereris,Veniemus,

Ouidius: Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.
Vergil. Cui pendere ſua patereris in arbore poma.
Idem: Pars Scythiam,& rapidum Cretæ ueniemus Oaxem.

Licenter tamen inuenimus e,corripi ante r, in tertia plurali perſona præteriti perfecti indicatiui.

Vergil. Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Idem: Miſcueruntq; herbas,& non innoxia uerba.
Idem: Obſtupui,ſteteruntq; comæ,& uox faucibus hæſit.

Horat

Horat. *Dij tibi diuitias dederunt, artemq́; fruendi.*
Silius: Terruerunt pauidos accenſa Ceraunia Nautas.
Sunt qui legant in pluſquamperfecto Tulerant, Miſcuerat, &c. quibus cum Diomede refragantur mille exemplaria.

Sed e, ante ram, rim, & ro, corripitur. ut, Legeram, Conſederim, Iuſſerim.

Ouid. *Legerat huius Amor titulum, nomenq́; libelli.*
Vergil. *Non uenit in mentem quorum conſederis aruis.*
Iuuenal. *Græculus eſuriens in cœlum iuſſeris ibit.*

APPENDIX.

E, ante r, in futuro indicatiui paſsiuæ uocis, primæ & ſecundæ cõiugationis, ſemper corripitur. ut, imitaberis, uel imitabere. Fateberis, uel Fatebere.

Vergil. *Mecũ una in ſyluis imitabere Pana canendo.*
Idem: Verum id quod multo tuteipſe fatebere maius.

APPENDIX.

E, ante r, in omni præſenti, & pręterito imperfecto ſubiunctiui tertię cõiugationis ſemper corripitur. ut, Ducor, duceris. Naſcere, naſcatur. Facerem.

Horat. *Duceris & neruis alienis mobile lignum.*
Vergil. *Naſcere, præq́; diem ueniens age Lucifer almum.*
Idem: Quid facerem? neq; ſeruitio me exire licebat.
Ouid. *Dicere quæ puduit, ſcribere iuſsit amor.*

APPENDIX.

E, in primis uerborum Sum, Fero, & Volo incremẽtis ſemper corripitur, niſi obſtet poſitio. ut, Eram, Ero, Feram, Velim.

Ouid. *At bene cautus eras, & memor ante mei.*
Vergil. *Alter erit tum Typhis, & altera quæ uehat Argo.*
Ouid. *Miſtaq́; mandatis oſcula multa feram.*
Idem: Cuique ſenex Nereus proſocer eſſe uelit.

Exempla

Exempla poſitionis ſunt Eſſem, Eſſe: Ferrem, Ferre: Vellē, Velle. Sed in ſecundo exceſſu producitur. ut, Eſſemus, Fuiſſemus, Feremus, Tuliſſemus, Vellemus, Voluiſſemus: pro quibus omnibus unū ſuffecerit Vergilij teſtimonium.

Daphnin ad aſtra feremus, amauit nos quoq; Daphnis.

I, in incrementis.

I, in uerborum incrementis corripitur. ut, Petitur, tentabimus.

Ouid. Quid petitur ſacris tantum, niſi fama poëtis?

Idem: Reſtat iter cœli, cœlo tentabimus ire.

Sed in primo quartæ coniugationis incremento producitur. ut, Ito, Audite.

Vergil. Tu ne cede malis, ſed contra audentius ito.

Ouid. Quo ruitis Danai? uentos audite uetantes.

APPENDIX.

I, quoq; in uerborum Sum & Volo, incrementis ſemper producitur. ut, Sitis, Velimus, Nolito.

Ouidius: Sitis & in tuto ſemper amore pares.

Horatius: Sunt delicta tamen, quibus ignouiſſe uelimus.

Martialis: Nolito fronti credere, nupſit heri.

APPENDIX.

I, producitur, ſequente u, in uerborum cuiuſcunq; coniugationis incremento. ut, Quæro, quęſiui: Audio audiui.

Lucan. Atque iram Superûm raptis quæſiuit in extis.

Statius: Audiuere patres, ego iuxta buſta profuſis.

APPENDIX.

Imus, in omni pręterito perfecto corripitur. ut, Venimus, Tranauimus, Egerimus.

Vergil. Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Idem: Egerimus noſti, & nimium meminiſſe neceſſe eſt.

Mart.

Sed itis,in præterito perfecto ferè producitur:nam & ſecundam quoq; perſonam ſingularem in is, (unde fit itis)ultima producta ſæpe legimus.ut, Occideris,Reſpueris,Contigeritis,Tranſieritis.

Horat.Quum ſemel occideris,& de te ſplendida Minos.
Tibullus:Reſpueris etiam Phœbo gratiſsima dona.
Ouidius:Conſulis ut limen contigeritis erit.
Idem:Et maris Ionij tranſieritis aquas.

O,& u,in incrementis.

O,in uerborum incrementis ubique corripitur:u, ſemper corripitur.ut, Eſtote, Facitote, Sumus, Nolumus.

Ouid.Morte iacent merita,teſtes eſtote Philippi.
Idem:Quumque loqui poterit,matrem facitote ſalutet.
Horat.Nos numerus ſumus,& fruges conſumere nati.
Ouid.Nolumus aſsiduis animum tabeſcere curis.

De primis propriorum ſyllabis.

Primæ propriorum nominum ſyllabæ pro commoditate carminis modò corripi, modò produci poſſunt,niſi obſtet poſitio,aut aliter poëtæ probatiſsimi uſi fuerint.

Vſus poëtarum uniformis pro regula iure habetur.unde Saturnus,Titan,Iuno,Latona,& id genus plurima, primã ſemper habent longam. Contrà Apollo, Vlyſſes. Achilles, Ceres, & huiuſmodi non pauca,primam habent ſemper breuem.

De ſyllabis exemplo cognoſcendis.

Exemplo cognoſcũtur ſyllabæ, ſi deficiente regula,ad probatos poëtas confugiamus.

Vt ſi neſcias in Vetus,& Colo,quãta ſit prima:ſcies eſſe breuẽ, ſicut in Olim,& Vita eandẽ eſſe longam,ex illo Vergilij carmine,
Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini.

Eodem modo ſi neſcias quanta ſit ſecunda in animus, Celeris, & Diuido: ſcies eſſe breuem ex illo item Vergilij.

Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.

Deniq; ſi neſcias quanta ſit ſecunda in Regina & Pecunia: ſcies eſſe longam ex illo Horatij,

Et genus & formam Regina pecunia donat.

Tenendi ſunt igitur quamplurimi optimorum poëtarum uerſus, ut quemadmodum illi uſi fuerint ſyllabis, ita & nos utamur.

Et quoniam infinitum propè eſſet, quas ſemper aut corripuerint, aut produxerint poëtæ, colligere: eas tantum quibus indifferenter uſi inueniuntur: quotquot potuimus, hic ſubiunximus.

Primarum ſyllabarum communium teſtimonia.

Britannus.

Vergil. Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.

Iuuenal. Nã quid Britannis cœlum differre putamus? Bithinus.

Idem: Quanquam & Cappadoces faciant, equitesq; Bithini.

Val. Flac. Bithino, Phrygio'ue ſatum, ſed quem ſua noto. Cacus.

Ouidius: His Cacus horrendum Tiberino gurgite monſtrum.

Idem: Cacus Auentinæ timor, atq; infamia ſyluæ. Coralium.

Claudianus: Mergit ſe ſubitò, uellitq; coralia Clotho.

Ouidius: Nunc quoq; coralijs eadem natura remanſit. Coſyra.

Idem: Fertilis eſt Melite, ſterili uicina Coſyræ.

Silius: Et bellare Tebas docilis, Coſyraq; parua. Crathis.

Ouid. Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusq;, Hypanisq;, Crathisq;.

Idẽ: Crathis, & hinc Sybaris ueſtris conterminus oris. Criticus.

Horat. Vt Critici dicunt, leuiter curare uidetur.

Martial. Aequalis liber eſt, Critice qui malus eſt. Sunt qui Cretice legere malunt. Curetes.

Lucanus: Illic bellaci confiſus gente Curetum.

Ouidius: Celme Ioui, largoq; ſatos Curetas ab imbri. Diana.

Vergil. Tergeminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ.

Idem

Idem:Exercet Diana choros,quam mille ſecutæ. Fidena.
Idem:Hi tibi Nomentum,& Gabios,urbemq; Fidenam.
Iuuenalis:Viuat Fidenis,& agello cedo paterno. Flabellum.
Ouid.Profuit interdum uentos mouiſſe flabello.
Propertius:Et modo pauonis caudæ flabella ſuperbæ. Gradiuus.
Ouidius:Et genus à magno ducentem forte Gradiuo.
Vergil.Gradiuumq; patrē,Geticis qui præſidet armis. Hymen.
Catullus:Hymen ò hymeneæ Hymen ades,ò Hymeneæ. Italus.
Vergil.Hinc Auguſtus agens Italos in prælia Cæſar.
Idem:Coniecto ſternit iaculo,uolat Itala cornus. Lauinia.
Vergil.Exulibuſ'ue datur ducenda Lauinia Teucris.
Idem:Illo quæratur coniux Lauinia campo. Liquor.
Lucret.Fiet uti cibus omnis & aridus,& liquor ipſe.
Idem:Pondus uti ſaxis,calor ignis,liquor aquarum. Liquidus.
Idem:Craſſaq; conueniunt liquidis,& liquida craßis. Lycas.
Vergil.Inde Lycam ferit eiectum iam matre perempta.
Idem:Protinus Antæum & Lycam,prima agmina Turni. Obex.
Silius:Et fidos certant obices accreſcere ſylua.
Vergil.Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Orion.
Idem:Quum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion.
Ouid.Enſifer Orion æquore merſus erit. Pachinus.
Vergil.Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachini.
Idē:E quibus imbriferos uerſus Pachinus ad auſtros. Sic Palatinus.
Martial.Summa palatini poteras æquare coloßi.
Idem:Qui palatinæ caperet conuiuia menſæ. Pugillaris.
Prudentius:Vnde pugillares ſoliti percurrere ceras.
Iuuenal.Nec pugillares defert in balnea raucus. Pelion.
Silius:Oſſaq; quum Pelio,quumq; Hæmo ceſſerit Othris.
Ouidius:Pelion Aemonidæ mons eſt obuerſus in auſtros. Pyrene.
Tibullus:Non ſine me eſt tibi partus honos,tua bella Pyrene.
Lucanus:Nubiferos colleis,atq; aëriam Pyrenam. Sychæus.

Vergil.Anna(fatebor enim)miſeri poſt fata Sychæi.
Idem:Huic coniux Sychæus erat ditißimus agri. Sicanos.
Idem:Fida reor fraterna Erycis,portusq́; Sicanos.
Idem:Sicano prætenta ſinu iacet inſula contra. Palatium.
Idem:Haud timeam magni dixiſſe palatia cœli.
Idem:Quam tanti fuerint cadere,ut palatia cernas. Rubigo.
Martialis:Vteris ore aliter,nimiaq́; rubigine captus.
Vergil.Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila. Rudo.
Idem:Vincla recuſantum,& ſera ſub nocte rudentum.
Perſius:Findor,& Arcadiæ pecuaria rudere credas. Strigilis.
Idem:I puer,& ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.
Iuuenal.Strigilibus pleno componit lintea gutto. Thetys.
Vergil.Quæ tentare Thetyn ratibus,quæ cingere muris.
Ouid.Fulſit,& ad canam deſcendit in æquora Thetyn. Veſeuus.
Statius:Creſcit,& inſani ſolatur damna Veſeui.
Silius:Monſtrantur Veſeua iugo,atq; in uertice ſummo.

Mediarum ſyllabarum communium teſtimonia.

Batauus.
Lucanus:Vangiones,Batauiq́; truces,quos ære recuruo.
Iuuenal.Hic petit Euphratem iuuenis,domitiq́; Bataui. Cibele.
Martialis:Hinc uiduæ Cibeles,illinc ſacraria Veſtæ.
Propertius:Vel tu quæ tardam mouiſti fune Cibelem. Caiphas.
Iuuencus:Pulchra Caiphææ collucent atria ſedis.
Sedulius:Protinus ad triſtes Caiphæ deducitur ædes. Chorea.
Vergil.Pars pedibus plaudunt,choreas & carmina dicunt.
Idem:Immemores noſtri feſtas duxere choreas. Ficedula.
Iuuenal.Mergere ficedulas didicit nebulone parente.
Martial.Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. Malea.
Vergilius:Ionioq́; mari:Maleæq́; ſequacibus undis.
Statius:Diſtinet,& raucæ circunſonat ora Maleæ. Porſena.
Martialis:Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.

Vergil

*Verg.*Necnon *Tarquinium eiectum Porſena iubebat.* *Pharſalia.* *Catullus:Pharſaliam coëunt,Pharſalia tecta frequentant.*

De ultimis ſyllabis.

A In fine dictionis producitur. ut, Forma in ablatiuo:Ara,uerbum:Interea:Vltra.

Ouid.Moribus & forma conciliandus amor.

Idem:Nudus ara,ſere nudus,hyems ignaua colonos.

Idem:Interea longum cantu ſolata laborem

Idem:Vltra promiſſum tempus abeſſe queror.

Sed Eadem,ablatiuus uariatur.

Vergilius:Vna eademq; uia ſanguisq; animusq; ſequuntur.

Horat.Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem.

Sed nominatiuus,accuſatiuus,& uocatiuus utriuſque numeri corripiuntur.

Ouid.Ebrietas ut uera nocet,ſic ficta iuuabit.

Idem:Theſea deuoui,quia te dimittere nollet.

Vergil.Caſta faue Lucina,tuus iam regnat Apollo.

Ouid.Non boue mactato cœleſtia numina gaudent.

Idem:Heu patior telis uulnera facta meis.

Vergil.Et uos ò lauri carpam,& te proxima myrte.

Vocatiuus tamen Græci nominis, in as, aut in es, finiti,producitur.ut,Aeneas ò Aenea : Pallas, ò Palla:Anchiſes,ò Anchiſa.

Vergil.Aenea uigila,& uelis immitte rudentes.

Idem:Teq; iuuat Palla,ſed bellis acer Eleſus.

Idem:Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.

APPENDIX.

Numeralia in,ginta,producuntur.

Vergil.Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Sed in,genta,corripiuntur.

Iuuenal.Quadringenta dedit Graccus ſeſtertia dotem.

APPENDIX.

Ita, & Quia, item Poſtea & Puta aduerbia corripiuntur.

Ouidius:Scilicet ut tauros,ita te iuga ferre coëgit.
Idem:Non quia tu dignus, ſed quia mitis ego.
Idem:Poſtea mirabar cur non ſine litibus eſſet.
Perſius:Hoc puta non iuſtum,hoc illud malè,rectius iſtud.

E.

E,in fine dictionis corripitur.

Vergilius:Heu fuge nate Dea,teq; his,ait,eripe flammis.
Martial.Reſpicis ore Iouem,de Ganymede loquor.
Vergil.Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui.

Sed monoſyllaba producuntur.

Ouid.In me crudelis non potes eſſe diu.
Idem:In te fingebam uiolentos Troas ituros.
Vergil.Se quoq; principibus permiſtum agnouit Achiuis.
Ouid.Conſule de facie,corporibuſq; diem.
Idem:Vltimus è ſocijs ſacram conſcendis in Argo.
Idem:Non repetiſſe parum eſt,pugnas ne reddar Achille.
Vergil.Deiphobus contrà,ne ſæui magna ſacerdos.

APPENDIX.

Quę,tamen & Ve,item Ne,tum interrogatiuum, tum indefinitum,corripiuntur.

Vergil.Complexi inter ſe,noctemq;,diemq; morantur.
Idem:Argolico'ne mari deprænſus in urbe Mycenæ.
Idem:Iuſtitiæ'ne prius mirer,belli'ne laborem?
Horat.Intererit multum,Dauus'ne loquatur,an herus.

Que,licenter à Vergilio producitur,ait enim Aeneidos tertio, Liminaq;,lauruſq; Dei,totuſq; moueri. Quam licentiam hac ratione defendit Seruius: Omnis particula,inquit, quæ ſui ſubſtantiam nõ habet,membrum putatur ſuperioris: quod ſi eſt,Liminaq;

quaſi

quaſi una pars orationis eſt: & ſic,q;, meritò per cæſuram producitur.

Græca in e,fœminina,quæ referuntur ad primam Latinorum declinationem, producuntur. ut, Crambe,Penelope.

Iuuenal.Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Ouid.Penelope coniunx ſemper Vlyßis ero. Iuuenalis tamē corripuit ablatiuū Calpe,quaſi à nominatiuo Calpes,calpis, ait enim:

Aequora tranſilijt,ſed longè Calpe relicta. Sed Lucanus regulam ſecutus,eundem produxit dicens:

Heſpèriam Calpe ſomnoq; impleuit Atlante.

APPENDIX.

Omnis ablatiuus ſingularis quintæ declinationis, e,finalē producit.ut,Res,ab hac Re.Dies,ab hac Die.

Horat.Et genus & uirtus (niſi cum re) uilior alga eſt.

Vergilius: Libra die,ſomniq; parēs ubi fecerit horas. Hijs adijci poteſt Fame,à Fames,olim quintæ declinationis.

Ouid.Iamq; fame patrias,altiq; uoragine uentris.

APPENDIX.

In e,ſemper pluralia producuntur.ut Tempe,Cete,Mele.

Valer.Flac.Cerneret & uiridi Tempe luctantia fumo.

Silius:Ad murmur cete toto exultantia ponto.

Lucret.Et cygnea Mele,Phœbeaq; Dædala chordis.

APPENDIX.

Secunda ſingularis perſona præſentis imperatiui, ſecundę coniugationis,ubique producitur.ut,Maue, à maneo:Salue.

Ouid.Sæpe mane dixit,quum iam properaret Achilles.

Idem:Salue feſta dies,meliorq; reuertere ſemper.

Sed Caue, & Vale, cum paucis aliis, ultima cor-

repta nonnunquam leguntur.

Quia fuerunt apud ueteres tertiæ coniugationis.
Ouid. Vade, uale, caue ne titubes, mandataq; frangas.
Idem: Idq; quod ignoti faciunt, uale dicere ſaltem.

APPENDIX.

Aduerbia in e, ab adiectiuis ſecundæ declinationis producuntur. ut, Piè, à pius: Purè, à purus.
Tibullus: Quid'ue piè dum ſacra colis, pureq; lauaris.

Sed Bene, & Malè, corripiuntur.
Ouid. At bene cautus eras, & memor ante mei.
Vergil. Iam ſibi tum curuis malè temperat unda carinis.

APPENDIX.

Ferme, & Ferè, ultimam producunt.
Iuuenal. Mobilis & uaria eſt ferme natura malorum.
Idem. Nulla ferè cauſa eſt, in qua non fœmina litem Mouerit.

APPENDIX.

Ohe, interiectio ultimam uariat.
Vergil. Heu ohe Bacche fremens ſolum te uirgine dignum.
Horat. Importunus amat laudari, donec ohe iam.

I.

I, in fine dictionis producitur.
Ouid. Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint, Non mouet.
Idem: Nec cuſtodiri, ni uelit, ipſa poteſt.

Sed datiuus & uocatiuus Græcorum tertiæ declinationis, corripiuntur. ut Palladi, Amarilli.
Statius: Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorem.
Vergil. Mirabar quid mœſta Deos Amarilli uocares.

APPENDIX.

Moly, quoq;, y, finalem corripit.
Ouid. Moly uocant Superi, nigra radice tenetur.

Mihi, Tibi, Sibi, Niſi, Quaſi, Vbi, & Ibi, uariantur.
Ouid. Hei mihi, quàm multis flebilis ultor eris?
Idem: Ipſa mihi dixi, ſi ualet, ipſe uenit.
Idem: Templa tibi ſtatuam, tribuam tibi thuris honores.
Lucan. Non ſibi, ſed Domino grauis eſt, quæ ſeruit, egeſtas.
Vergil. Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.
Ouid. Nec quicquã niſi uulnus erat, cruor undiq; manat.
Sidonius: Sint tantum penitusq; niſi nihil eſſe probentur.
Ouidius: Et quaſi diſcedens oſcula ſumma dedi.
Lucret. Et deuicta quaſi cogantur ferre, patiq;.
Ouid. Promiſſus ſocios ubi nunc Hymenæus in annos?
Tibull. Laurus ubi bona ſigna dedit, gaudete coloni.
Ouidius: Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus.
Idem: Non uigil ales ibi criſtati cantibus oris.

O.

O, in fine dictionis uariatur.
Martialis: Dum matrem nemo det tibi: nemo patrem.
Idem: Splendida ſit nolo, ſordida nolo cutis.
Idem: Quando breuis gelidæ miſſa eſt toga tempore brumæ,
Argenti quando miſſa ſelibra mihi?
Sed Duo & Scio uix producta leguntur. Ego produci aliquoties reperitur.
Verg. in Diris. Auſus ego primus caſtos uiolare pudores.
Auſonius: Separator unus ego, ſed partem ſumo minorem. Correptio tamen ut longè eſt frequentior, ita imitatione multo dignior.

Sed monoſyllaba ſemper producuntur. ut, Do, Pro, O.
Martial. Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis.
Verg. Pro molli uiola, pro purpureo narciſſo.
Idem: O formoſe puer nimium ne crede colori.

APPENDIX.

Datiui,& ablatiui ſingulares ſecundæ declinationis,o,finalem producunt.

Ouidius: Si mihi pauca queri de te dominoq́;,uiroq́;.
Fas eſt,de domino pauca,uiroq́; querar.

Sed Eodem,o,uariat.

Vergil.Vno eodemq́; igni,ſic noſtro Daphnis amore.
Horat.Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.

APPENDIX.

Producuntur aduerbia ex nominibus deducta.ut, Quantò,à quantus:Multò,à multus.

Ouidius: Sed quantò minus ire uales,magis ire memento.
Vergil. Verum id quod multò tute ipſe fatebere maius.

Sed Citò,Modò,& Quomodò,corripiuntur.

Iuuenal. Et citò rapturus de nobilitate comeſa.
Ouidius: Et modò ſol nimius,nimius modò corripit imbre.
Martial. Quum ſit tam pauper,quomodò cæcus amat.

His addi uolunt nonnulli, Sedulò,Mutuò,Crebrò,& Profectò: ſed teſtimonia non afferunt.

Sero tamen,& Ergo uariantur.

Statius: Serò memor thalami mœſtæ ſolatia matris.
Tibull. Heu ſerò reuocatur amor,ſeròq́; iuuentus.
Martialis: Ergo nihil nobis,inquis, præſtabis amicus.
Vergil. Fortunate ſenex,ergo tua rura manebunt.

Sed pro cauſa ſemper produci uolunt.

APPENDIX.

Græca in o,fœminina ſemper producũtur.ut, Alecto,Clio,Sappho.

Ouidius: Affuit Allecto breuibus torquata colubris.
Idem: Non mihi ſunt uiſæ Clio,Cliusq́; ſorores.
Idem: Me certè Sappho meliorem fecit amicæ.

Genitiuus Græcus in o,tertiæ declinationis,ſemper extenditur.ut,Androgeus,huius Androgeo.

Vergil.Androgeo galeam,clypeiq; inſigne decorum Induitur.

V.

V,in fine dictionis ubiq; producitur.

Ouidius: Vnda die gelida eſt,ortuq;,obituq; caleſcit.

Iuuenalis: Nil dictu fœdum,uiſuq; hæc limina tangat.

B,D,T.

B,D,& T, in fine dictionis corripiuntur.ut,Ob, Ad,Caput.

Horatius: Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum.

Vergilius: Hinc uia tartarei,quæ fert Acherontis ad undas.

Idem: Quum caput obſcura nitidum ferrugine texit.

Sed t,in conciſis aliquoties productum inuenitur. ut,neſciit pro neſciuit.Vbi duo ii correpta in unum longum ſcandendo contrahuntnr.

Iuuenalis: Quis neſciit,aut quis non uidit uulnera Palli?

Sic Obiit,pro obiuit.

Idem:Magnus ciuis obiit,& formidatus Othoni.

Sic item Petiit,pro petiuit.

Vergilius: Sceptra Palatini,ſedemq; petiit Euandri. Interiit.

Ouid. Interiit,at uos pro fama uincite ueſtra. Subiit.

Horat. Quum grauius dorſo ſubiit onus,incipit ille.

At in duobus poſtremis non fit ſcandendo contractio. Cæterũ rectius & ſæpius corripitur.ut,audiit.

Vergilius: Audiit & cœli genitor de parte ſerena.

Idem: Audiit & Triuiæ longè lacus,audiit amnis.

C.

C, in fine dictionis producitur. ut, Hîc, aduerbium:

Exempla poſitionis ſunt Eſſem, Eſſe: Ferrem, Ferre: Vellẽ, Velle. Sed in ſecundo exceſſu producitur. ut, Eſſemus, Fuiſſemus, Feremus, Tuliſſemus, Vellemus, Voluiſſemus: pro quibus omnibus unũ ſufficerit Vergilij teſtimonium.

Daphnin ad aſtra feremus, amauit nos quoq; Daphnis.

I, in incrementis.

I, in uerborum incrementis corripitur. ut, Petitur, tentabimus.

Ouid. Quid petitur ſacris tantum, niſi fama poëtis?

Idem: Reſtat iter cœli, cœlo tentabimus ire.

Sed in primo quartæ coniugationis incremento producitur. ut, Ito, Audite.

Vergil. Tu ne cede malis, ſed contra audentius ito.

Ouid. Quo ruitis Danai? uentos audite uetantes.

APPENDIX.

I, quoq; in uerborum Sum & Volo, incrementis ſemper producitur. ut, Sitis, Velimus, Nolito.

Ouidius: Sitis & in tuto ſemper amore pares.

Horatius: Sunt delicta tamen, quibus ignouiſſe uelimus.

Martialis: Nolito fronti credere, nupſit heri.

APPENDIX.

I, producitur, ſequente u, in uerborum cuiuſcunq; coniugationis incremento. ut, Quæro, quęſiui: Audio audiui.

Lucan. Atque iram Superûm raptis quæſiuit in extis.

Statius: Audiuere patres, ego iuxta buſta profuſis.

APPENDIX.

Imus, in omni prӕterito perfecto corripitur. ut, Venimus, Tranauimus, Egerimus.

Vergil. Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Idem: Egerimus noſti, & nimium meminiſſe neceſſe eſt.

Mart.

Sed itis,in præterito perfecto ferè producitur:nam & ſecundam quoq; perſonam ſingularem in is, (unde fit itis)ultima producta ſæpe legimus.ut, Occideris,Reſpueris,Contigeritis,Tranſieritis.

Horat.Quum ſemel occideris,& de te ſplendida Minos.
Tibullus:Reſpueris etiam Phœbo gratiſsima dona.
Ouidius:Conſulis ut limen contigeritis erit.
Idem:Et maris Ionij tranſieritis aquas.

O,& u,in incrementis.

O,in uerborum incrementis ubique ~~corripitur~~ producitur:u, ſemper corripitur.ut, Eſtote, Facitote, Sumus, Nolumus.

Ouid.Morte iacent merita,teſtes eſtote Philippi.
Idem:Quumque loqui poterit,matrem facitote ſalutet.
Horat.Nos numerus ſumus,& fruges conſumere nati.
Ouid.Nolumus aſsiduis animum tabeſcere curis.

De primis propriorum ſyllabis.

Primæ propriorum nominum ſyllabæ pro commoditate carminis modò corripi, modò produci poſſunt,niſi obſtet poſitio,aut aliter poëtæ probatiſsimi uſi fuerint.

Vſus poëtarum uniformis pro regula iure habetur.unde Saturnus,Titan,Iuno,Latona,& id genus plurima, primã ſemper habent longam. Contrà Apollo, Vlyſſes. Achilles, Ceres, & huiuſmodi non pauca,primam habent ſemper breuem.

De ſyllabis exemplo cognoſcendis.

Exemplo cognoſcũtur ſyllabæ, ſi deficiente regula,ad probatos poëtas confugiamus.

Vt ſi neſcias in Vetus,& Colo,quãta ſit prima:ſcies eſſe breuẽ, ſicut in Olim,& Vita eandẽ eſſe longam,ex illo Vergilij carmine,
Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini.

Eodem modo ſi neſcias quanta ſit ſecunda in animus, Celeris, & Diuido: ſcies eſſe breuem ex illo item Vergilij.

Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.

Deniq; ſi neſcias quanta ſit ſecunda in Regina & Pecunia: ſcies eſſe longam ex illo Horatij,

Et genus & formam Regina pecunia donat.

Tenendi ſunt igitur quamplurimi optimorum poëtarum uerſus, ut quemadmodum illi uſi fuerint ſyllabis, ita & nos utamur. Et quoniam infinitum propè eſſet, quas ſemper aut corripuerint, aut produxerint poëtæ, colligere: eas tantum quibus indifferenter uſi inueniuntur: quotquot potuimus, hic ſubiunximus.

Primarum ſyllabarum communium teſtimonia.

Britannus.

Vergil. Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.

Iuuenal. Nã quid Britannis cœlum differre putamus? *Bithinus.*

Idem: Quanquam & Cappadoces faciant, equitesq́; Bithini.

Val. Flac. Bithino, Phrygio'ue ſatum, ſed quem ſua noto. *Cacus.*

Ouidius: His Cacus horrendum Tiberino gurgite monſtrum.

Idem: Cacus Auentinæ timor, atq; infamia ſyluæ. *Coralium.*

Claudianus: Mergit ſe ſubitò, uellitq́; coralia Clotho.

Ouidius: Nunc quoq; coralijs eadem natura remanſit. *Coſyra.*

Idem: Fertilis eſt Melite, ſterili uicina Coſyræ.

Silius: Et bellare Tebas docilis, Coſyraq́; parua. *Crathis.*

Ouid. Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusq́;, Hypanisq́;, Crathisq́;.

Idẽ: Crathis, & hinc Sybaris ueſtris conterminus oris. *Criticus.*

Horat. Vt Critici dicunt, leuiter curare uidetur.

Martial. Aequalis liber eſt, Critice qui malus eſt. *Sunt qui Cretice legere malunt.* *Curetes.*

Lucanus: Illic bellaci confiſus gente Curetum.

Ouidius: Celme Ioui, largoq́; ſatos Curetas ab imbri. *Diana.*

Vergil. Tergeminamq́; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ.

Idem

Idem:Exercet Diana choros,quam mille ſecutæ. Fidena.
Idem:Hi tibi Nomentum,& Gabios,urbemq́; Fidenam.
Iunenalis:Viuat Fidenis,& agello cedo paterno. Flabellum.
Ouid.Profuit interdum uentos mouiſſe flabello.
Propertius:Et modo pauonis caudæ flabella ſuperbæ. Gradiuus.
Ouidius:Et genus à magno ducentem forte Gradiuo.
Vergil.Gradiuumq́; patrē,Geticis qui præſidet armis. Hymen.
Catullus:Hymen ò hymeneæ Hymen ades,ò Hymeneæ. Italus.
Vergil.Hinc Auguſtus agens Italos in prælia Cæſar.
Idem:Coniecto ſternit iaculo,uolat Itala cornus. Lauinia.
Vergil.Exulibus'ue datur ducenda Lauinia Teucris.
Idem:Illo quæratur coniux Lauinia campo. Liquor.
Lucret.Fiet uti cibus omnis & aridus,& liquor ipſe.
Idem:Pondus uti ſaxis,calor ignis,liquor aquarum. Liquidus.
Idem:Craſſaq́; conueniunt liquidis,& liquida craßis. Lycas.
Vergil.Inde Lycam ferit eiectum iam matre perempta.
Idem:Protinus Antæum & Lycam,prima agmina Turni. Obex.
Silius:Et fidos certant obices accreſcere ſylua.
Vergil.Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Orion.
Idem:Quum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion.
Ouid.Enſifer Orion æquore merſus erit. Pachinus.
Vergil.Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachini.
Idē:E quibus imbriferos uerſus Pachinus ad auſtros. Sic Palatinus.
Martial.Summa palatini poteras æquare coloßi.
Idem:Qui palatinæ caperet conuiuia menſæ. Pugillaris.
Prudentius:Vnde pugillares ſoliti percurrere ceras.
Iuuenal.Nec pugillares defert in balnea raucus. Pelion.
Silius:O ſſaq́; quum Pelio,quumq́; Hæmo ceſſerit Othris.
Ouidius:Pelion Aemonidæ mons eſt obuerſus in auſtros. Pyrene.
Tibullus:Non ſine me eſt tibi partus honos,tua bella Pyrene.
Lucanus:Nubiferos colleis,atq; aëriam Pyrenam. Sychæus.

Vergil.Anna(fatebor enim)miſeri poſt fata Sychæi.
*Idem:*Huic coniux Sychæus erat ditiſſimus agri. *Sicanos.*
*Idem:*Fida reor fraterna Erycis,portusq; Sicanos.
*Idem:*Sicano prætenta ſinu iacet inſula contra. *Palatium.*
*Idem:*Haud timeam magni dixiſſe palatia cœli.
*Idem:*Quam tanti fuerint cadere,ut palatia cernas. *Rubigo.*
*Martialis:*Vteris ore aliter,nimiaq; rubigine captus.
*Vergil.*Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila. *Rudo.*
*Idem:*Vincla recuſantum,& ſera ſub nocte rudentum.
*Perſius:*Findor,& Arcadiæ pecuaria rudere credas. *Strigilis.*
*Idem:*I puer,& ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.
*Iuuenal.*Strigilibus pleno componit lintea gutto. *Thetys.*
*Vergil.*Quæ tentare Thetyn ratibus,quæ cingere muris.
*Ouid.*Fulſit,& ad canam deſcendit in æquora Thetyn. *Veſeuus.*
*Statius:*Creſcit,& inſani ſolatur damna Veſeui.
*Silius:*Monſtrantur Veſeua iugo,atq; in uertice ſummo.

Mediarum ſyllabarum commu-nium teſtimonia.

Batauus.
*Lucanus:*Vangiones,Batauiq; truces,quos ære recuruo.
*Iuuenal.*Hic petit Euphratem iuuenis,domitiq; Bataui. *Cibele.*
*Martialis:*Hinc uiduæ Cibeles,illinc ſacraria Veſtæ.
*Propertius:*Vel tu quæ tardam mouiſti fune Cibelem. *Caiphas.*
*Iuuencus:*Pulchra Caiphææ collucent atria ſedis.
*Sedulius:*Protinus ad triſtes Caiphæ deducitur ædes. *Chorea.*
*Vergil.*Pars pedibus plaudunt,choreas & carmina dicunt.
*Idem:*Immemores noſtri feſtas duxere choreas. *Ficedula.*
*Iuuenal.*Mergere ficedulas didicit nebulone parente.
*Martial.*Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. *Malea.*
*Vergilius:*Ionioq; mari:Maleæq; ſequacibus undis.
*Statius:*Diſtinet,& raucæ circunſonat ora Maleæ. *Porſena.*
*Martialis:*Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.

Vergil

Verg.*Necnon Tarquinium eiectum Porſena iubebat.* Pharſalia.
Catullus:*Pharſaliam coeunt,Pharſalia tecta frequentant.*

De ultimis ſyllabis.

A In fine dictionis producitur. ut, Forma in ablatiuo: Ara, uerbum: Interea: Vltra.
Ouid.*Moribus & forma conciliandus amor.*
Idem:*Nudus ara,ſere nudus,hyems ignaua colonos.*
Idem:*Interea longum cantu ſolata laborem*
Idem:*Vltra promiſſum tempus abeſſe queror.*

Sed Eadem,ablatiuus uariatur.
Vergilius:*Vna eademq; uia ſanguisq; animusq; ſequuntur.*
Horat.*Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem.*

Sed nominatiuus,accuſatiuus,& uocatiuus utriuſque numeri corripiuntur.
Ouid.*Ebrietas ut uera nocet,ſic ficta iuuabit.*
Idem:*Theſea deuoui,quia te dimittere nollet.*
Vergil.*Caſta faue Lucina,tuus iam regnat Apollo.*
Ouid.*Non boue mactato cœleſtia numina gaudent.*
Idem:*Heu patior telis uulnera facta meis.*
Vergil.*Et uos ò lauri carpam,& te proxima myrte.*

Vocatiuus tamen Græci nominis, in as, aut in es, finiti,producitur.ut,Aeneas ò Aenea : Pallas, ò Palla:Anchiſes,ò Anchiſa.
Vergil.*Aenea uigila,& uelis immitte rudentes.*
Idem:*Teq; iuuat Palla,ſed bellis acer Eleſus.*
Idem:*Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.*

APPENDIX.

Numeralia in,ginta,producuntur.
Vergil.*Triginta capitum fœtus enixa iacebit.*

Sed in,genta,corripiuntur.
Iuuenal.*Quadringenta dedit Graccus ſeſtertia dotem.*

APPENDIX.

Ita, & Quia, item Poſtea & Puta aduerbia corripiuntur.

Ouidius: *Scilicet ut tauros, ita te iuga ferre coëgit.*
Idem: *Non quia tu dignus, ſed quia mitis ego.*
Idem: *Poſtea mirabar cur non ſine litibus eſſet.*
Perſius: *Hoc puta non iuſtum, hoc illud malè, rectius iſtud.*

E.

E, in fine dictionis corripitur.

Vergilius: *Heu fuge nate Dea, teq; his, ait, eripe flammis.*
Martial. *Reſpicis ore Iouem, de Ganymede loquor.*
Vergil. *Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui.*

Sed monoſyllaba producuntur.

Ouid. *In me crudelis non potes eſſe diu.*
Idem: *In te fingebam uiolentos Troas ituros.*
Vergil. *Se quoq; principibus permiſtum agnouit Achiuis.*
Ouid. *Conſule de facie, corporibusq; diem.*
Idem: *Vltimus è ſocijs ſacram conſcendis in Argo.*
Idem: *Non repetiſſe parum eſt, pugnas ne reddar Achille.*
Vergil. *Deiphobus contrà, ne ſæui magna ſacerdos.*

APPENDIX.

Que, tamen & Ve, item Ne, tum interrogatiuum, tum indefinitum, corripiuntur.

Vergil. *Complexi inter ſe, noctemq;, diemq; morantur.*
Idem: *Argolico'ne mari deprænſus in urbe Mycenæ.*
Idem: *Inſtitiæ'ne prius mirer, belli'ne laborem?*
Horat. *Intererit multum, Dauus'ne loquatur, an herus.*

Que, licenter à Vergilio producitur, ait enim Aeneidos tertio, Liminaq;, laurusq; Dei, totusq; moueri. Quam licentiam hac ratione defendit Seruius: Omnis particula, inquit, quæ ſui ſubſtantiam nō habet, membrum putatur ſuperioris: quod ſi eſt, Liminaq;

quaſi una pars orationis eſt: & ſic,q; meritò per cæſuram producitur.

Græca in e,fœminina,quæ referuntur ad primam Latinorum declinationem, producuntur. ut, Crambe,Penelope.

Iuuenal.Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.
Ouid.Penelope coniunx ſemper Vlyßis ero. Iuuenalis tamē corripuit ablatiuū Calpe,quaſi à nominatiuo Calpes,calpis, ait enim:
Aequora tranſilijt,ſed longè Calpe relicta. Sed Lucanus regulam ſecutus,eundem produxit dicens:
Heſpèriam Calpe ſomnoq; impleuit Atlante.

APPENDIX.

Omnis ablatiuus ſingularis quintæ declinationis, e,finalē producit.ut,Res,ab hac Re.Dies,ab hac Die.

Horat.Et genus & uirtus(niſi cum re)uilior alga eſt.
Vergilius: Libra die,ſomniq; pareś ubi fecerit horas. Hijs adijci poteſt Fame,à Fames,olim quintæ declinationis.
Ouid.Iamq; fame patrias,altiq; uoragine uentris.

APPENDIX.

In e,ſemper pluralia producuntur.ut Tempe,Cete,Mele.

Valer.Flac.Cerneret & uiridi Tempe luctantia fumo.
Silius:Ad murmur cete toto exultantia ponto.
Lucret.Et cygnea Mele,Phœbeaq; Dædala chordis.

APPENDIX.

Secunda ſingularis perſona præſentis imperatiui, ſecundę coniugationis,ubique producitur.ut,Mane, à maneo:Salue.

Ouid.Sæpe mane dixit,quum iam properaret Achilles.
Idem:Salue feſta dies,meliorq; reuertere ſemper.

Sed Caue, & Vale, cum paucis aliis, ultima cor-

repta nonnunquam leguntur.

Quia fuerunt apud ueteres tertiæ coniugationis.

Ouid. *Vade, uale, caue ne titubes, mandataq; frangas.*

Idem: *Idq; quod ignoti faciunt, uale dicere ſaltem.*

APPENDIX.

Aduerbia in e, ab adiectiuis ſecundæ declinationis producuntur. ut, Piè, à pius: Purè, à purus.

Tibullus: *Quid'ue piè dum ſacra colis, pureq; lauaris.*

Sed Bene, & Malè, corripiuntur.

Ouid. *At bene cautus eras, & memor ante mei.*

Vergil. *Iam ſibi tum curuis malè temperat unda carinis.*

APPENDIX.

Ferme, & Ferè, ultimam producunt.

Iuuenal. *Mobilis & uaria eſt ferme natura malorum.*

Idem. *Nulla ferè cauſa eſt, in qua non fœmina litem Mouerit.*

APPENDIX.

Ohe, interiectio ultimam uariat.

Vergil. *Heu ohe Bacche fremens ſolum te uirgine dignum.*

Horat. *Importunus amat laudari, donec ohe iam.*

I.

I, in fine dictionis producitur.

Ouid. *Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint,* Non mouet.

Idem: *Nec cuſtodiri, ni uelit, ipſa poteſt.*

Sed datiuus & uocatiuus Græcorum tertiæ declinationis, corripiuntur. ut Palladi, Amarilli.

Statius: *Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorem.*

Vergil. *Mirabar quid mœſta Deos Amarilli uocares.*

APPENDIX.

Moly, quoq;, y, finalem corripit.

Ouid. *Moly uocant Superi, nigra radice tenetur.*

Mihi,Tibi,Sibi,Niſi,Quaſi,Vbi,& Ibi,uariantur.

Ouid. Hei mihi,quàm multis flebilis ultor eris?
Idem: Ipſa mihi dixi,ſi ualet,ipſe uenit.
Idem: Templa tibi ſtatuam,tribuam tibi thuris honores.
Lucan. Non ſibi,ſed Domino grauis eſt,quæ ſeruit,egeſtas.
Vergil. Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.
Ouid. Nec quicquã niſi uulnus erat,cruor undiq; manat.
Sidonius: Sint tantum penitusq; niſi nihil eſſe probentur.
Ouidius: Et quaſi diſcedens oſcula ſumma dedi.
Lucret. Et deuicta quaſi cogantur ferre,patiq;.
Ouid. Promiſſus ſocios ubi nunc Hymenæus in annos?
Tibull. Laurus ubi bona ſigna dedit,gaudete coloni.
Ouidius: Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus.
Idem: Non uigil ales ibi criſtati cantibus oris.

O.

O,in fine dictionis uariatur.

Martialis: Dum matrem nemo det tibi:nemo patrem.
Idem: Splendida ſit nolo,ſordida nolo cutis.
Idem: Quando breuis gelidæ miſſa eſt toga tempore brumæ,
Argenti quando miſſa ſelibra mihi?
Sed Duo & Scio uix producta leguntur. Ego produci aliquoties reperitur.
Verg. in Diris. Auſus ego primus caſtos uiolare pudores.
Auſonius: Separator unus ego,ſed partem ſumo minorem. Correptio tamen ut longè eſt frequentior,ita imitatione multo dignior.

Sed monoſyllaba ſemper producuntur. ut, Do, Pro,O.

Martial. Do tibi naumachiam,tu das epigrammata nobis.
Verg. Pro molli uiola,pro purpureo narciſſo.
Idem: O formoſe puer nimium ne crede colori.

APPENDIX.

Genitiuus Græcus in o,tertiæ declinationis,ſemper extenditur.ut,Androgeus,huius Androgeo.
Vergil.Androgeo galeam,clypeiq; inſigne decorum Induitur.

V.

V,in fine dictionis ubiq; producitur.
Ouidius: Vnda die gelida eſt,ortuq;,obituq; caleſcit.
Iuuenalis: Nil dictu fœdum,uiſuq; hæc limina tangat.

B,D,T.

B,D,& T, in fine dictionis corripiuntur.ut,Ob, Ad,Caput.
Horatius: Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum.
Vergilius: Hinc uia tartarei,quæ fert Acherontis ad undas.
Idem: Quum caput obſcura nitidum ferrugine texit.

Sed t,in conciſis aliquoties productum inuenitur. ut,neſciit pro neſciuit.Vbi duo ii correpta in unum longum ſcandendo contrahuntnr.
Iuuenalis: Quis neſcijt,aut quis non uidit uulnera Pali?
Sic Obijt,pro obiuit.
Idem: Magnus ciuis obijt,& formidatus Othoni.
Sic item Petijt,pro petiuit.
Vergilius: Sceptra Palatini,ſedemq; petijt Euandri. Interijt.
Ouid. Interijt,at uos pro fama uincite ueſtra. Subijt.
Horat. Quum grauius dorſo ſubijt onus,incipit ille.
At in duobus poſtremis non fit ſcandendo contractio. Cæterũ rectius & ſæpius corripitur.ut,audijt.
Vergilius: Audijt & cœli genitor de parte ſerena.
Idem: Audijt & Triuiæ longè lacus,audijt amnis.

C.

C, in fine dictionis producitur. ut, Hîc, aduerbium:

bium:Sic Huc.

Vergilius: Claſſibus hic locus,hic acies certare ſolebant.
Idem: Sic oculos,ſi c ille manus,ſic ora ferebat.
Idem: Huc ades ô Melibœe,caper tibi ſaluus,& hœdi.

Sed Nec & Donec,corripiuntur.

Martialis: Quanta nec in Libycis debuit eſſe iugis.
Silius: Donec abundanter diffuſa ſanguine latè.

APPENDIX.

Hic,pronomen,& Fac,uariantur.

Vergil. Solus hic inflexit ſenſus,animumq́; labantem.
Horatius: Stultus & improbus hic amor eſt,dignusq́; notari,
Ouidius: Durius incedit,fac obambulet,omne papillæ.
Idem: Hos fac Armenios,hæc eſt Danacia Perſis.

L.

L,in fine dictionis corripitur.ut,Semel,Nihil.

Ouidius: Quum ſemel emiſſi tenuerunt æquora uenti.
Iuuenal. Intolerabilius nihil eſt,quàm fœmina diues.

Sed Nil,& Sol ~~corripiuntur~~. producuntur

Horat. Nil oriturum aliás,nil ortum tale fatentes.
Ouidius: Vlterius ſpatium medio ſol altus habebat.

M.

M, in fine dictionis interimitur ſequente uocali, quæ tamen olim corripiebatur.ut,Soſpitē,Militum.

Catullus: Soſpitem ereptum ſe oſtendit uiſere portum.
Ennius: Inſignita ferè tum millia militum octo.

N.

N,in fine dictionis producitur.ut,Titan,Ixion.

Lucanus: Vnde uenit Titan,& nox ubi ſydera condit.
Horatius: Perfidus Ixion,Iô uaga,triſtis Oreſtes.

Sed An,Forſan,Forſitan,In,Tamē,& Viden,corripiuntur.

Horatius: Colchus an Aßyrius,Thebis nutritus an Argis.
Ouidius: Forſan in hoc dubitem,numeris melioribus aptus.
Idem: Forſitan & narras,quàm ſit tibi ruſtica coniux.
Idem: Nec fera tempeſtas toto tamen errat in anno.
Vergilius: Educet,uiden ut geminæ ſtant uertice criſtæ.

APPENDIX.

In En,e,in i,mutantia,in genitiuo n,finalem corripiunt.ut,Crimen criminis:Carmen carminis.
Manilius: Crimen ubiq; frequens,& laudi noxia iuncta eſt.
Ouid. Omne fuit muſæ carmen inerme meæ.

Hymen uerò uariatur.
Catull. Hymen ô hymenee,hymen ades ô hymenee.

APPENDIX.

In On,ſecundæ declinationis,quæ Latinè uertuntur in um,corripiuntur.ut,Pelion,Erotion.
Lucanus: Pelion opponit radijs naſcentibus umbras.
Martial. Pallida nec nigras horreſcit Erotion umbras.

APPENDIX.

Omnis accuſatiuus in n,nominatiuo in a,us,eus, aut is,corripitur.ut,Aeginan,ab Aegina: Menelaon, à Menelaus:Orpheon,ab Orpheus:Ibin,ab Ibis.
Statius: Nanq; ferunt raptam patrijs Aeginam ab undis.
Ouidius: Ardet amore tui,ſic & Menelaon amauit.
Idem: Strimoniæ matres Orpheon eſſe ratæ.
Idem: Et fletu madidis Ibin adite genis.

P.

P,in fine dictionis ſemel productum inuenitur.ut Volup.
Ennius: Quo cum multa Volup,ac gaudia clamq;,palamq;.

R.

R,in fine dictionis corripitur.ut Iuppiter,Hector.
Ouid. Iuppiter in cœlo periuria ridet amantum.

Auſonius tamen corripuit Helias,*Dicens:*
Helias,& ſolido cum corpore præuius Enoch.

Sed in As,tertiæ declinationis,quorum genitiuus in adis,uel ados,deſinit,corripiuntur.ut,Pallas,huius Palladis uel Pallados.

Ouid. Vt uidit uultus Pallas in amne ſuos.
Arcas,huius arcadis,uel arcados.
Idem: Arcas ades ter quinq; ferens natalibus annos.
Pythias huius pythiadis,uel pythiados.
Horatius: Pythias emuncto lucrata Simone talentum.

APPENDIX.

Accuſatiuus pluralis tertię declinationis,as,quoq; finalem corripit.ut,Troas,à tros,trois:Heroas,ab Heros,herois:Crateras,à Crater,crateris.

Ouidius: In te fiingebam uiolentos Troas ituros.
Vergil. Permiſtos heroas,& ipſe uidebitur illis.
Idem: Indulgent uino,uertunt crateras anhelos.

Es.

Es,in fine dictionis producitur.ut, Anchiſes, Voles,Quoties.

Vergil. Anchiſes alacris palmas utraſq; tetendit.
Ouidius: Si qua uoles aptè nubere,nube pari.
Vergil. O quoties,& quæ nobis Galatea locuta eſt.

Sed plurales Græcorum nominatiui tertiæ declinationis,corripiuntur.ut,Troës,Naiades.

Verg. Iam uerò Rutuli certatim,& Troës,& omnes.
Calphurnius: Adfuerunt ſicco Dryades pede,Naiades udo.

APPENDIX.

Es,à Sum,& Penes,corripiuntur.

Ouidius: Quiſquis es hoc mecum poteris conſidere ſaxo.
Sic & ab eo compoſita.ut,Ades,Potes.

Verg

Vergilius: Huc ades,*inſani feriant ſine littora fluctus.*
Ouid.Nec mihi credideris præſens potes ipſe uidere.
Horat. Quem penes arbitrium eſt,& ius & norma loquendi.

APPENDIX.

In es, neutra, ultimam corripiunt. ut, Hippomanes,Cachoëthes.

Iuuenal._Tenet inſanabile multos
Scribendi cachoëthes,& ægro in corde ſeneſcit.

APPENDIX.

In es,creſcentia in genitiuo corripiuntur.ut,Seges ſegetis:Diues,diuitis:Obſes,obſidis.

Horatius: Hæc *ſeges ingratos tulit,& feret omnibus annis.*
Vergilius: Diues *inacceſſos ubi ſolis filia lucos.*
Ouid.Qui mihi coniugij ſponſor,& obſes erat.

Sed Paries,Abies,Ceres,Aries,& Pes cum compoſitis producuntur.

Verg. Quam fixam paries illos ſeruabat in uſus.
Idem: Populus *in fluuijs,abies in montibus altis.*
Ouid. Prima Ceres *unco terram dimouit aratro.*
Lucanus: His *aries actus diſperget ſaxa lacertis.*
Ouid. Nec pes ire poteſt,intra quoq; uiſcera ſaxum eſt.
Lucan. Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem.

Is.

Is,in fine dictiōis corripitur.ut,Pluris,Fugis,Nimis.

Ouid. Pluris *opes nunc ſunt,quàm priſci temporis annis.*
Verg. Quem fugis ah demens,habitarunt Dij *quoq; ſyluas.*
Horat. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Sed omnis caſus pluralis in is,producitur.ut,Queis pro quibus.

Vergil. Queis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis.

Omneis,autem pro Omnes habet in fine diphthongum, quæ

nunquã

nunquam corripitur,niſi ſequente uocali.
Idem:Omneis ut tecum meritis pro talibus annos Exigat.

APPENDIX.

In is,quorum genitius creſcens longam habet penultimam,producuntur.ut,Lis,litis.
Ouidius:Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Sed Memphis & Tethys corripiuntur.
Martial.Iam tacet Eoum barbara Memphis opus.
Ouid.Tethys & extremo ſæpe recepta loco eſt.

Licenter hoc nomen à Vergilio producitur: quanquam cæſura excuſare licentiam poteſt:ait enim:
Teq́; ſibi generum Tethys emat omnibus undis.

APPENDIX.

Græca in is, habentia genitiuum in entis, producuntur.ut,Simois,Simoêntis:Pyrois,Pyroêntis.
Ouid.Hac ibat Simois,hic eſt Sigæia tellus.
Idem:Interea uolucres Pyrois,Eous & Aethon.

APPENDIX.

Vis,tam nomen,quàm uerbum producitur.
Ouid.Vis ea ſi uerbi eſt,cur non ego Veiouis ædem.
Vergil.Vis ergo inter nos quid poßit uterq; uiciſſim
Experiamur? Sic & ab eo compoſita,ut Quamuis.
Idem:Quamuis Elyſios miretur Græcia campos.
Horat.Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

APPENDIX.

Is,quoque finalem producunt uerba omnia, quæ mutant is,in itis,producta penultima.ut omnia quartæ coniugationis uerba.
Martial.Neſcis,heu neſcis dominæ faſtidia Romæ.
Sic Poßis,Poßitis:Velis,uelitis:Dederis,dederitis.
Horat.Non poßis oculo quantum contendere lynceus.

*Martial.*Eſſe *uelis oro ſeruus conuiua tonantis.* Dederis *itis.*
Ouid.*Da mihi te placidum,dederis in carmina uires.*

Os.

Os,in fine dictionis producitur.
Ouid.Mos erat antiquis niueis,atriſq; lapillis
His damnare reos,illis abſoluere culpa.

Sed Impos,Compos,& Os,oſsis,corripiuntur.
Ouidius:Inſequere,& uoti poſt modo compos eris.
Os,oßis,breuiari conſtat ex compoſito Exos.
*Lucretius:*Exos *& exanguis tumidos proſluctuat artus.*
Sed Os,oris,ſeruat regulam.
Vergil.Virginis os,habitumq; gerens,& uirginis arma.

APPENDIX.

Græca in os,ſecundæ declinationis,os,finalem corripiunt.ut,Abydos,Chaos.
*Ouid.Solueret,in ſpeculis omnis Abydos erat.*Chaos.
Vergil.Et chaos,& Phlegethon,loca nocte ſilentia latè.

Sed quæ in o,genitiuum habent,producuntur.ut, Androgeos,huius Androgeo:Fagos,huius Fago.
Vergil.Androgeos offert nobis,ſocia agmina credens.
Idem:Caſtaneæ fagos,ornuſq; incanuit albo.

APPENDIX.

Omnis genitiuus Græcus, cuiuſcunq; declinationis,os,finalem corripit.ut,Peleus,huius Peleos:
Martial.Peleos,& Priami tranſit uel Neſtoris ætas.
Lucan.Tethyos unda uagæ lunaribus æstuat horis.

Vs.

Vs,in fine dictionis corripitur.ut,Inuidus,Sumus, Amplius.
Horat.Inuidus,iracundus,iners,uinoſus amator.
*Idem:*Nos *numerus ſumus,& fruges conſumere nati.*

Idem:

Idem: Quod ſatis eſt, cui contingit, nil amplius optat.

Sed monoſyllaba producuntur. ut Pus, Ius.

Horat. Proſcripti regis Rupili pus, atq; uenenum.

Martial. In ius ò fallax, atq; inficiator eamus.

Gręca quędam, us finalem, in genitiuo producunt. ut, Mantho, huius Manthus.

Vergil. Fatidicæ Manthus, & Thuſci filius amnis.

APPENDIX.

Vs, in fine genitiui ſingularis, item nominatiui, accuſatiui & uocatiui pluralis quartæ declinationis, ſemper producitur.

Vergil. Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Idem: Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flauo.

Ouid. Adde manus in uincla meas, meruere cathenas.

Idem: Exigit, ite manus ad pia ſacra meæ.

APPENDIX.

In us, tertiæ declinationis, quorum genitiuus exit in udis, uris, & utis producuntur. ut, Palus, paludis: Tellus, telluris: Virtus, uirtutis.

Vergil. Fata obſtant, triſtiq; palus innabilis unda. Licenter corripitur palus ab Horatio:

Regis opus, ſterilisq; diu palus, aptaq; remis.

Ouid. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.

Horat. Virtus eſt medium uitiorum utrinq; redactum.

APPENDIX.

Græca in us, habentia genitiuum in untis, producuntur. ut Amathus, Amathuntis.

Vergil. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cythera.

APPENDIX.

Græca in us, habentia uocatiuum in u, producun-

tur.ut,Panthus ô Panthu.

Vergil.*Panthus Othriades arcis,Phœbiq́; ſacerdos.* Eadem *ratione producitur Ieſus.*

Hæc habuimus, ſtudioſi adoleſcentes,quæ de ſyllabarum menſu in genere uobis proponeremus.Iam ante admonuimus infiniti eſſe laboris de ſyllabis omnibus ſpeciatim præcipere: nequid tamen hic deſyderetis,quod ad Grammaticæ artis rationem attinet,uiſum eſt ſpecialium quoq; canonum breuem ſubijcere tabellam: ſed in qua nolim quæ generalibus regulis tradita ſunt,denuo exigantur.

De Quantitate primarum ſyllabarum.

A,ante b,breue:*ut,Faber,Labor nomen.*

Excipiuntur,

Fabula,Flabrum,Labes,
Labor uerbum,Pabulor,
Pabulum,Strabus,Tabeo,es.

A, ante c, breue: *ut,* *Acuo,Acer ſubſtantiuum.*

Excipiuntur,

Acer adiectiuum,Dacus,
Facundus,Glacito,Graculus,
Machina,Thracia.

Producuntur habentia b,aut p,ante a.ut,

Brachium,Placo.

Corripiuntur,

Baculus,Paciſcor,Placeo,
Placentia opidum.

A, ante d, breue: *ut,* *Cadus,Gradior.*

Excipiuntur,

Caduceum,Clades,Gades,
Ladon,Radix,Rado,
Spadix,Suadeo,Trado,
Traduco,Vado,is.

A, ante f, breue: *ut,* *Vafer.*

A, ante g, breue: *ut,* *Sagum,Ago,is.*

Excipiuntur,

Agea,Saga,Strages,Vagio,
Magalia,Stragula,Vagina.

Sed f,aut p,præcedente producitur:ut,

Fagus,Pagina.

Excipiuntur,

Flagellum,Fragilis,
Fragor,Pagaſa,
Pagaſæus,Plaga pro reti.

A,an

A, ante l, in diſsyllabis longum: *ut*, *Malum, pro fructu. Malo, uerbum.*

Excipiuntur.

Ales,itis. Alo,alis,Palam,
Phalanx,Malum,adiectiuum,
Phalæ,Palus,Salum,Salus.

In polyſyll.breue.ut,

Palumbes,Valeo.

Excipiuntur.

Alea,Balena,
Caligo,Squaleo.

A,ante m,in diſſyllabis longum:*ut*,

Fama,Clamo.

Excipiuntur.

Amo,Chlamys,Fames,
Samos,Tamen.

In polyſyllabis breue,ut.

Amußis.

Excipiuntur.

Amentum,Lamentor,
Lamina.

A,ante n, in diſſyllabis longum:*ut*.

Lana,Mano,as.

Excipiuntur.

Anas,Anus pro uetula.
Canis,Cano,Manus,
Panax,Planus,pro ſcurra.

In polyſyll.breue:ut,

Canalis,Lanio,as.

Excipiuntur.

Danubius,Ganeo,
Lanugo,Lanicium.

A,ante p,breue: *ut*.

Apes,Rapio,is.

Excipiuntur.

Apenninus,Apher,
Apidanus,Apis pro boue,
Capo,Crapula,Lapa,
Lapathes,Papas,Papæ,
Papilio,Saperda,Saphirus,
Sapis fluuij nomen,Vapulo.

A,ante q,breue: *ut*,

Aqua,Laqueus.

A,ante r, breue: *ut*,

Hara,Aro.

Excipiuntur.

Ara,Areo,Carex,Carica,
Charus,Clarus,Glarea,
Naris,Pareo,Rarus,Varix.

A,ante s, in diſſyllabis longum: *ut*,*Naſus.*

Excipiuntur.

Baſis,Caſa,Quaſi,
Thaſos inſula.

In polyſyll.breue:ut,

Aſia regio.

Excipiuntur.

Aſia palus,Baſium,Caſeus.

A,ante t,breue: *ut*,

Platea,Later,Quater.

Excipiuntur.

Ater,a,um. Fatū, Latus,a,um.
Natura,Quatenus,Quatinus,

Statim pro perſeueranter, ſed pro illico corripitur. Vates.

Et m, uel r, muta præcedente: ut,

Mater, Frater, Crater.

A, ante u, breue: *ut,*

Auus, & Auia ſubſtantiuum, Aue uerbum.

Excipiuntur,

Gnauus, Gauiſus, Mauis, Mauors, Nauis, Pauo, Prauus, Suauis.

Et l, cum muta præcedente: ut,

Claua, Clauis, Clauus, Flauus.

E, ante b, breue: *ut,*

Nebulo, Hebes.

Excipiuntur,

Debeo, Debilis, Ebrius, Thebæ.

Et quæ habent duas ante e, conſonantes: ut,

Creber, Trebula.

E, ante c, breue: *ut*

Speculum, Decet.

Excipiuntur,

Echo, Secius, Vecors.

E, ante d, in diſſyllabis longum: *ut, Sedo, as.*

Excipiuntur,

Edo, es. Cedo, id eſt dic. Pedum, Scheda.

In polyſyll. breue: ut,

Medius, Medeor.

Excipiuntur,

Media regio, Medica herba, Seditio, Sedulus.

E, ante f, breue: *ut,*

Nefas.

E, ante g, breue: *ut,*

Ego, Lego, is.

Excipiuntur,

Lego, as. Pegaſus.

E, ante l, in diſſyl, lõg. *ut, Prælum, Velo, as.*

Excipiuntur,

Celer, Chelis, Gelu, Melos, Scelus, Velut.

In polyſyll. breue: ut,

Melior.

Excipiuntur,

Delubrum, Electrum, Elyſium, Pelignus, Peluſium, Spelæa, Spelunca.

E, ante m, breue: *ut,*

Nemus, Gemo, Temere.

Excipiuntur,

Demo, Demum, Emulor, Emulus, Mnemoſyne, Semen, Semiſsis, Semita, Thema.

E, ante n, longum: *ut,*

Frænum, Lenio.

Excipiuntur,

Enim, Enyo, Feneſtra Penates, Penes, Penitus, Penetro, Penu, Phreneſis, Xenium.

Etiam

Etiam b,g,s,t,uel u, præcedente:ut,

Bene,Genus,Senex,
Teneo,Venus.

Excipiuntur,

Sene,Strena,Strenuus,
Vena,Venor,aris.

E,ante p, breue: *ut,*

Lepus, Tepeo.

Excipiuntur,

Cepus,Repo. Repens uerò nomen, & Repentinus, item Repente,aduerbium,perpetuo corripiuntur:

Producitur etiam e,ante p, præcedente s.ut,

Sepia,Sepio ſepis.

Excipitur,

Sepelio.

E,ante q,breue: *ut,*

Neq;,Nequeo.

Excipiuntur,

Nequando,Nequaquam,
Nequicquam,Nequis,
Sequana.

E,ante r, breue: *ut,*

Ferus,Gero.

Excipiuntur,

Beryllus,Cleros,Ceroma,
Ceruſſa,Eridanus,Erigone.
Eruca,Feralis,Feriæ,
Neris,Seres,Serus,a,um.
Serus,a,um. Sero,
Xenampellinæ.

Etiam u,præcedente:ut,

Veratrum,Verus,a,um.

Excipiuntur,

Veredus,Vereor,Veru.

Diſſyllaba p,præcedente longa ſunt:ut,

Pera,Pero,nis.Spero.

E,ante s,longum: *ut,*

Rheſina.

Excipitur,

Theſis.

E, ante t,longum: *ut,*

Meta,Metior,iris.

Excipiuntur,

Etheſiæ,Etiam,Fretum,
Getes,Metuo,Metallum,
Metanœa,Thetis,idis.

Etiam p,uel u,præced.ut,

Peto,Veto.

E,ante u,longum: *ut,*

Leuir.

Excipiuntur,

Breuis,Leuis,Leuo,as.
Seuerus.

I,ante b, breue: *ut,*

Liber,libri.Tibi.

Excipiuntur,

Fibula,Ibis nomen.Hybernus,
Liber liberi,Liber,a,um.
Libella,Libo,as.Libya,
Libethrus,Libum,Scribo,
Sibilus,Tibia,Tribula,
Vibex,Tiburnum.

I,ante c,breue: *ut,*
Cicatrix,Dico,as.
Excipiuntur,
Dico,is. Ficedula,Ficus,
Icon,Ico,Lichen,
Licium,Mica,Picus,Pica,
Sica,Sicelis,Spica,
Spiculum,Trica,Tricenus,
Vicenus,Vicus,Vicinus.

I,ante d,longum: *ut,*
Idus,Rideo.
Excipiuntur,
Cydonium,Fidelia,liæ.
Fides,fidei,& Fidis,is.
Idoneus,Video,Viduus.

I, ante g, breue: *ut,*
Piger,Rigeo.
Excipiuntur,
Figo,Frigeo,Frigo,
Pyga,Pygargus,Vigeſsis,
Viginti,Triginta.
Etiam ſt,præcedente:ut,
Striga, Strigo, onis. Strigoſus.
Sed Strigilis corripitur.

I,ante l, longum: *ut,*
Miles.
Excipiuntur,
Cilium,Cilindrus,Filix,
Hilaris,Milium,Pila,læ.
Pilus.
Etiam s,uel t,præced.ut,
Sileo,Tilia.

I,ante m, in diſſyllabis longum: *ut,*
Limen,Rimor,aris.
Excipiuntur,
Fimus,Nimis,Simul,
Thymus.
In polyſyll.breue:ut,
Chimæra,Timeo.
Excipiuntur,
Simius,Simia.

I,ante n,longum: *ut,*
Linum.
Excipiuntur.
Inula,Linio,Lino,Tinea.
Etiam c,uel m,uel s,præcedente:ut,
Cinis,Minor,Sinus,us.
Excipiuntur,
Mina,pro libra.Sinũ pro uaſe.

I,ante p, breue: *ut,*
Scyphus.
Excipiuntur.
Gryphus,Pipio,Pipo,
Ripa,Ripheus,Sipho,
Sipharium,Stipendium,
Stipes,Stipo,Vipera.

I, ante q, breue: *ut,*
Triquetra.
Excipiuntur,
Liquor,liquoris.

I,ante r,in diſſyllabis longum: *ut,*
Ira,Miror.
Excipiuntur,

Lyra:

Lira:at Lira producitur, unde fit Delirus ſecunda quoq; prod. Pira, Pirus, Pirum. Quiris, Syrus, Tyros.

In polyſyll. breue: ut,

Vireo.

Excipiuntur,

Biſum, Ciſium, Iſara, fluuius, Miſer, Niſi, Phthiſis, Phyſis, Ptiſana, Siſer, Siſymbrium.

I, ante t, breue: ut,

Cytiſus, Niteo.

Excipiuntur,

Clitella, Nitor, Python, Pythius, Pythia, orum, Pytiſma, Pſittachus, Titan, Titillo, Zithus.

Etiam m, uel r, uel u, ante i. ut,

Mitis, Ritus, Vita.

Excipiuntur,

Mitylene, Vitellus, Vitulus.

I, ante u, longum. ut,

Diues, Viuo.

O, ante b, longun. ut,

Gobius, Nobis.

Excipiuntur,

Obedio, Obelus, Obolus, Soboles.

Etiam quæ duas conſonantes habent ante o: ut,

Globus, Probus.

O, ante c, breue. ut,

Iocus, Doceo.

Excipiuntur,

Cocytus, Focale, Locuſta, Oceanus, Ocymum, Ocyor, Ocium, Phoca, Phocis, Poculum, Procerus.

O, ante d, diſſyllabum longum: ut,

Codex, Rodo, is.

Excipiuntur,

Modo, Modus, Odor, Rhodos.

In polyſyll. breue: ut,

Odium, Fodio.

Excipiuntur,

Dodona, Zodiacus.

O, ante f, breue. ut,

Ofella.

O, ante g, longum: ut,

Cogo.

Excipiuntur,

Logos, Rogo, Rogus, Toga, Vogeſus.

O, ante l, breue: ut,

Oliua, Doleo.

Excipiuntur,

Boletus, Colo, colas. Colum pro uaſe quo liquores purgantur. Coliphium, Dolium, Moles, Molior, Moly, Nola, Nolo, Olim, Polypus, Proles, Prolixus, Solor, Solus, Tmolus.

O, ante m, longũ. ut,

Pomum,Como,is.

Excipiuntur,

Bromius, Coma, Comedo: at Comiſſor,aris. producitur,quia Græcanicum eſt. Comes Cometa,Dominus,Como,as, Domo,as,Domus, Dromas, Glomero, Glomus, Homo,Homas,Omaſum,Omitto, Stomachus,Tome,cum deriuatis:ut, Tomaulum, Tomos,hinc Tomitanus, Vomo, Vomica, Vomanus.

O,ante n, breue.*ut,*

Bonus,Sono.

Excipiuntur,

Nonæ,Nonacria,Nonus, Zona.

Etiam c,uel d,uel p,præcedente:ut,

Conor,Donum,Pono.

Excipitur,

Donyſa.

O,ante p,breue. *ut,*

Populus,pro gente.Operor, Oportet.

Excipiuntur,

Dropax,Populus arbor, Popiſma,Sopio,Tophus.

Etiam c,præcedente:ut,

Cophinus,Scophus.

Excipitur,

Scopulus.

O,ante q,breue:*ut,*

Loquor,Quoque.

Excipitur,

Quoq;,a Quiſq;.

O,ante r,breue.*ut,*

Boreas,Moror.

Excipiuntur,

Coram,Corticus,Cerus pro uento.Dores,& Doricus. Hora, Horoſcopus,Morio, Morus,Noricum, Ora,oræ. Orata piſcis,Oro,Soracte, Sorex,Thorax.

Etiam l,uel r,præcedente:ut,

Lorum,Gloria,Prora.

O, ante s,lõgum. *ut,*

Prona.

Excipiuutur,

Coſæ,Doſis,Moſella, Poſui,Poſitum,Proſeucha, Proſopos,Proſerpina,Proſa.

O,ante t,breue.*ut,*

Notus,pro uento.

Excipiuntur,

Iota,Lotos,Poto,Soteria.

Etiam quando duæ conſonantes præcedunt c:ut,

Prototomi.

Excipiuntur,

Croton,Crotalus,Proteruus.

O,ante u,breue: *ut,*

Ouis,Vouco.

Excipitur,

Ouum.

V,ante b,breue: *ut,*
Tuber,maſc. Iubeo.
Excipiuntur,
Glubo,Iubilo,Iubilum,
Puber,Pubes,Rubigo,
Suber,Subula, Tuber neutrum.
Vber.
Etiam b,uel u,ante n,ut,
Bubo,Nubo.
Excipitur,
Bubulcus.

V,ante c,lõgum:*ut,*
Fucus,Luceo.
Excipiuntur,
Ducenti,Lucellum,Luceres.
Etiam c,uel r,uel t,præcedente:ut,
Cuculus,Nucleus,Trucido.
Excipiuntur,
Cucubo,Cucurio.

V,ante d,longum:*ut,*
Nudus,Ludo.
Excipiuntur,
Pudet,Rudens,Rupes,
Studeo,ſtudes.

V,ante f,lõgum: *ut,*
Bufo,Rufus.

V,ante g,lõgum:*ut,*
Nugæ,Lugeo.
Excipitur,
Tugurium.
Etiam f,i,uel p,ante u:ut,
Fugio,Iugum, Pugil.
Excipiuntur,
Frugalis,Iugerũ, Iugis, & hoc iuge. Pugio.

V,ante l,breue: *ut,*
Culina,Vlulo.
Excipiuntur,
Dulichium,Pulex,
Pulegium,Vligo.
Etiam f,g,uel m,præcedente:ut,
Fuligo,Gulioſæ,Mula.
Excipiuntur,
Fulica,Gula,Mulier.

V,ante m,lõgum:*ut,*
Dumus, Sumo.
Excipiuntur,
Humerus,Humilis,Humus.
Pumilio,Rumex.
Etiam c,n,uel t,præced.ut,
Cumulus,Numiſma, Tumeo.
Excipiuntur,
Cumæ,Numen,Struma.

V,ante n.longũ:*ut,*
Luna, Munio.
Excipiuntur.
Cuneus,Cuniculus,Tunica.

V,ante p,breue: *ut,*
Lupus, Stupeo.
Excipiuntur,
Cupa, Stupa, Scrupus,
Scrupulum,Vpupa.
Etiã n,p,uel r.præced.ut,
Nuper,Pupillus,Rupes.

V,ante r,longũ:*ut,*
Murus, Curo.

Excip

Excipiuntur

Cures,Furio,as,Furis,furit.
Muria,Nurus,Spurius.

V,ante s,lõgum.ut,

Muſa,Puſio.

Excipiuntur

Puſillus,Suſurrum.

V,ante t,in diſsyllabis longum.ut,

Mutus,Muto,as.

Excipiuntur

Cutis,Frutex,Lutum,
Puta,aduerbium,Puto,as,
Vter, Vti,aduerbium.

In polyſyllabis breue.ut,

Vterus, Rutilo,as.

Excipiuntur

Buteo,Futio,is,Futilis.
Glutio,is.Mutuo,Puteo,
Putidus,Struthius.

V,ante u,breue:ut,

Pluuia, Iuuo.

Excipitur.

Vua.

MEDIAE SYLLABAE.

A,ante b,breue:ut,

Syllaba, Cacabo,as.

Excipiuntur

Amabo interiectio:Atabulus.

Item omnia in bilis,bundus, & abulum:ut, Memorabilis, Errabundus,Venabulum.

Addunt nõnulli in abrum,nomina:ut, Ventilabrum, Volutabrum:quia è longis ſunt, Ventilatum,Volutatum,&c.

A,ante c,breue: ut,

Pſitacus.

Excipiuntur

Bænacus,Cloaca, Iracundus, Meracus, Muſtaceus, Opacus, Paſtinaca, Piſtacium, Petatus, Portulaca,Phæacia, Sarracum, Syracuſæ.

Item nomina in culus, & in aceus: ut, Cœnaculum, Nouacula,Cretaceus.

A,ante d,breue:ut,

Pylades.

Excipiuntur

Cicada, Lader.

A,ante f,longum:ut,

Venafrum.

A,ante g,lõgum: ut,

Virago.

Excipiuntur

Agragas, Aſtyages, Attagen, Cartilago,Lalage, Maſſagetæ, Pantagia, Paphlagonia, Thyrſagetes.

Et nomina ſecundæ declinationis: ut, Meleager, Onager, Naufragus, Pelagus,Vertagus.

Sed producuntur

Comagenes, Contagium,

Suffrag

Suffragium, Suffragor, Refragor.

Corripiuntur etiam quæ ab agora naſcuntur: ut, Anaxagoras, Mandragora, Pythagoras.

Et ab agoge, compoſita:ut, Apage, Iſagoge, Pædagogus, Synagoga.

Itẽ à phagin: ut, Pãphagus.

A,ante l,breue:ut,

Pardalis, Tantalus.

Excipiuntur,

Artalogus, Canalis. Cephalenia, Genealogus, Iâlyſius, Magalia, Mapalia, Meſſala, Omphale, Sandalium, Sardanapalus, Stymphalus.

Etiam nomina in alis,ale:ut,

Auſtralis,ale, Brumalis,ale, Capitalis,ale.

A,ante m,breue:ut,

Salamis.

Excipiuntur,

Contamino, Dictamum, Thymiama.

Etiam nomina in amen,& amentum:ut,

Examen, Firmamentum.

A,ante n,breue:*ut*,

Galbanum, Lachanum.

Excipiuntur,

Aranea, Araneus, Bolanus, Garganus, Inanis, Laletania, Menania, Nicanor, Numanus, Romanus.

Etiam deriuatiua in anus,& aneus:ut,

Montanus, Extraneus, Dianuis.

A,ante p,breue:ut,

Catapulta.

Excipiuntur,

Anapus, lapis,idis. Iapygis, Meſapus, Neapolis, Priapus, Proſapia, Serapis, Sinapi.

A,ante q,breue:ut,

Tanaquil.

A,ante r,breue:ut,

Tænarus.

Excipiuntur,

Amaracus, Amarus. Auarus, Baleares, Caphareus, Thiara, Zodoara.

Etiam deriuatiua in aris, & arius:ut,

Molaris, Aquarius.

A,ante s,breue:ut,

Carbaſus.

Excipiuntur,

Agaſo, Amaſis, Colocaſia, Iaſon, Occaſio, Omaſon, Parnaſus.

A,ante t,breue:ut,

Calathus.
Excipiuntur,
Aratrum, Bullatius, Curatius,
Galatia, Ceratus,
Cicatrix, Egates,
Egnatius, Fabrateria,
Grabatus, Hypates,
Leucate, Lupatum,
Lutatius, Horatius,
Palatus, Pilatus, Pyrata,
Reatæ, Sabatia, Theatrum,
Tiphate, Trebatius.
Etiam deriuata in atus, aticus: & ator: ut,
Paludatus, Senatus,
Viaticum,
Aleator, Senator.
Et aduerbia in atim, ut,
Hoſtiatim, Vicatim.
Produc etiã nomina in ates: ut,
Achates, Tentates.
præter
Antiphates, Lapathes,
Pelates, Sarmates, Zalates.
Corripe etiam ex bates, cratos, & ſtratos, compoſita: ut, Iuribates, Schenobates, Hippocrates, Socrates, Calliſtratus, Piſiſtratus.

A, ante u, lõgum: *ut,*
Octauus.
Excipitur
Patauium.

E, ante b, breue: *ut,*
Erebus.
Excipiuntur,
Alebes, Delebilis,
Ephebus.

E, ante c, lõgum: *ut,*
Verecundus.
Excipiuntur,
Acerſecomes, Berecynthus,
Romechium, Seneca, Senecio,
Suffeceus, Telecoon,

E, ante d, longũ: *ut,*
Diomedes.
Excipiuntur,
Alcimedes, Andromeda,
Empedocles, Eſſedum,
Lacedæmon, Lebedus,
Macedo, Peucedanum,
Remedium, Tenedos, Vnedo.
Etiã quæ in medon exeunt. ut,
Alcimedon, Eurymedon.

E, ante g, breue: *ut,*
Elegia.
Excipiuntur,
Cethegus, Symplegas,

E, ante l, longum: *ut,*
Philomela.
Excipiuntur,
Achelous, Agelades,
Angelus, Arelas,
Ampelus, Ardelio,
Enceladus, Euchelie, Icelus,
Menelaus, Meneleus,
Marcelianum, Nephile,

Obelus

Obelus, Obeliſcus,
Penelope, Semele, Sepelio,
Sicelis, Sthelenus, Thimele.

Corripe etiam à ſcelos, & telos compoſita. ut, Periſcelis, Praxitelis.

E, ante m, longũ: *ut,*
Eremus, Vindemiia.

Excipiuntur,
Alemania, Anathema,
Auchemolus, Anemos,
Archemorus, Artemius,
Hementum, Neoptolemus,
Polemon, Polemos,
Ptolemæus, Telemachus,
Tlepolemus, Triptolemus,
Vehemens.

E, ante n, longũ: *ut,*
Serenus.

Excipiuntur,
Armenia, Achemenes,
Achemenides, Ambenus,
Amphigenia, Ariſtomenes,
Berenice, Clymene,
Clazomene, Diadumenes,
Echeneis, Eumenis,
Eurimene, Eugenius,
Hebenus, Helena, Helenus,
Hippomenes, Hymenæus,
Idomeneus, Iphigenia,
Iuuenis, Melpomene,
Miſſumenos, Nyctimene.
Olenus, Orthomenus.

Etiam a genes, ſthenes, & xenos compoſita. ut,
Antigenes, Demoſthenes,
Ariſtoxenus.

Item compoſita à gigno. ut,
Terrigena.

E, ante p, breue: *ut,*
Elephas.

Excipiuntur,
Aſclepius, Ioſephus,
Præſepe, Synalœpha.

E, ante q, breue. *ut,*
Diequarti, Diequinti.

E, ante r, breue: *ut,*
Hedera.

Excipiuntur,
Arteria, Auſterus,
Cantherius, Canteriam,
Chimæra, Cyperus,
Dicterium, Galerus,
Megera, Myſterium,
Nicterium, Poderis,
Pſalterium, Soteria,
Seuerus, Statera,
Trieteris.

Propria fere producuntur. ut
Homerus, Cytere,
Cithera, orum. Verum
Citherea contra naturam primitiui corripitur.

Corripiuntur,
Acheron, Aegeria, Aſteria,
Beller

Bellerophon, Camerinus,
Eucherius, Cerberus,
Eleutherius, Glycerium,
Laberius, Silerus,
Staberius, Tyberis,
Valerius, Valerus.

Corripiuntur etiam à ceros, & eros compoſita: ut,

Rhinoceros, Phileros.

E, ante s, breue: ut,

Ephеſus.

Excipiuntur,

Areeſius, Carcheſia,
Catachreſis, Diœceſis,
Eccleſia, Etheſiæ,
Geleſus, Haleſus, Ieſus,
Lyrneſus, Magneſia,
Marpeſus, Matheſis,
Mileſius, Poëſis,
Phreneſis, Titareſius.

Produc & à neſos, compoſita: & numeralia in ſimus: ut,

Cherſoneſus, Peloponneſus,
Viceſimus, Centeſimus.

E, ante t, longum: ut,

Facetus.

Excipiuntur,

Archetypus, Argenetes,
Amethyſtus, Chriſendetum,
Pheretrum, Lucetia,
Iapetus, Maſſagetæ,
Meretrix, Phaëton,
Fenetro, Phlegeton,
Taygetus, Temetum,
Triteris, Triquetra,
Vegetus, Venetus, Vietus.

Corripe etiã deriuata in etas. Item ab arete, & theton, compoſita: ut,

Pietas, Varietas,
Anaxarete, Panacretus,
Aretalogus, Arethuſa.
Agonotheta, Anitheton.

E, ante u, lõgum: ut,

Paraſceue.

I, ante b, breue: ut,

Delibutus, Moribundus.

I, ante c, breue: ut,

Tunica, Vnicus.

Excipiuntur,

Anticus, Apricus,
Aricinus, Aricia,
Aequicolus, Caicus,
Canicula, Craticula,
Clauicula, Cuticula,
Caprificus, Cuniculus,
Febricito, Febricula,
Formica, Iunices, Lorica,
Lectica, Lumbricus,
Marica, Myrica, Mendicus,
Mendico, Multicium,
Naſica, Nouitius, Numitius,
Pedico, Palicus, Poſticus,
Pudicus, Phœnicopertus,
Periculum, Pediculus,

Petric

Petricoſus, Redimiculum,
Rubrica, Siticula,
Somniculoſus, Tegeticula,
Vaticanus, Veſica, Vmbilicus,
Viticula, Vrtica.

Etiam Propria in icus, à Barbaris deducta: ut

Fœdericus, Henricus;
Ludouicus.

Et quæ à nice, componuntur: ut,

Berenice, Polynice.

I, ante d, breue; *ut*,

Cupidus.

Excipiuntur,

Abydos, Acidia
Acidalus, Alybides,
Chelidon, Elegidium,
Faſtidio, Formido,
Pherecides, & ſimilia propria, ut Euripides.

Etiam deriuata in ido: ut,

Cupido, Formido, Libido.

Et in ides patronymica à primitiuis in eus: ut,

Alcides, ab Alceus:
Pelides, à Peleus: *Promethides, à* Prometheus.

I, ante g, breue; *ut*,

Stribiligo.

Excipiuntur,

Auriga, Caligo, as. Caſtigo,
Faſtigium, Fatigo, Inſtigo,
Leſtrygones, Origanum,
Præſtigiæ, Salpiga, Vectigal,
Veſtigo, Veſtigium.

Etiam nomina in igo. ut,

Fuligo, Origo, Porrigo,
Vertigo, Vligo.

I, ante l, breue; *ut*,

Inquilinus, Ventilo.

Excipiuntur,

Aſylum, Aſilus,
Conchylium, Crocodilus,
Exilis, Maſilia, Palilia,
Petilia, Veſpertilio.

Etiam in ilis, & ile, tam adiectiua, quàm ſubſtantiua: ut,

Senilis, Virilis, Cubile,
Sedile.

Corripiuntur,

Agilis, Docilis, Vtilis.

Et omnia in bilis: ut,

Stabilis, Flebilis,
Senſibilis.

Et omnia in atilis: ut,

Aquatilis, Fluuiatilis.

Et in ſilis, tilis, & xilis. à uerbis & participiis deducta: ut,

Miſſilis, Senſilis, Fertilis,
Sutilis, Nexilis, Textilis.

I, ante m, breue; *ut*,

Animus, Aeſtimo.

Excipiuntur,

Ariminum, Animone, es.
Enthymema, Ephimeris,
Opimus, Pentimemeris,

Quadrimus.

Etiam uerbalia in men, & in mentum: ut,

Diſcrimen, Farcimen,
Detrimentum, Rudimentum,
Experimentum, Pauimentum.

I, ante n, breue: *ut,*

Dominus, Inquino.

Excipiuntur,

Acynacis, Caminus,
Catinum, Cyminum,
Couinus, Eſchinus,
Feſtino, Feſtinus,
Gelaſinus, Inquilinus,
Morticinum, Omnino,
Opinor, Opinio, Paſtinaca,
Propino, Puluinar, Puluinus,
Sagino, Salinum, Supinus,
Telchines, Tintinnabulum.

Etiam quæ in ina, uel ine, exeunt: ut,

Regina, Sagina,
Adraſtine, Nerine.

Corripiuntur uerò.

Apinæ, arum. Aſina,
Buccina, Caſina, Catinæ,
Eleemoſyne, Felſina, Euphroſyne, Fœmina, Fiſcina,
Fuſcina, Gauſapina,
Lamina, Machina,
Mnemoſyne, Mutina,
Nundinæ, Pagina, Patina,
Proſerpina, Sophroſyna, Sarcina, Trutina, Xerampelinæ.

Produc Propria: ut,

Martinus, Catharina,
Pachinus.

Corripiuntur,

Alcinous, Ariminum, Cyminus,
Morinus, Sardinia,
Tarquinius, Taurominum.

Produc deriuata in inus, a, um. ut,

Peruſinus, Venuſinus,
Matutinus, Veſpertinus,
Clandeſtinus, Mediaſtinus,
Serotinus.

Excipiuntur,

Craſtinus, Diutinus,
Hormotinus, Perendinus,
Priſtinus, Protinus.

Et quæ à nominibus materiarum gemmarum, unguentorum, & colorum oriuntur: ut,

Faginus, Oleaginus,
Adamantinus, Cryſtallinus,
Amaracinus, Myrrhinus.
Sandycinus, Spadicinus.

I, ante p, breue: *ut,*

Antipho.

Excipiuntur,

Aliphe, Coliphium, Enipeus,
Euripus, Manipulus,
Obſtipo, as. Obſtipus,
Racipalis, Seriphos.

I, ante q, longum: *ut,*

Antiquus.

Excipiuntur,

Deniq;, Reliquus,
Reliquiæ, Siliqua.

I, ante r, breue: *ut,*

Anticyra, Satyrus.

Excipiuntur,

Apyrinum, Archimagirus,
Buſiris, Coſira, Collyrium,
Cyprius, Corcyra, Dlamira,
Empiricus, Enchiridium,
Equiria, Epirus, Magirus,
Oſiris, Papyrus,
Phillirius, Semiramis.

I, ante s, breue; *ut,*

Acriſius.

Excipiuntur,

Amphryſos, Anchiſes,
Arniſium, Cambiſes,
Cephiſus, Dionyſa, Dionyſius,
Diuiſi, Diuiſum, Diuiſio,
Eliſa, Gauiſus, Laliſio,
Ocriſia, Paradiſus, Paralyſis.

I, ante t, breue: *ut,*

Adytum, Vendito.

Excipiuntur,

Aconitum, Amphitrite,
Architas, Amithone,
Aphrodite, Berytus,
Cathamithus, Cocytus,
Corytus, Eboſita,
Idolothytum, Inuitus,
Inuito, as. Irrito, id eſt, prouoco,
Luſitania, Mauritania,
Mephitis, Pituita, Paraſitus,
Terſites, Veliternus.

Produc omnia deriuata: ut,

Eremita, Palæſtrita,
Gaditanus, Tomitanus,
Sybariticus, Tanaiticus,
Commentitius, Fictitius,
Patritius, Auritus, Auitus.

Corripe

Seruitus, & Seruitium.

Produc rurſus nomina lapidum in ites: ut,

Aetites, Pyrites.

His adiicito

Sorites, quæ ſpecies eſt argumentationis.

Produc item in itim, aduerbia: ut,

Viritim, & ſiqua ſint alia.

I, ante u, longum; *ut,*

Saluia, Conniueo.

Excipiuntur,

Ninive, Symbriuium.
Rediuiuus ſecundam breuiat, penultimam extendit.

O, ante b, breue: *ut,*

Taprobane.

Excipiuntur,

Canobus, Iacobus,
October, Vtrobique.

O, ante c, breue: *ut,*

Parochus.

Excipiuntur propria in ocus, è barbaris deducta:ut,

Guinnocus,*Iodocus*.

Corripiuntur tamen quæ Græca ſunt:ut,

Lardocus,*Demodocus*.

Produc uerba in cinor,& ab eis deducta:ut,

Lenocinor,*Lenocinium*.

Patrocinor,*Patrocinium*.

Et à Faux compoſita:ut,

Præfoco,*Suffoco*.

His adiungito

Triocula.

O, ante d, breue:ut,

Commodus.

Ecipiuntur,

Emoda,*Emodus*,

Erodius,*Herodes*,

Herodianus,*Herodion*.

Corripitur tamen

Herodotus.

Producitur rurſus

Nebrodes,*Rhapſodia*,

Thermodotum.

O,ante g,breue;*ut*,

Syllogiſmus.

Excipitur,

Octoginta.

Et à goge,compoſita:ut,

Iſagoge,*Pædagogus*,

Synagoga.

O,ante l, breue:ut,

Malleolus.

Excipiuntur,

Aetolia,*Acolytus*,

Capitolium,*Idolum*,

Mauſoleum,*Mediolanum*,

Pactolus,*Præſtolor*,

Timolus,*Subſolanus*.

Et omnia in pola,& colon:ut,

Pharmacopola,*Monocolon*.

O,ante m,breue:*ut*,

Latomus.

Excipiuntur,

Anomalus,*um*.*Geometro*.

Etiam neutra:ut,

Abdomen,*Amomum*,

Aroma.

O,ante n,longum:ut,

Obſonium,*Obſonor*.

Excipiuntur,

Aconitum,*Alcyone*,

Coctona, *orum*. *Erichthonius*,

Harmonia,*Mycone*,

Paretonium,*Pannonia*,

Somonus.

O,ante p,breue:*ut*,

Anopos.

Excipiuntur,

Anthropos,*Aſopus*, *Eſopus*,

Canopus,*Europa*,

Glaucopis,*Iopas*,

Proſopos,*Pyropus*,

Sinopis,*Theophilus*.

O,ante r, breue: *ut*,

Hiſtoria.

Excip

Excipiuntur,
Anemoria, Aurora,
Cyborium, Citorus,
Helorus, Metrorus,
Oporinos, Pelorus,
Sertoruis, Theorema,

Etiam nomina in orium, & orus: ut,
Tectorium, Tentorium,
Canorus, Sonorus.

Excipitur,
Promontorium.

Et à doron, & choros compoſita: ut,
Heliodorus, Theodorus,
Anachorita, Euchorius.

O, ante s, longũ: *ut,*
Aloſa, Doloſus.

Excipiuntur,
Ambroſia, Cynoſura,
Eboſita, Eleemoſyna,
Enoſigæus, Genoſus,
Leucoſia, Mnemoſynæ,
Sympoſium, Sophroſinæ.

O, ante t, longum: *ut,*
Deltotum.

Excipiuntur,
Abrotanum, Ballonoti,
Coprotinus, Deiotarus,
Onocrotalus.

Etiam à dotos, compoſita: ut,
Antidotum, Herodotus.

Et à Græcæ compoſita: ut,
Archipotes, Hydropotes,
Oenopotes, Sympotes.

O, ante u, breue: *ut,*
Genoueſa, Ludouicus.

Excipitur,
Clodoueus.

V, ante b, breue: *ut,*
Danubius.

Excipiuntur,
Ambubaiæ, Anubis,
Inſuber, Delubrum,
Saluber, Solubilis,
Volubilis.

V, ante c, breue: *ut,*
Volucer, Educo, as.

Excipiuntur,
Caduceum, Caduceus,
Eruca, Manduco,
Sambucus.

V, ante d, longũ: *ut,*
Teſtudo.
Tripudium, Dryudæ: quanquã nonnulli Druidæ dicendum eſſe contendunt.

V, ante g, lõgum: *ut,*
Lanugo.

V, ante l, breue: *ut,*
Cuculus, auis.

Excipiuntur,
Adulor, Adulcſcens,
Amulius, Apulius, licet Appulus corripiatur. Edulium,

Getulus,Iülus,Peculium,
Portulaca,Torcular.
Produc etiam deriuatiua in uſis.qualia ſunt,
Curulis,Tribulis.
Et compoſita in bule, & dulos.ut,
Cleobulus,Traſibulus,
Hierodulus,Philodulus.

V,ante m,lõgum: *ut,*
Legumen.
Excipiuntur,
Autumo,Columella,
Columen,Contumax,
Contumelia,Cruſtumium,
Cruſtumerum,Cucuma,
Cucumis,Emolumentum,
Incolumis,Irrumo,
Partumeius,Lucumo,
Poſthumus.
Etiam in mentum,à uerbis deducta.ut,
Monumentum,à moneo.
Documentum,à doceo.

V,ante n,longum:*ut,*
Lacuna.
Excipitur,
Albunea.

V,ante p,breue: *ut,*
Vpupa.
Excipiuntur,
Arupinus,Marſupium.

V,ante r,longum: *ut,*
Maturus,Periuria.
Excipiuntur,
Anxurus,Biturix,
Camurus,Centuria,
Centurio,Centuripe,
Lemures,Decurio,
Lemuria,Luxuria,
Mercurius,Purpura,
Satura oppidum,
Satureia,herba.Saturo,as.
Tugurium,Vulturius.
Et uerba in rio.ut,
Eſurio,Parturio.
Produc tamen
Cucurio,Ligurio.
Scaturio.

V,ante s,longum:*ut,*
Arethuſa.
Excipiuntur,
Blanduſia,Brunduſium,
Cadusij,Canuſium,
Ebuſus,Peruſinus,
Syracuſius,Venuſinus,
Veluſius.

V,ante t,longum: *ut,*
Præputium,Confuto,
Actutum.
Excipiuntur,
Arbutus,Defrutum,
Diutius,Diuturnius.

V,ante u,breue: *ut,*
Lanuuium,Pacuuius.

FINIS.

LIBER NONVS.

De Proſodia, ſiue Accentu. ex Diom: et Priscian

PROSODIA eſt ars docens, quo accẽtu quæq; dictionis ſyllaba proferatur.

Interpretatur proſodia tum accentus, tum nota uocis, tum moderamentum.

Accentus eſt certa ſyllabę aut attollendæ, aut ſubmittendæ regula.

Dictus eſt Accentus, quaſi ad cantus ab Accino, accinui, accentum, ad imitationem Græcorum, à quibus proſodia dicitur à pros, quod eſt ad, & ode, hoc eſt cantus.

Accentus (quibus utimur) ſunt octo Acutus, Grauis, Circunflexus, Longus, Breuis, Subunio, Subdiuiſio, & Apoſtrophus.

Hi ſunt qui dictiones moderantur, nec poteſt aliqua eſſe dictio, quæ uno ex ipſis careat: nam ſicut nulla uox eſſe poteſt ſine uocali, ita nec ſine accentu, quòd ſit quaſi anima uocis. Cæterùm ex his tres ſunt Toni, qui & Tenores appellantur. Acutus, Grauis, & Circunflexus.

Acutus eſt tonus, quo eleuatur ſyllaba.

Notatur uirgula per obliquũ in dexterã partẽ aſcendente: ſic, ´

Grauis eſt tonus, quo deprimitur ſyllaba.

Notatur uirgula à ſummo in dexteram partem deſcendente. ſic `. *Hic occupat omnes in dictione ſyllabas, quæ nec acuũtur, nec circunflectuntur: ut in Dominus, Do, acuta eſt, cæteræ graues omnes. Sic in Homerus, mẽ, circunflectitur, reliquæ grauantur, hoc eſt abſq; aliqua uocis eleuatione aut mora pronuntiantur. Quare de Tono quærentes, acutum, uel circunflexum ſignificamus.*

Circunflexus eſt tonus moderatum inter acutum & grauem in ſyllaba ſonum obtinens.

Hic pingitur nota de acuto & graui facta. ſic. Hoc *tono apud ueteres, ut plurimum, efferebantur ſyllabæ, quæ ex contractione duarum in unam coierant. ut* Chara Deũm *ſoboles.* Pro Deorum. *Item* Habitarũnt Dij *quoq; ſyluas.* Pro *habitauerunt.*

Lõgus eſt linea à ſiniſtra parte in dexteram æqualiter ducta. ſic_

Hac nota ſyllabam natura longam à correpta dignoſcimus.

Breuis eſt uirgula ſurſum uerſum repanda. ſic

Hac nota ſyllabam natura breuem à producta diſcernimus.

Subunio, eſt uirgula ſubiecta uerſui. ſic

Hac nota ſubterpoſita duas uoces (quoties ita res exigit) copulamus. ut, Neque *enim ignari ſumus ante malorum.* Hoc *eſt, anteriorum.*

Subdiuiſio, eſt dextera pars circuli, ad imam literam poſita. ſic,

Hac nota malè cohærentia diſcernuntur. ut Viridiq; *in littore circunſpicitur, ſus.*

Apoſtrophus, eſt circuli pars dextra, ad ſummam literam appoſita. ſic,

Hac nota deeſſe oſtendimus dictioni ultimam uocalem. ut Tanton' me crimine dignum Duxiſti? Hoc *eſt,* Tantóne.

Tonorum regulæ.

Monoſyllaba dictio acuitur: ut, Fél, Mél, cór, uír, láus, méns, árs páx, núnc, ſéd, pér.

Sed quæ uocalem habet natura longam, circunflectitur: ut, Mâs, rês, lâs, môs, thûs, uâs, flês, ô, prô.

At circunflexus hodie ab acuto propter difficilem eius pronuntiationem uix diſcernitur. Eodem enim tono Sacerdos *&* Serênus *hodie*

hodie pronũtiantur, quorum hoc mediã natura circũflexam, illud acutam habet. Quare huius uſus hac ætate magis in ſcribẽdo, quã in loquendo reſtat.

Diſſyllaba dictio priorem acuit. ut, páter, hómo, díes, fágus, óbex, próles, léctor, sémper, tánquam.

Sed quæ priorem habet longam, & ultimam breuem, circũflectit priorem. ut, Mâter, mûnus, dônum, lûdor, nûper, sîue.

Polyſyllaba dictio longam habens penultimam, acuit eandem. ut, Libértas, Melibœus, Penátes, Labáſco, Prehéndo.

Sed quæ penultimam habet breuem, acuit antepenultimam, ſiue longam, ſiue breuem. ut, Cõnúbium, centímanus, póntifex, dóminus.

Hinc palam eſt, non idem eſſe acui, quod produci: neq; enim ſyllaba ea ſtatim longa eſt, quæ tono acuto proferetur, ut prima in Páter & Dominus acuitur, nõ quia longa eſt, ſed ex regula tonorũ.

Quæ uerò penultimam habet natura longam, & ultimam breuem, circunflectit penultimam. ut, Cubîle, Amâtor, Docêre, Audîre.

Calefacio, Malefacio, & reliqua eiuſmodi, à facio cõpoſita, in ſecũda ſingulari perſona præſentis indicatiui penultimã, licet ſit breuis, acuunt. ut, Frigefácis, frigefácit, tepefácis, tepefácit.

A Fis & fit compoſita ultimam acuũt. ut, Calefís, calfíet, madefís, madefít.

Quæ tonorum regulas perturbant.

Interrogatio mutat tonum: nam ultima orationis interrogatiuæ ſyllaba ſemper acuitur. ut,

Sed uos qui tandem? quibus aut ueniſtis ab oris?
Quó'ue tenetis iter?

Tonus quoq;,differentiæ cauſa tranſponitur.

Vt uná,alió,aliquó,continuó,ſeduló,porró,forté aliquá,ſiquá, ferè,planè,& reliqua huiuſmodi aduerbia ultimam acuunt:ne nomina putentur. Sic eó,et illó,ne uideantur pronomina. Sic itē falsó, citó,repenté, ne participia credantur. Similiter putá pro ſicut, & poné pro circum:ne uerba cenſeantur. Item aliás,palám,& circúm:ne putentur accuſatiui ab alius,pala,& circus. Item corám: ne uideatur præpoſitio. Cæterùm ergô pro cauſa ultimam circumflectit,ut apud Vergilium in ſexto:

Dicite fœlices animæ,tuq; optime uates,
Quæ regio Anchiſen,quis habet locus.illius ergô
Venimus:& magnos Erebi tranauimus amnes.

Cōpoſitio tonū uariat,ambiguitatis uitādæ gratia.

Vt,exinde,deinde,proinde,aliquando,ſiquando,nequādo,huc-uſque,duntaxat,deorſum,ſeorſum,quapropter,enimuero,quinimo nimirum,& cætera id genus aduerbia antepenultimam acuunt, ne ſingula duæ partes eſſe putentur. Cæterum Nihilominus,pro tamen, Paulominus pro ferè,& Quomodo,pro qualiter antepenultimam quoque acuunt: ubi uerò ſunt orationes, ſingulis partibus ſinguli dantur toni: quemadmodum in his Pubetenus,Crurumtenus: non enim ſunt compoſita, uelut Hactenus, Quatenus,& ſiqua ſunt ſimilia.

Tranſpoſitio tonum inuertit: quum uocabula de ſuo loco in alium transferuntur.

Vt uſu uenit præpoſitionibus per anaſtrophen prolatis, tunc enim poſtpoſitæ ſuis caſibus grauantur,ut apud Vergilium,

-Furit immiſſus Vulcanus habenis,
Tranſtra per,& remos. Item,
-Decus imperiumq; Latini Te penes.

Attractio tonum perturbat,quum encliticæ coniunctiones,in calce uocum poſitæ,præcedentem ſyllabam ſibi proximam eleuant.

Encl

Encliticæ coniunctiones ſunt,q;,ne,ue:ſic dictæ.quia inclinant, hoc eſt,attrahunt tonum uoculæ præcedentis.
Ouidius: Eneruant animos,citharæ,cantusq́;,lyreq́;.
Horat. Intererit multum,Dauus'ne loquatur,herus'ne.
Ouidius: Corpora uertuntur,ne quod fuimus'ue,ſumus'ue,
Cras erimus.

Sed ubi manifeſta eſt compoſitio,pars inclinatiua tonum non attrahit.

Vt,itaq;,utiq;,huccine,ſiccine,& huiuſmodi plurima.Vbiq; tamen ſecundam acuit, quia eandem quoq; producit.Cæterum obſeruandæ ſunt hæ,& conſimiles clauſulæ.Imo ita uolo,itáq; poſtu lo,ut fiat Chreme.Licet mihi hac ſegete frui,utiq;.

Conciſio tonum mutat,quum dictiones per ſynco pam,aut apocopam proferuntur: tunc enim tonum retinent integræ dictionis.

Gentilia quædam & pronomina in as,hodie per ſyncopā pronuntiantur:ut,Arpinas,Rauennas,Cuias,Noſtras,Veſtras,Veteres enim dicebāt,hic & hæc Arpinatis & hoc Arpinate:ſic Cuiatis, & Cuiate : Noſtratis, & Noſtrate, &c. quæ in penultima circunflexum habuerunt. ſubtracta igitur ti,eundem tonum ſeruant.Per Apocopam autem proferuntur uocatiui nominum in iūs ſecundæ declinationis:ut apud Horatium,
Mercuri facunde nepos Athlantis. Item:
Nulli flebilior,quàm tibi Vergili. His addantur & à dic,duc,& fac compoſita:ut, Benedic,reduc, calefac. Et aduerbia iſtuc,illuc, adhuc:pro iſtucce,illucce,addhucce.quibus antiquiſsimi teſte Papy riano apud Priſcianum utebantur.

Idioma tonum tranſponit:nam quum Græcæ uoces integræ ad nos ueniunt, Græcum tonum non repudiant.

Vt,Melodia Philoſophía,Theología,cū acuto in penultima,licet ſit

ſit breuis. At in nonnullis tono utimur Romano: qualia ſunt Hiſtoriæ, Comœdia, Tragœdia, cum eodem tono in antepenultima. Proinde qui Græcam figuram in Græcis dictionibus ſequi malit, non Latinè quidem ſed citra reprehenſionem, authore Quintiliano, loquitur.

OBSERVATIO I.

In peregrinis uerbis & barbaris nominibus, nulli ſunt certi toni: ſed quũ uox omnis aliquo tono regatur, eiſdem rectius Latinum accommodabimus.

Itaq; cum dicimus Abél tono acuto in fine, non Græcè proferimus: quia in fine apud illos grauatur. non Latinè, quia nullum nomen Latinum (niſi monoſyllabum aut conciſum) in fine acuitur. non Hebraicè, quia illi Abel acuta prima proferunt, ut teſtantur omnes Hebraicæ linguæ periti.

OBSERVATIO II.

In ſyllabis communibus (ſi fuerit proſa) ſolam correptionem recipimus.

Vt pharetra, mediocris, Sophocles, et plurima id genus cum tono acuto in antepenultima.

Sed genitiui in ius, tonũ ſemper habent in penultima. ut, nullius, ſolius, utrius, illius. iſtius, ipſius, &c.

De orationis diſtinctionibus. ex Prisc.

ORATIONIS pronuntiatio non ſolùm in accentu, uerumetiam in diſtinctione conſiſtit.

Sunt autem diſtinctiones puncta, ſeu notæ quædam, quibus in ſermone, quoties reſpirandum eſt, utimur: tum ut captato anhelitu acrius pronunciemus: tum ut auditor raptã clauſularum intelligat diuerſitatem.

Diſtinctionum tres ſunt formæ, Comma, Colum,

& Per

& Periodus.

Comma Latinè interpretatur inciſum. Colum membrum, Periodus ambitus, ſeu integræ ſententiæ concluſio.

Comma eſt imperfecta membri pars, qua ſenſus orationis ita ſuſpenditur, ut quod ſupereſt, mox ſuccedere debeat

Notatur comma dextro ſemicirculo. ſic, ut Si illũ relinquo, (nã ſtatim ſequitur) eius uitæ timeo. Comma etiam interim ſingula uerba diſtinguit. Vt apud Terentium: In amore hæc omnia inſunt uitia: iniuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum. Item apud Mart. Cantat, amat, laudat noſtros mea Roma libellos.

Colon eſt perfecta periodi pars, cui tamen aliquid etiamnum ſuperaddere licet. Hęc duobus punctis notatur altero ad ſummũ, altero ad imum literæ poſito.

Vt apud Vergil. – Labor omnia uincit Improbus: Ibi eſt ſenſus integer: ſubiungitur nihilominus, – Et duris urgens in rebus egeſtas.

Periodus eſt abſoluta oratio, in qua nihil deſideratur.

Hæc uno puncto ſignatur, ſic. Salluſtius: Equidem ego Regnũ uobis trado firmum, ſi boni eritis: ſin mali, imbecillum.

Interrogationis nota, pro orationis uehementia, quandoq; in una Periodo poſt ſingula ferè commata, quandoq; in calce eius tantum appingitur.

Signatur interrogationis nota duobus punctis, ſed ſuperiore caudato ſic? Cicero: Quid iam reſtat? quid habeo? quid dicam? quid faciã pro tuis in me meritis? Vergil. Quæ quibus anteferam?

Parentheſis, eſt oratio interpoſita diuerſæ ſententiæ: qua remota ſermo manet integer.

Interpretatur parẽtheſis interpoſitio: à Para, & En, quæ duo Latinè ſonant Inter: & theſis. Nonnulli Parentheſim figuram eſſe docent

docent, alijs orationis diſtinctionem eſſe placet, quæ duobus ſemicirculis pingitur. ſic ( )
Vergil. *Aeneas (neq; enim patrius conſiſtere mentem*
Paſſus amor) ad naues rapidum præmittit Achatem.
Idem: *Princeps (quia bella minantur*
Hoſtes) militibus urbes premunit, & armis.

De uſitatioribus Carminum generibus, eorumq́; nomenclaturis.

Carmen Heroicum.

Carmen Heroicum ſex regionibus conſtat, ob idq́; Hexametrum dicitur. In prima, ſecunda, tertia, & quarta promiſcuè, uel ſpondeum, uel dactylum admittit: in quinta ſolum dactylum: in poſtrema ſolum ſpondeum.

ANNOTATIVNCVLA.

Obſeruandum, ultimam cuiuſcunq; carminis ſyllabam liberam & prorſus exlegem eſſe: eamq; ob rem ſpondeum trochæo: anapæſtum tribracho, dactylũ amphimacro, pyrrhichium iambo in diuerſis carminum generibus poſſe commutari. Dicitur autẽ Heroicum, quòd eo genere res geſtæ Regumq́;, Ducũq́;, & fortia facta conſcripta ſint. ut author eſt Horatius in Poëtica.

Carmen Pentametrum quinq; regionibus conſtat. In prima & ſecunda ſpondeum uel dactylũ indifferenter admittit. In tertia ſemper ſpondeum. In quarta & quinta ſolum anapæſtum.

Carmen Sapphicum.

Carmẽ Sapphicum quinq; regionibus conſtat. In prima trochæũ admittit

admittit: In ſecunda ſpondeum. In tertia dactylum. In quarta & quinta trochæum. Horatius:

Creſcit, indul, gens ſibi, dirus, hydrops. Dicitur autem Sapphicum à Sappho puella inuentrice. Dicitur & Pentametrũ à pedum numero: & hendecaſyllabum à numero ſyllabarum.

Carmen Adonium.

Carmen Adonium duabus tantum regionibus conſtat. In prima dactylum admittit. In ſecunda ſpondeum. Horatius:

Riſit A, pollo. Dicitur autem Adoniũ ab Adone puero formoſiſsimo, & Veneri adamato: uel ab Adone inuentore.

Carmen Aſclapiadæum.

Carmen Aſclepiadæum quatuor regionibus conſtat. In prima ſpondeum admittit. In ſecũda & tertia choriambũ. In quarta Pyrrhichium, Horatius:

Mecœ, nas atauis, edite Re, gibus. Dicitur autem Aſclepiadæum ab Aſclepiade inuentore. Dicitur & à pede præcipuo Choriambicum.

Carmen Gliconicum.

Carmen Gliconicum tribus regionibus cõſtat. In prima recipit ſpondeum, in ſecunda & tertia dactylum. Horatius:

Donec, gratus e, ram tibi. Recipit etiam in primo loco trochæũ uel iambum, ſed parciſsimè. Idem:

Ignis Ilia, cas domos. Catullus:

Puel, læ & pue, ri integri. Cõficit hic uerſus tribus Aſclepiadæis adiectus dicolum diſtrophon, quo genere cõpoſitus eſt hymnus eccleſiaſticus, Sanctorum meritis inclyta gaudia.

Carmen Phalæcium.

Carmen Phalæcium quinq; regionibus conſtat. In prima ſuſcipit ſpondeum, in ſecunda dactylum, in tertia, quarta, quinta trochæum. Catullus:

Cui do, no lepi, dum no, uum li, bellum. Suſcipit etiam in prima regione

regione trochæum, ſed rariſſimè. Idem:

Ari,da modo,pumi,ce po,litum. Dicitur autē Phalæciū à Phalæcio inuentore, qui hoc carmine Cereris laudes celebrauit. Dicitur & à pedum numero pentametrum.

Carmen Pherecratium.

Carmen Pherecratiū tribus regionibus cōſtat. In prima ſpondeum admittit, in ſecūda dactylum, in tertia ſpondeum. Horatius:

Cras do,naberis,hæ do. Dicitur autem Pherecratium à Pherecrate inuentore.

Carmen Alcmanium.

Carmē Alcmanium quatuor regionibus conſtat. Suſcipit autem quatuor poſteriores hexametri pedes. Horatius:

Aut Ephe,ſum bima,riſue Co,rinthi. Dicitur autē Alcmaniū ab Alcmane inuentore. Dicitur & à pedū numero Tetrametrum.

Carmen Alcaicum.

Carmen Alcaicum quatuor regionibus conſtat. In prima ſuſcipit ſpondeum uel iambum, in ſecunda ſolum iambum cum ſyllaba partem orationis finiente, in tertia & quarta dactylum. Horat.

O ma,tre pul,chra,filia,pulchrior. Dicitur autem Alcaicum ab Alceo inuentore.

Alcaicum choriambicum.

Carmen Alcaicum choriambicum quinq; regionibus cōſtat. In prima ſuſcipit ſpondeum, in ſecūda, tertia & quarta choriambum, in quinta pyrrichium. Horatius:

Tu ne,quæſieris,ſcire nefas,quem mihi quem,tibi.

Carmen Archilochium.

Carmen Archilochium ſeptem regionibus conſtat. In prima, ſecunda, & tertia promiſcuè dactylum uel ſpondeum admitit, in quarta dactylum, in quinta & ſexta trocheum, in ſeptima trochæum. Horatius:

Soluit

Soluitur,acris hy,ems gra,ta uice, ueris, & fa,uoni. Dicitur *autem Archilochium ob Archilocho inuentore.*

APPENDIX.

Eſt & Archilochium dactylicum dimetrum, conſtans ex duobus dactylis,& ſyllaba. Idem:
Puluis &,umbra ſu,mus.

Carmen Iambicum.

Carmen iambicum olim ſolis conſtabat iambis.Poſtea uerò poëtarum licentia obtinuit,ut quibuſdam in locis, maximè imparibus etiam ſpondeum, dactylum, tribrachum, & anapæſtum reciperet. Dactylum *quidem & tribrachum locis omnibus admittit, præter poſtremum. Spondeum autem & anapæſtum locis tantum imparibus.Quanquam eos quoque alicubi apud* Comicos *ſecundo aut quarto loco reperias. Ita nullum eſt iam carmen iambico ſolutius. Cæterùm uaria ſunt iambici carminis genera, nam quoddam eſt* Dimetrum,*aliud* Trimetrum,*aliud item Scazon.*

Iambicum Dimetrum.

Iambicum Dimetrum *quatuor pedibus conſtat: quod commendatiſsimum eſſe ſolet, ſi ſolis iambis perficiatur. Quale eſt illud* Prudentij:

Suum,quibus,q; red,dito. Locis *tamen imparibus etiam ſpondeum recipit.ut apud eundem* Prudentium:

Hoc *po,ſcit u,ſus pu,blicus.* Hoc *genere multi hymni eccleſiaſtici contexuntur:ut,*

Veni redemptor gentium. Item:

Vexilla regis prodeunt,&c.

Dictum *eſt autem* Dimetrum, *quod ob iambi celeritatem bini pedes pro uno ſupputentur.*

Iambicum Trimetrum.

Iambicum Trimetrum *ſex iambis decurrit: unde &* Senarius *uocatur,* Horatius:

Bea,tus il,le qui,procul,nego,cijs.

Suſcipit etiam in primo loco ſpondeum, dictylum, anapæſtum, & rarò tribrachum. In ſecunda rarò ſpondeum, rarius anapæſtum. In tertia ſpōdeum,dactylum,anapæſtum. In quarta eoſdem pedes, cum tribracho,ſed duriore compoſitione. In quinta ſpondeum, dactylum,anapæſtum. In ſexta iambum:quanquam alicubi apud Comicos admittit & alios pedes:nam hoc potißimum genere Comoediæ & Tragœdiæ ſcribuntur. Seneca:

Soror,tonan,tis(hoc,enim,ſolum,mihi,
Nomen,reli,ctum eſt)ſem,per ali,enum,Iouem,
Ac tem,pla ſum,mi uidu,a de,ſerui æ,theris. Terentius:
Vos,iſthæc in,tro auſer,te abi,te So,ſia,
Adeſ,dum pau,cis te,uolo,dictum,puta,
Nempe ut,curen,tur re,cte hæc im,mo aliud,quid eſt.

Scazon Iambicum.

Iam uerò ſi uerſum Iambicum trimetrum trochæus uel ſpondeus terminet,ſcazonta uocant,hoc eſt claudicantem, quod quaſi alienis pedibus maximè in fine ſuſtentetur. Perſius:

Nec fon,te la,bra pro,lui,cabal,lino.

Carmen Trochaicum.

Carmen Trochaicum ſeptem regionibus & ſyllaba una cōſtat. Suſcipit autem locis imparibus trochæum, reliquis etiā ſpondeum. Martianus Capella:

Scande,cœli,templa,uirgo,digna,tanto,fœde,re.
Te ſo,cer ſub,ire,celſa,poſcit.aſtra,Iuppi,ter.

Accepit hic uerſus nomen à pede frequentiori: quanquam Tetrameter quoque nuncupatur, quod pedes octo (una ſyllaba minus) habeat. Hoc carmine contexti ſunt hymni aliquot eccleſiaſtici.ut,

Pange lingua glorioſi prælium certaminis. Item:
Agnus in crucis leuatur immolandus ſtipite.

Hæc de carminum generibus,& nomenclaturis.

De

De permiſtione carminum.

SOlent poëtæ nonnunquam diuerſorum generum carmina inter ſe commiſcere: unde illud, quod per omnia ſui ſimile eſt, & unio uerſuum genere abſoluitur Monocolon, hoc eſt unimembre appellarunt. Dicolon autem diſtrophum uocant, quoties duo genera confunduntur, & poſt alterum diuerſi generis uerſum ad primum fit reuerſio. Tale eſt Elegiacum ex pētametro & hexametro conflatum. Elegia olim ſolis rebus triſtibus deſcribendis adhibebatur, nunc cuiuis hominū affectui ſeruit. Vnde ait Horatius:

Verſibus impariter iunctis querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt uoti ſententia compos.

Dicolon tetraſtrophon eſt, quum poſt tres ſimiles uerſus genere differens adijcitur: ſic Adonius uerſus poſt tres Sapphicos attexitur: ut apud Horatium:

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops:
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit uenis, & aquoſus albo
Corpore langor.

Hoc genere conficiuntur pleriq; hymni eccleſiaſtici. ut,
Virginis proles, opifexq; matris. Item:
Vt queant laxis reſonare fibris, &c.

Tricolon tetraſtrophon eſt, quum poſt tres diuerſi generis uerſus ad primum reuertimur, ut apud eundem Horatium:

Dianam teneræ dicite uirgines:
Intonſum pueri dicite Cynthium,
Latonamq; ſupremo
Dilectam penitus Ioui.
Vos læta fluuijs, & nemorum coma
Quæcunq; aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erimanthi
Syluis, aut uiridis Gragi.

Primus & ſecundus uerſus ſunt Aſclepiadæi, tertius Pherecratius, quartus Gliconicus.

OBSERVATIO.

Quia nõ ſatis eſt carminis compoſitionẽ ſcire, niſi & ipſius cultũ, præceptaq; teneamus: ideo hic flores carmini, & quæ ad ipſum uenuſtè conficiendum pertinent, paucis duximus appingenda.

Carminis cudendi candidatus aßiduo in primis labore & ſtudio pertinaci optimos autores perlegat, & ediſcat. Præ cæteris eligendus eſt Vergilius, quem ſequamur: qui omne ſcriptorum genus & probè complectitur, & diuite uena fluit argutus ac magnificus. Vnde & Poëta per antonomaſiam, hoc eſt nominis permutationem, eſt appellatus.

Cæterùm Philoſophia tum naturalis, tum moralis, maximum ſcribenti carmen præbet adiumentum: nam ut alij Scriptores uerborum ſyluam, ita philoſophi ſuppellectilem ſententiarum ad carminis ornamentum ſuppeditant.

Poëma enim ex Re conſtat, & Oratione. Res ex Philoſophia originem trahit, ut præcepta contineat. Hinc ait Horatius:

Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ,
Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur.

Et paulò pòſt.

Fabula nullius ueneris, ſiue pondere, & arte,
Valdius oblectat populum, meliusq; moratur,
Quàm uerſus inopes rerum, nugæq; canoræ.

Diligenter etiam conuenit obſeruare, quid in uſurpandis uocibus ætas uariarit: quarum uſum quoq;, & uarietatem callere non parum profuerit. Sæpe enim genus in ſpeciem mutatur, & contrà ex ſpecie nonnunquam genus intelligimus.

Vt hæc mature aſſequaris, fac multùm, & attentiori animo legas potius quàm multa: nam uaria rerum multitudo uix animo bene infigi poteſt.

Præcipuam carmini afferẽt ſuauitatem pulchræ repetitiones. ut

Milit

Militat omnis amans,& habet ſua caſtra Cupido:

Attice crede mihi, militat omnis amans. Sed cauendum ne nimium crebræ ſint.

Decoratur & carmen, fabellis & hiſtorijs modicè reſperſum.

Neq; mediocriter ad carmen faciunt Epitheton, Metaphora, Metonymia, Periphraſis, Anaſtrophe, Tmeſis, alijq; id genus tropi, de quibus abunde ſuprà diſſeruimus. ut,

Marſa manus, Peligna cohors, feſtina uirum uis. Item.

Prata rident. Sitiunt ſegetes. Claßi immittit habenas. Item:

–Cælo gratißimus amnis. Hoc eſt Cælitibus.

–Iam proximus ardet Vcalegon. Hoc eſt Vcalegonis domus. Item:

Sine Cerere & Baccho friget Venus. Hoc eſt, ſine frugibus & uino langueſcit libido. Item:

Teneros depellere fœtus. Hoc eſt, agnos. Item:

Italiam contra. Pro, Contra Italiam. Item:

Eſt Boreæ regio ſeptem ſubiecta trioni. Pro, Septentrioni.

His omnibus diligenti ſtudio adnimaduerſis carmen ſcripturus expendet, quæ uox cui loco aptius conueniet, & aliquoties uerſum malè compactum, nec aurium iudicio ſatisfacientem, ſoluet: poſt iterum reficiet mutatis non ſolùm per ſynonymiam uocibus, ſed membris etiam in loca diuerſa translatis.

Cauendum eſt, ne ſit ſermo uel durus, uel affectatus: ſed liberè, faciliq; ſtylo fluat: ſumma tamen cautio ſit, ne immodicè uulgaris ſit oratio.

Nec imitandi ſunt uerſus proſa oratione incedentes. ut,

Dono ducite, doq; uolentibus cum magnis Dijs. Nec aſperi, & iuncturis horridi. ut,

Niſæe, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;. Nec hyporhythmi, hoc eſt, in quibus ſinguli pedes terminant dictionem. ut,

Carmen doctum fœmina ſimplex condere neſcit.

Hæc ſufficiant pueris. Qui plura uidere optabit, perlegat Franciſcum Nigrum. De poematum uerò generibus Diomedem.

PERORATIO.

HAEC ſunt, optimi adoleſcentes, Latinè loquendi præcepta, non omnia quidem, ſed quæ uiſa ſunt in primis neceſſaria, & à doctioribus deprompta: uenantium more, qui non ubiq;, nec omnes feras, ſed quaſdam capiunt. Quibus quidem præceptis ſic adhærendum ſuaſerim, ut ad ſeueriora ſtudia maturetis. Neque enim Grammatice tam docet Latini ſermonis proprietatem, quàm eloquentium authorum uſus aſſiduus, & pertinax dicendi, ſcribendiq; exercitatio. Cauete igitur ne bonas horas malè collocetis, ne bona ætas irreuocabili fugacitati tam obnoxia per incuriam ac deſidiam effluat: ſi modò uobis ipſis utilitati, parentibus oblectationi, ciuibus, & cunctis denique hominibus emolumento eſſe uolueritis.

*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

